



3 1761 07974515 4

UNIVERSITY  
OF  
TORONTO  
LIBRARY

34  
*Nullius inspecto elogio]* Quid sit *elogium*  
docuimus. *Custodiarum elogia* sunt, quae Graeci  
consulti vocant *παρασημειώσεις* iudicum inferiorum  
pedaneorum atque etiam praetorum. Ita videtur  
capienda vox *elogium*, ut in lege sexta Dig.  
diis et exhibit. reorum. At quum scribit Tertullianus  
Apologetico: *Vestros contestamur actus, qui  
iudicandis custodiis praesidetis, qui sententias  
dispungitis.* Possumus id verbum aliter interpretari  
sit *elogium*, non sententia inferioris iudicis,  
commentariensis pittacium, quo iudici breviter exponitur  
quidquid de reo comperisset. Ita enim fuit motus  
stat lex Impm. Gratiani, Valentin. et Theodosii  
cuius haec sunt verba: *Nisi intra tricesimum diem  
semper commentariensis ingesserit numerum delictorum,  
varietatem delictorum, clausorum ordinum, et  
temque vincitorum, officium viginti auri librarum  
nostro iubemus inferre.*

*A calvo ad calvum duci]* Hoc est, *καλὸν ἐκ  
καλοῦ*. Ita recte hic vertunt Graeci, ὑπὸ τοῦ Φαλακροῦ  
τοῦ Φαλακροῦ πάντας αὐτοὺς σφαγῆσαι.

*Votum exegit ab eo]* Imo vero ab eiusdem  
enim fuere: adi ad Dionem, qui aliquot nonnulli  
enim fuere: adi ad Dionem, qui aliquot nonnulli

*Quoad praecipitaretur ex aggere]* Quoad  
ciorum fuisse locus videtur. Plutarchus in Numa  
supplicio Vestalium: Ἡ δὲ τὴν παραδεισίαν καὶ  
σα, ζωσα κατορύττεται, παρὰ τὴν Κολλίην  
πύλην. Ἐν ἣ ἔστι τις ἐντὸς τῆς πόλεως ὀφρὸς  
παρατείνουσα πόρρω· καλεῖται δὲ χῶμα διαλέκτου  
τίνων. Possumus et ἀπλῶς de quocumque aggeri  
in urbe fuit (multos autem certum fuisse) inter

*Aut bestiarum more quadrupedes cavea]* *καὶ  
βασάνων*. Confirmat et Dio lib. 59. p. 647. qui ita refert,  
equitis cuiusdam illustris supplicio, τὸν τε πατέ  
μηδὲν ἀδικήσαντα ἔς τε γαλακτρίαν ὡς περ καὶ  
συχνούς καθεῖρξε, κἀνταῦθα διέφθειρεν. *Grati*

videtur hoc factum a Caio: nam Callisthe-  
achi, Telephori Rhodii et aliorum Graeco-  
s narratur cruciatus. Praeter historicos lege  
de Ira lib. 5. c. 17. qui etiam libro eodem  
saevitiae exempla ponit, *inscriptiones fron-  
tium immantium caveas.*

*Medios ferra dissecuit*] Medietatem accipe  
latitudinis et staturae: sed latitudinis, corporis,  
medios ducto a capite, principio, ferra disse-  
cutus poeta apud Clementem Alexandrinum:

ἐκπυθέσθαι τῆς ἐμῆς χρήσεις Φρενός,  
ἂν καταίθων, οὔτε κρατὸς ἐξ ἄκρου  
οὐδὲ καθιέεις πρόνοας εἰς ἄκρους πόδας,  
οἷς ἂν.

olim Orientalibus, etiam Iudaeis supplicium;  
sacra historia scimus et extranea quoque. Dio  
786. de rebellantibus in Africa Iudaeis sub Tra-  
λὸς δὲ καὶ μέσους ἀπὸ κορυφῆς διέπριον. He-  
ra dicitur *μεγαρα*, megera. Inde nomen unius  
*Μέγαιρα*. Nam Furiae suppliciorum praefides.  
*tes supplicio filior. interesse cogebat*] No-  
Dioni: sed saevius est, quod narrat Seneca de  
c. 35.

*sq. ling. rursus induxit*] Dio lib. 59. p. 647.  
quasi factum saepius ab eo, sed in iis, quos  
ulius raptos feris obiecerit: καὶ ὅπως, inquit,  
ρήσασθαι μήτε αἰτιάσασθαι τι δυνήσῃσι, τὰς  
ὕτων προαπέτεμε.

28. *Misit circum insulas — contrucidarent*]  
actam a Caio exulum suorum, et in Legatio-  
um, et contra Flaccum narrat Philo: causam  
vel occasionem, quam Suetonius ait, apud  
leges.

*mandum ceteris traderent*] Dio: περιέσχον  
βουλευτήν καὶ διέσπασαν.







LL  
S9449Wo

C. SUETONII TRANQUILLI  
O P E R A

---

TEXTU AD CODD. MSS. RECOGNITO

CUM

IO. AUG. ERNESTII

ANIMADVERSIONIBUS

NOVA CURA AUCTIS EMENDATISQUE

ET

ISAACI CASAUBONI

COMMENTARIO

EDIDIT

FRID. AUG. WOLFIUS.

---

INSUNT

RELIQUIAE

MONUMENTI ANCYRANI

ET

FASTORUM PRAENESTINORUM,

---

VOL. IV.

---

LIPSIAE

IMPENSIS CASP. FRITSCH.

1802.



22452  

---

2313192

UNIVERSITY OF TORONTO  
LIBRARY  
100 MATHESON ST.  
TORONTO, ONT. M5S 1A5



IS. CASAUBONI

IN

SUETONII LIBRUM III.

ANIMADVERSIONES.

Cap. I. *Atta Claudio gentis principe*] Secuti sumus Vaticanum cod., cui et Pithoeanus consentit et Memmianus. Viterb. Lissaei et princeps Rom. a *Tatio*, adstipulante nonnihil et Dionys. Hal., qui Claudiae gentis auctorem nominat *Τίτον Κλαύδιον* lib. 5. Liviani codd. vulgo *Appium*, alii *Attium*, ut Iulius Paris, et veteres Taciti librî: ut de Vaticanis testatur Lipsius. In re tam vaga et crepera nihil pro certo posse affirmari puto. Est vero *Atta* vox vetus Sabina originis Graecanicae, ut pleraeque Sabinorum: nam et ipsi absque dubio ἀνέκαθεν Dores fuerunt e Peloponneso orti. Doctissimi viri praenomen id fuisse scribunt: ego cognomen potius arbitrer, et ita Festus vocat. *Atta* est παρά τὸ ἄττειν, quod subsilire significat, nusquam ferme pedem figere: unde ἄττειν δεῦρο κηκεῖσε et apud Iulianum, ὡς περ οἱ ταχύτεροι τῶν ὀρνίθων, ἢ ἂν ἐδέλωσιν, ἄττοντες. Ex eo intelligimus, qui proprie dicantur *attae*: nempe οἱ ἄττοντες, qui inter ambulandum stare nesciunt, sed semper quasi subsiliunt: quod necessario iis evenit, qui non ὄλω ποδὶ βαδίζουσι, sed in primos pedes existunt. Festum emenda in hac voce. Ait: *Attae appellantur, qui propter vitium crurum aut pedum plantis insistant, attingunt magis terram quam ambulant.* Scribe, *plantis non insistant*, prorsus necessaria

emendatione: nisi malis restituta in integrum voce, quae excidit, scribere, *aut pedum primis plantis insistant.* Atque hoc melius: nam et in Petri Danielis Aureliani Onomastico ita scriptum: *Atta, qui primis plantis ambulat: quod nomen ab attingendo impositum videtur:* ridicula sane nominis origination. Ceterum attarum vitio contrarium est τὸ τῶν πτερονοβάτων, quorum Hippocrates meminit: istos veteres Latini *talipedare* dixerunt.

*Post reg. exact. sexto fere anno]* Ad unguem ferme quadrat supputatio Dionysii: qui Claudii sive Clausi adventum refert in a. U. C. CCL, regifugium CCXLIV.

*Locumque sibi ad sepulturam]* Reperi annotatam in Viterb. alteram lectionem *lucum:* quae mihi non placet, nec convenit, ut puto, veterum theologicis opinionibus.

*Quo significatur lingua Sabina fortis ac strenuus]* Glossarium: *Nero, ἀνδρείος.* Iam diximus, Sabinam veterem linguam non aliam fuisse a Graeca. Graeci hominem bonis lacertis vocant *νευρώδη.* Dicaearchus in Clementis Protreptico Herculem describit, *σχίζαν, νευρώδη, μέλανα,* et *νευροῦν* accipiebant pro robustum reddere et validum. Verbum est artis gymnasticae: quo usus eleganter Chrysostomus in posteriorem ad Corinthios: *Εἰς τὸ ἑτέρουσ ἀλείφειν πρόεισι καὶ νευροῦν.* Utraque vox proprie de gymnastis usurpatur. Inde *Νεύρων,* ut *Γάστρων, Κεφάλων, Χείλων.* Nero a *Νεύρων,* sicut et A. Gellius innuit, disoluta diphthongo et imminuta: ut *periri,* unde *experiri,* a *πειρᾶν:* sic *nervus* a *νεῦρον.*

Cap. 2. *Multa etiam secus admissa in remp.]* Pithoei et Turneb. libri, *sequius.* Vaticanus *secius:* nostri *secus.* Viri docti alii aliud probant. Atqui non magni interest, aut potius nihil, quomodo scribatur. *Secus* est *ἐκὰς:* ut *ἕξ, sex,* aliaque multa; in Glossario exponitur *ἑτέρως καὶ πλησίον.* Non male: nam vicina

non dicuntur nisi quae sunt ἐνάς, et naturam separatam habent. Porro ut Graecis ἄλλο et ἕτερον. Latinis aliud per εὐφραϊσμόν ponitur in significatione mali, sic et *secus* usurparunt pro κακῶς. Sallustius: *Si focus accidat huic reip.* et pallium. At *secius* et *sequius* promiscue scribebant, ut *cocus* et *coquus*, et his similia, vel Quintiliano monente.

*Claudius Nero advenientem ex Hispania*] In codd. nonnullis exstat ea lectio, quam testatur Torrentius in optimis libris sibi repertam: *Tiberius Nero*. Certum est, Claudium eum, qui Consul Afrubalem devicit, Cui praenomine ab historicis affici vulgo, non Tiberii. Exstatque id praenomen etiam in fragmento factorum Capitolinorum: sed in nominibus non semel dissentit ab aliis Suetonius: sive id factum eius incuria, sive quod ita sentiret.

*Claudius Appius Regillianus*] Viterb. *Claudius Regillanus*. Turneb. *Claudius Rigillianus*.

*Ilyciam viatorem suum*] Memm. *Ilycian*. Viterb. *Iliciam*. Lislai *Ilyriam*. In Fastis Capitolinis *Glicias* vocatur.

*Navem obhaerentem Tiberino vado*] Plinius lib. 7. c. 35. Simile factum Silvani episcopi narrat Socrates Scholasticus lib. 7. c. 37. *Obhaerentem* autem, non *adhaerentem*, omnes libb. habent.

*Palam optaverit*] Memmii liber et Lislai, *optaverat*.

*Praeterea notissimum est*] Memmii, Pithoei et Lislai codd. cum Vaticano *notatissimum*.

*Virgo Vestialis fratrem*] Nil censeo mutandum in tanto Mss. consensu: nam in omnibus nostris ita scriptum, non *patrem*, ut apud Ciceronem et alios historicos.

Cap. 3. *Insertus est et Liviorum familiae*] Res nota est, neque dubia lectionis huius fides: codex tamen optimus Memmii, *intersertus est et Laeviorum sa-*

*militiae*, quod et Pithoeus ex eodem libro vel aliis annotaverat.

Cap. 4. *Pater vero Tiberii*] Viterb. Cuiacii, Pithoei et Liffaei, *Pater Tiberii Nero Quaestor*.

*In quibus Narbona*] Scribe *Narbo*, et ita volueramus: nam praeter historicos etiam Mss. omnes sic habent.

*Faseium usu prohibitum*] Contra morem rectorum provinciarum, qui comiores erant et haberi volebant. Cicero in epist. ad Cornificium, qui ei Anitium commendat negotiorum suorum causa legatum in Africanam legatione libera: *In primis quod ei carissimum est, dignitatem eius tibi commendo: idque a te peto, quod ipse in provincia facere sum solitus, non rogatus, ut omnibus senatoribus lictores darem: quod idem acceperam et noveram a summis viris esse factitatum*.

Cap. 5. *Kal. Decembris*] Dio: Τῇ ἕκτῃ ἐπὶ δέκῃ τοῦ Νοεμβρίου μηνός. Lib. 57.

Cap. 6. *Infantiam pueritiamque — exercitatum*] Nihil variant libb. veteres, non placet tamen haec lectio: nam ut concedamus, *luxuriosam infantiam* posse dici τὴν ἔχουσαν ταχέϊαν εἰς αὐξὴν τελείωσιν: tamen Suetonii ea mens non est: qui non aliud notare voluit, quam quod Tacitus lib. 6. *Annal.* in elogio Tiberii, c. 51. *Casus prima ab infantia ancipites: nam proscriptum patrem exsul secutus, ubi domum Augusti privignus introiit, multis aemulis conflictatus est:* plane geminus huic locus. Doctissimi viri, Pithoeus et Ursinus emendabant *laboriosam*. Sic apud Plinium in *Panegy.* c. 84. *laboriosus* et *exercitus* iunguntur: *Intelligimus, Caesar, quantum tibi pro laboriosa ista statione et exercita debeamus:* ego tamen non improbem Torrentii coniecturam, fuisse olim *luxuriosam*: videtur enim corrupisse hunc locum prava consuetudo scribendi & pro aliis literis, quemadmodum lib. superiore diximus. Habent etiam Mss. *exercitatum*, non *exerci-*

*tam*, quod potius postulet traditio veterum litteratorum. Caper, *exercitus laboribus, exercitatus studiis*. Idem tradit Servius ad 3. Aeneid. 182. Sed haec observatio magnis scriptoribus negligitur: nisi mendose multa hodie scribantur, ut apud Tacitum 14. Annal. c. 56. *Factus natura et consuetudine exercitus*, pro *exercitatus*. Histor. 1. c. 68. *Inventus facta armis et more militiae exercita*, et aliis multis locis.

*Flamma repente e sylvis undique exorta*] Quod non raro in montibus evenire solet. Thucydides lib. 2. Ἦδη γὰρ ἐν ὄρεσιν ὕλη τριφθεῖσα ὑπ' ἀνέμων πρὸς αὐτὴν, ἀπὸ ταυτομάτου πῦρ καὶ φλόγα ἐπ' αὐτοῦ ἀνῆκε. Lucretius lib. 1. vf. 896.

*At saepe in magnis fit montibus, inquis, ut altis  
Arboribus vicina cacumina summa terantur  
Inter se, validis facere id cogentibus austris,  
Donec fulserunt flammae flore coorto.*

Idem lib. 5. vf. 1095.

*Et ramosa tamen cum ventis pulsa vacillans  
Aestuat in ramos incumbens arboris arbor,  
Exprimitur validis extritus viribus ignis,  
Et micat interdum flammae fervidus ardor.*

Manilius lib. 1. vf. 859.

*Sunt autem cunctis permisti partibus ignes,  
Ac silice in dura viridique in cortice sedem  
Inveniunt, tum sylva sibi collisa crematur.*

*Praefedit et Actiacis ludis*] Plerique omnes Mss. *hastiacis*: alii *Atticis*, quidam *Actiacis*, quod secuti sumus, ut in dubio: etsi nihil Dio de Tiberio in mentione ludorum Actiacorum, quos ait per ipsum Augustum et Agrippam, ipsius in consulatu eius anni collegam, fuisse curatos. Sic ille init. lib. 53. Τὴν πανήγυριν τὴν ἐπὶ τῇ νίκῃ τῇ πρὸς τῷ Ἀκτίῳ γενομένην ψηφισθεῖσαν ἤγαγε μετὰ τοῦ Ἀγρίππου.

*Et Troian. circens., ductor — puer. maiorum*] Dio ibidem: Καὶ ἐν αὐτῇ τὴν ἵπποδρομίαν διὰ τε τῶν

παιδίων τῶν εὐγενῶν καὶ διὰ τῶν ἀνδρῶν ἐποίησε. Sed quaero, si in hoc ludicro praesedit Tiberius, qui potuit turmae ductorem agere? aut igitur vicarii opera usum oportuit, aut excidit e contextu Suetonii verbum *fuit*.

*Puerorum maiorum*] Hi sunt, qui Graecis dicebantur ἀγένειοι, mediae inter puerilem et virilem aetatis. Ita Graeci saepissime separant ἀθλήματα ἀνδρῶν, sive τελείων, ἀγενείων et παιδίων. Ipse Tiberius, si, ut videtur, de primis ludis Actiacis sentit Tranquillus, annum aetatis decimum tertium nondum compleverat. Sin de secundis capiamus, annum tunc agebat decimum septimum. Porro Troiae ludus maiorum minorumque puerorum edi solitus ab Augusto, ut scribit Suetonius.

Cap. 7. *Adeo contentis — oculis profectus est*] Expressit pluribus verbis, quod uno Graecorum ditissima lingua, κυλοιδίῳ: quod de eo dicunt, quibus e contento intuitu rei amatae oculi tument. Theocritus Idyll. 1, 57. — — οἱ δ' ὑπ' ἔρωτος Δῆθα κυλοιδίῳντες ἐτώσια μοχθίζοντι. Scholiastes minus recte, qui tumens oculorum causam facit insomniam, cui amor occasionem praebuerit. Συμβαίνει, ait, τοῖς ἀγρυπνοῦσιν ὡς ἐπίπαν οἰδαίνειν τὰ κοῖλα, ἤγουν τοὺς ὀφθαλμοὺς, ὅπερ οἱ πολλοὶ ἀναγκαίως δι' ἔρωτα πάσχουσι. Verius est, causam συνεχῆ huius tumoris esse, spirituum opticorum collectionem et contentionem: quae nascitur ex affectus vehementia.

Cap. 8. *Regem Archelaum*] Meminit Dio obiter lib. 57.

*Curam administravit annonae*] Velleins 2, 94. *Quaestor undevicesimum annum agens capessere coepit remp., maximamque difficultatem annonae ac rei frumentariae inopiam ita Ostiae atque in urbe mandato vitrici moderatus est, ut per id, quod agebat, quantum evasurus esset, eluceret.*

Cap. 9. *Deinde ducto ad Orientem exercitu*] A. U. C. DCCXXXIV. Dio lib. 59. Velleius lib. 2, 94.

*Et barbarorum incurfionibus — inquietam*] Narrat Dio in actis anni DCCXXXV, miffum in Gallias Agrippam plane easdem ob cauffas, ἔν τε γὰρ ἀλλήλοις ἐστασιάζον, καὶ ὑπὸ τῶν Κελτῶν ἐκακοῦντο. Agrippae fuçceffiffe videtur Tiberius. Velleius omifit hanc hiftoriam: qui ftatim reverfum Tiberium ex Oriente, bello Rhaetico Vindelicoque praefectum fuiffe narrat.

*Exin Rhaeticum Vindelicumque*] Dio in actis anni DCCXXXVIII, lib. 54.

*Inde Pannonicum*] Vide ad lib. fuperiorem c. 21.

*Inde Germanicum geffit*] Narrat Tiberius apud Tacitum 2. Annal. 26. *ſe novies a D. Auguſto in Germaniam miſſum*: prima vero illius traiectione Rheni caeſi, quam refert Dio in actis anni DCCXLVI.

*Breucos*] Viterb. et Liſl. *Brennos*: Memmii et Pithoei, *Breucos*. Alii *Breucos*. Eadem diverſitas obſervata nobis in veter. codd. Graecorum hiftoricorum.

*XL millia*] Sunt codices, in quibus ſcriptum *CX*. Perperam: praeter ſcriptos codd. Eutropius firmat hanc lectionem.

*Traiecit in Galliam*] Vide ad lib. ſup. c. 21.

*Et ovans*] Dio lib. 55. in anno DCCXLV: Ὁ Τιβέριος τῶν τε Δαλματῶν καὶ τῶν Παννονίων ὑποικνηſάντων τι αὐτῷ, κρατήſας, τὰ ἐπὶ τοῦ κέλητος ἐπινίκια ἔπεμφε. Vide eundem et ſub ſinem lib. prioris.

*Et curru urbem ingreſſus eſt*] Kal. ipſis Ianuariis, anno conſulatus ſui ſecundi et Cn. Piſonis, U. C. DCCXLVII. Dio lib. 55. et Velleius.

*Etiam tribunit. poteſtatem in quinquenn. accepit*] Videtur dicere Suetonius, delatam fuiſſe Tiberio tribunitiam poteſtatem anno DCCXLVIII, in quem incidit alter eius conſulatus. Dio lib. 55. inſequentem annum conicit: ac ſtatim accepta tribunitia poteſtate Rhodum ſeceſſiſſe indicat. Quare ordinem temporum ſequitur Suetonius.

Cap. 10. *Vitato assiduitatis fastidio*] Aliquoties hoc factum ab Augusto notat Dio, ut in anno DCCXXXVIII, quum abiit in Gallias. *Εἰς τὴν Γαλατίαν*, inquit, ἄρμησθε πρόφασιν, τοὺς πολέμους τοὺς κατ' ἐκεῖνα κινηθέντας λαβῶν, ἐπειδὴ ἐπαχθῆς πολλοῖς ἐκ τῆς ἐν τῇ πόλει χρονίου διατριβῆς ἐγεγόνει. Atque hoc inter instrumenta conservandae augendaeque maiestatis a multis scimus et traditum et usurpatum.

*Quidam existimant*] Haec caussa vulgo credita. Dio dicto loco, et similiter Velleius 2, 99. *Quum C. Caesar sumpsisset iam virilem togam, Lucius item maturus esset viris, ne fulgor suus orientium iuvenum obsisteret initiis, disimulata caussa consilii sui, comineatum ab socero atque eodem vitrico acquiescendi a continuatione laborum petiit.*

Cap. 11. *Rhodum enavigavit, amoenit. — captus*] Ea caussa esse videtur, cur Rhodum fere soliti Romani procères, qui praesenti statu rerum non laetarentur, secedere. D. Brutus in epist. ad M. Brutum et C. Cassium lib. 11. ad Famil. 1. *Quid ergo est, inquis, tui consilii? Dandus est locus fortunae: cedendum ex Italia, migrandum Rhodum.* C. Mutius Ciceroni lib. 11. ad Famil. 28. *Mihi quidem si optata contingent, quod reliquum est vitae, in otio Rhodi degam: si casus aliquis interpellarit, ita ero Romae, ut recte fieri semper cupiam.* De secessu Tiberii in hanc insulam praeter alios Manilius lib. 4. vl. 761.

*Virgine sub casta felix terraque marique  
Es Rhodos, hospitium recturi principis orbem,  
Tuque domus vero Solis, cui tota sacrata es,  
Quum caperes lumen magni sub Caesare mundi.*

*Forte quodam in disponendo die*] Scribe cum Memniano, *Forta quondam in disponendo die.*

*In disponendo die*] Notemus utilissimum morem; neque enim aliter temporis ratio constare potest: sic et apud Graecos diligentissimus quisque et prudentissimus.



Vetus scriptor apud Stobaeum: Ξενοκράτης διαίρων ἕκαστον μέρος τῆς ἡμέρας εἰς πρᾶξιν τινα καὶ τῇ σιωπῇ μέρος ἀπένευε. Sic disponere aetatem apud Senecam epist. 51.

*Quidquid agrorum in civit. esset, visitare se velle*] Comitas non abhorrens a moribus Tiberii. Velleius narrat simile quid de eodem, 2, 114. *Nemo e nobis gradumve nostrum aut praecedentibus aut sequentibus imbecillus fuit, cuius sulcus aut valetudo non sustentaretur Caesaris cura: tanquam distractissimus ille tantorum onerum mole huic uni negotio vacaret animus.* Quare non probo lectionem quorundam librorum doctis nonnullis probatam agrorum, quam in nullo nostrorum reperimus. Taceo, quod verbum *visitare* de agris parum apte diceretur.

*Citatumque pro tribunali voce praeconis*] Mos Plutarcho notatus in Bruto: Λέγεται τοῦ κήρυκος, ὡς περ εἶωθεν, ἀπὸ τοῦ βήματος τὸν Βροῦτον ἐπὶ τὴν δίκην καλοῦντος, τὸ πλῆθος ἐπιδήλως στενάξαι.

*Vel utcumque merita*] Tacitus 5. Annal. 17. *Ipsi- us, quoquo modo meriti, gravem casum miseratus.*

*Secundum locum facile curantibus*] Ita Viterb. et prima edit., quae lectio placuit. *Curare* vox familiaris Sallustio et Tacito et cum quarto casu et sine eo. Ut in Jugurthino, c. 46. *In postremo C. Marius cum equitibus curabat: iterum c. 40. Ubi quisque legatus aut tribunus curabat, eo acerrime niti: et statim: nam is in ea parte curabat.* Propertius 4, 2, 59. *Pastorem ad baiulum possum curare.* Alii codd. etiam Memmianus, *tutantibus: sic fere tueri scholam* in lib. de Grammaticis.

Cap. 12. *At velandam ignominiam*] Appianus 4. Ἐμφουλ. in simili re εἰς εὐπρόπειαν.

*Nemine cum imper. aut magist. tend. quoquam*] Velleius 2, 44. *Ita septem annos Rhodi moratus est, ut omnes, qui proconsules legatique in transmarinas*

*profecti provincias, visendi eius gratia ad eum convenientes, semper privato (si illa maiestas privata unquam fuit) fasces suos summiserint, passique sint otium eius honoratius imperio suo.*

*Quin diverteret Rhodum*] Grollotii codd. *deverteretur Rhodum.*

*Quam visendi gratia traiecisset Sannum*] Aliter ille insignis Tiberii adulator Velleius 2, 101. *C. Caesar in Syriam missus, convento prius Tiberio Nerone, cui omnem honorem ut superiori habuit.* Dio item aliter, qui Chium venisse Tiberium ait, non Sannum: Τοῦ δὲ Καίου σταλέντος ἐς τὸν πρὸς Ἀρμενίους πόλεμον ὁ Τιβέριος ἐς Νίον ἐλθὼν, αὐτὸν ἐθεράπευσε. Et nota verbum ἐθεράπευσε, ac cum Velleio confer.

*Per quosdam beneficii sui centuriones*] Ad lucem sententiae ponenda ὑποστιγμη ante haec verba. *Beneficia* in re militari sunt promotiones ad altiorem gradum. Est autem loquendi genus venustum. Sic fere Ovidius 2. *Amor.* 13, 22. *Digna est, quam iubeas muneris esse tui.* Haec beneficia siante rep. a rectoribus provinciarum concessa, non aliter rata erant, quam si iidem rectores Romam reversi, triginta diebus post rationes relatas, sua beneficia ad aerarium detulissent. Quod lege Julia cautum testatur Cicero epist. quadam ad Messenium, idque vocabant *deferre aliquem in beneficiis ad aerarium.* Vide eundem pro Archia.

Cap. 17. *M. Lollio offensor*] Qui in eo itinere exsinctus est, morte incertum fortuita an voluntaria. *Lege Velleium.*

Cap. 14. *Variis captaret ominibus*] *Captare omen* proprium est *μαντικῆς τῆς διὰ κληρόνων*, quam elegantissime Pausanias in *Achaicis*: lib. 7, 22. Ὁ ἀφιδόμενος ἐρωτᾷ πρὸς τὸ οὐς τὸν θεόν, ὅποιόν τι καὶ ἐκαστῶ τὸ ἐράτημά ἐστι· τὸ ἀπὸ τούτου δὲ ἄπεισιν ἐν τῆς ἀγορῆς ἐπιφραξάμενος τὰ ὦτα· προσελθὼν δὲ ἐς τὸ ἐκτὸς τὰς χεῖρας ἀπέσχευ ἀπὸ τῶν ὠτων, καὶ ἦς τινος αὖ ἐτα-

κούσῃ Φωνῆς μάντευμα ἡγεῖται. *Qui ad consulendum venit, deum ad aurem interrogat, prout habet unusquisque argumentum eius interrogandi: deinde aures manibus obturans, exit e foro: ubi autem foras ventum, manus aufert ab auribus: et quam primam audiverit vocem, eam oraculi loco habet.* Apuleius de deo Socratis: *Videmus plerosque, qui non suoapte corde, sed alterius verbo reguntur: qui ex angiportu reptantes, consilia ex alienis vocibus colligunt, et, ut ita dixerim, non animo, sed auribus cogitant.* Similes modi captandi omina et in templis deorum, et alibi in veterum scriptis possunt observari. Sed hic καταχρηστικώτερον pro quovis genere μαντικῆς usurpatur.

*Ignota scilicet tum adhuc Caesarum potestate]* Quae potestas speciem principatus habuit, non regni formam. Vide lib. seq. c. 22.

*Apud Philipp. sacratae olim victric. legion. alae]* Dio in anno DCCXXXIV: Καὶ ἤδη γε ὁ Τιβερίος καὶ περὶ τῆς μοναρχίας ἐνεύθει, ἐπειδὴ πρὸς τοὺς Φιλίππους αὐτῷ προσελαύνοντι Θόρυβός τέ τις ἐκ τοῦ τῆς μάχης χωρίου, ὡς καὶ ἐν στρατοπέδου ἡμούστῃ, καὶ πῦρ ἐν τῶν βωμῶν τῶν ὑπὸ τοῦ Ἀυτωνίου ἐν τῷ ταφρεύματι ἰδρυθέντων αὐτόματον ἀνέλαμψε.

*Sponte subitis collucere ignibus]* Hoc magni alicuius venturi boni indicium habitum. Apud Appianum inter signa futurae Seleuci potentiae recensetur ἡ ἐστὶ αὐτοῦ ἡ πατρία, οὐδενὸς ἄψαντος ἐκλάμψασα πῦρ μέγα. Virgilius 8. ecl. 105.

*Adspice, corripuit tremulis altaria flammis*

*Sponte sua, dum ferre moror, cinis ipse: bonum sit.*

Servius ad hunc locum: *Hoc uxori Ciceronis dicitur contigisse: quum post peractum sacrificium libare vellet, in cinere visa est flamma, quae flamma eodem anno Consullem futurum ostendit eius maritum: sicut Cicero in suo testatur poemate.* Narrat et Plutarchus in Cicerone hanc historiam: sed multa in eius

narratione diversa. Vide amplius Eulsiath. ad principium 'Ραψωδίας ε., ubi et Tiberii meminit, sed, ut videtur, non istius.

*Ut in consultation. — talos aureos iaceret*] Explorandi futurorum causa soliti veteres in certos fontes varia conicere: exemplum habes apud Pausaniam in Laconicis de aqua Inus dicta. Aliud genus ὕδατος μαντικῶν fuit, cuius meminit Sozomenus 5. c. 19. Fuere item genera alia, quorum geographi meminere et historici. Talos vero in consultationibus eiusmodi solitos adhiberi, declarat ἀστραγαλομαντέων appellatio: sed de his alibi fusius.

*Aquila nunq. antea Rhodi conspecta — asfedit*] Plinius lib. 10. c. 19. *Rhodus aquilam non habet.* Sic de aliis animalibus in litteras relatum est, nunquam in certa loca esse illa ingressa. Avem noctuam Creta non habet, inquit Solinus. Fuit et Romae Herculis sacellum in foro Boario, quo neque canibus, neque mulcis erat ingressus: et similia his apud veteres non pauca. De ista vero aquila Apollonides poeta, ut videtur, aequalis illorum temporum, lib. 1. Anth. c. 60.

Ὁ πρὶν ἐγὼ Ῥοδίοισιν ἀνέμβατος ἱερὸς ὄρου,  
 Ὁ πρὶν κερναφίδαϊς αἰετὸς ἱστορίη,  
 Ὑψιπετῆ τότε ταρσὸν ἀνὰ πλατὺν ἠέρ' ἀερθεῖς,  
 Ἥλυθον, Ἥλιόν νῆστον ὅτ' εἶχε Νέρων.  
 Κείνου δ' αὐλίσθη ἐνὶ δώμασι, χειρὶ συνήθης  
 Κράντορος. οὐ Φεύγων ζῆνα τὸν ἐσσόμενον.

*Vestimenta mutanti tunica ardere visa est*] Simile ostentum non semel sibi oblatu Damascius scripsit in vita Isidori philosophi. Ἐμοί, αἰτ, ἐνδυομένῳ τε καὶ ἐνδυομένῳ, εἰ καὶ σπάνιον τοῦτο συμβαίνει, συμβαίνει δ' οὖν σπινθῆρας ἀποπρήξιν ἐξαισίους, εἰσθ' ὅτε καὶ κτύπον παρέχοντας. ἐνίστε δὲ καὶ φλόγας ὅλας καταλάμπειν τὸ ἱμάτιον, μὴ μέντοι καυσέσθαι. καὶ τὸ τέρας ἀγνοῖσθ' ὃ τελευτῆσει. Eo loco scriptor illic, ut apparet ex reliquiis apud Photium, eruditissimus, plura similia ostentorum exempla, de veteri historia collegerat: quare ne

istud quidem, quod Tiberio Rhodi evenerat, praetermissum ab eo fuerat. Sed aliter Graecus rem narrat quam Suetonius: non enim tunicam, sed asinum Tiberii visum ardere scribit ex Plutarcho. Sic ille post expositionem de Severi equo similem historiam: Καὶ Τιβερίῳ ὄνον, ὡς Πλούταρχος ὁ Χαιρωνεύς Φησιν. ἔτι μειρακίῳ ὄντι, καὶ ἐν Ῥόδῳ. ἐπὶ λόγοις ἱστορικοῖς διατρέβουσι, τὴν βασιλείαν διὰ τοῦ αὐτοῦ παθήματος (σπινθῆρας ἀφιεῖς ἀπὸ τοῦ σώματος) πρόσεμήνυσσε.

*Thrasyllum quoque mathematicum*] Hic philosophiam profitebatur, non curiosas istas artes: eoque nomine primum fuisse in contubernium Tiberii admissum, innuit Themistius orat. 12. et Suetonius ipse hoc loco, *Thrasyllum, ut sapientiae professorem, contubernio admoverat.* De eo vetus scholiastes Iuvenalis ad Sat. 6. *Thrasyllus multarum artium scientiam professus, postremo se dedit Platonicae sectae, ac deinde mathefi; qua praecipue vixit apud Tiberium, cum quo sub honore eiusdem artis familiariter vixit: quem postea Tiberius in insula Rhodo praecipitare voluit in pelagum, quasi conscium promissae dominationis. Quem dolum, quum praesensisset, fugit.* Experimentum, quod hic narrat Suetonius, referunt paullo aliter Tacitus 6. Annal. Dio lib. 55. et Cedrenus.

Cap. 15. *Statim e Carinis — transmigravit*] Ex Ciceronis ad Atticum epistolis scimus, morem eum fuisse nobilium adolescentum, ut mox a virili sumpta in proprias aedes a patre emigrarent: non enim aliter suam dignitatem satis tueri posse videbantur. Propterea Domitianus a patre correptus, c. 2. *quo magis aetatis et conditionis admoneretur, habitabat cum patre una.* Quod igitur Tiberius filio post assumptam liberam togam domo statim ei cedit, dignitati illius consultum hac ratione voluit, quando sibi omnes ad rempublicam aditus praecclusos videbat.

*Caio et Lucio intra triennium defunctis*] Non displiceat *biennium*, ut docti emendant ex ipso Suetonio lib. 2. c. 65. vel interpretare triennium de intervallo temporis a reditu Tiberii ab exilio voluntario, ad illud, quo uterque horum iam excefferat: huic interpretationi eruditorum hominum ut potius assentiar, consensus facit omnium librorum cum edita lectione, quam et Memmianus agnoscit.

*Adoptatur ab Augusto*] Dio lib. 55. et fufiffime mancipium Tiberium Paterculus 2, 105. et 104.

*Aliter quam ut peculio referret accepta*] Significat, Tiberium ea bona, quae sibi testamentis amicorum relinquerentur, possedisse, non tanquam legatarium aut heredem: nam eo titulo aequififfet patri, non sibi: verum iure peculii, quasi accepta a patre et concessa sibi fuiffent.

Cap. 16. *Data rursus potest. — in quinquennium*] Dio lib. 55. Τὴν ἐξουσίαν αὐτῷ τὴν δημοκρατικὴν εἰς ἑνέα ἔτη δούε. Videtur legendum ex Suetonio εἰς πέντε ἔτη.

*Delegatus pacandae Germaniae status*] Vix satis Latinum videtur. Lego, *delegatus pacando Germaniae status*, vel *delegatus pacandus Germaniae status*. Sic fere in Caligula: *Ad componendum Orientis status expulsus*. Trogus sive Iustinus lib. 42. c. 5. *Quum in Syriam ad componendum Orientis status venisset*. Utrumque dicimus, et *delegare alicui negotium*, et *delegare aliquem negotio*.

*Et quamq. saepius revocaretur — perseveravit*] Unde nata illa suspicio Augusti, quam tangit Dio lib. 55. Ὁ Αὐγουστος ὑποπιτεύσας εἰς τὸν Τιβέριον, ὡς δυναθέντα μὲν ἂν διὰ ταχέων αὐτοῦς κρατῆσαι, τρίβοντα δὲ ἐξεπιτηδῆς, ἴκx ὡς ἐπὶ πλεῖστον ἐν τοῖς ὅπλοις ἐπὶ τῷ τοῦ πολέμου προφάσει ἤ.

*Regnumque Noricum*] Meminit Velleius lib. 2. c. 105. *Ipse a Carnunto, qui locus Norici regni proximus ab hac parte erat, exercitum, qui in Illyrico merebat, ducere in Marcomannos orsus est*.

Cap. 17. *Quas ob res triumphus — honores*] Refert Dio lib. 56. in anno DCCLXII. Triumphavit autem Tiberius anno tantum DCCLXV.

*Positumque in Septis tribunal*] Dio in actis anni DCCLXXII, initio lib. 56. Ὁ Τιβέριος ἐς τὴν Ρώμην ἀνεκομίσθη, καὶ αὐτῷ καὶ ὁ Αὔγουστος ἐς τὸ πρόαστειον ἀπαντήσας ἦλθέ τε μετ' αὐτοῦ ἐς τὰ Σεπτὰ, καυταῦθα ἀπὸ βήματος τὸν ὄμιον ἡσπάσατο. Ex Suetonio disces, quomodo haec verba accipienda sint. Et fortasse scripserat ἀπήντησε, non ἀπαντήσας.

Cap. 18. *Semper alias sui arbitrii*] Ἰδιογνώμων καὶ ἀσάδης.

*Ut sedens in cespite nudo cibum caperet*] Catonem Uticensem imitatus, de quo Plutarchus: Ἐδείπνει δὲ καθήμενος ἀφ' ἧς ἡμέρας τὴν κατὰ Φάρσαλον ἔγνω ἦτταν· καὶ τοῦτο τῷ λοιπῷ προσέθηκε πένθει, τὸ μὴ κατακλιθῆναι πλὴν καθεύδων.

*Praecepta sequentis duci omnia per libell. daret*] Ita soliti etiam in urbe, qui diligentius curam aliquam publice administrabant. Iulius Frontinus de aquaeduct. urb. Romae: *Tam amplum numerum utriusque familiae, solitum ambitione aut negligentia praepositorum in privata opera diduci, revocare ad aliquam disciplinam et publica ministeria instituimus, ut pridie quid esset actum, dictaremus; et quid quaque die egissent, actis comprehenderetur.*

Cap. 19. *Quamvis minimum — permetteret*] Non praetermittit hanc vere magnam boni ducis laudem Velleius 1, 2, 97. *Peragratusque victor omnes partes Germaniae sine ullo detrimento commissi exercitus, quod praecipue huic duci semper curae fuit. Et alio loco idem plenis velis c. 115. Nihil in hoc tanto bello, nihil in Germania aut videre maius, aut mirari magis potui, quam quod Imperatori nunquam adeo ulla opportuna visa est victoriae occasio, quam damno amissi pensaret militis, semperque visum est gloriosum, quod esset tutissimum etc.*

Cap. 20. *Botonem Pannonium ducem*] Dio Dalmatiae, non Pannoniae regem facit: perperam; ut observat et Scaliger, quem vide ad numerum Chronici Eusebiani MMXXIII.

*Dedicavit et Concord. aedem*] Anno DCCLXIII. Dio lib. 56. Τῷ δὲ ἐξῆς ἔτει τότε ὁμονόειον ὑπὸ τοῦ Τιβερίου καθιερώθη, καὶ αὐτῷ τότε ἐκείνου ὄνομα, καὶ τὸ τοῦ Δρούσου τοῦ ἀδελφοῦ καὶ τεθνηκότος ἐπεγράφη.

Cap. 21. *Ac non multo post lege per Conf. lata*] Quibus Consulibus lata haec lex sit, notatum non reperio. Ex Velleio colligas latam anno DCCLXV, Cons. Germanico Caesare Tib. F. et C. Fonteio Capitone: nam in eum annum incidit triumphus Tiberii. Ita autem Velleius lib. 2, 121. *Quum senatus populusque Rom. postulante patre eius, (Tiberii) ut aequum ei ius in omnibus provinciis exercitiisque esset, quam erat ipsi, decreto complexus esset: in urbem reversus, iam pridem debitum, sed continuatione bellorum dilatum, ex Pannoniis Dalmatiisque egit triumphum.*

*Spirantem adhuc Augustum reperit*] Vide lib. sup. ad c. 98.

*Qui sub tam lentis maxillis erit*] Viterb. lectio, *qui sub tam lentis vexillis erit.* Perspicue male: nam vulgatum retinent omnes ad unum bonae notae codices. Non etiam probo *edit pro erit*, ut habetur in quibusdam libris, aut *ederet*, ut in vett. editis nonnullis. Declarat providus senex ἐμφατικώτατα, futurum statum populi Rom. sub Tiberio: fore enim similem ei, quem bellia aliqua saeva dentibus prehensum tenet, et longo cruciatu vexat prius quam conficiat: hoc vocat *esse sub maxillis lentis.* At *sub lentis maxillis edere*, assine esset illi Graecorum ἀούλοις γνάθοις ἀλγήθειν, quod huic loco non videtur convenire.

*Morum eius dicitatem*] Scripti quidam *duritatem*: minus recte. Infra c. 51. Augustus vocat *acerbitatem* et intolerantiam morum.



*Vel etiam ambitione tractum]* Tacitus lib. 1. c. 10. *Ne Tiberium quidem caritate aut reip. cura successorem adscitum, sed quoniam adrogantiam saevitiamque eius introspexerit, comparatione deterrima sibi gloriam quaesivisse.* Dio lib. 56. Τοσοῦτον δ' οὖν τὸ σύμπαν ἀλλήλων διήνεγκαν, ὥστε τινὰς καὶ ἐς τὸν Αὐγούστον ὑποπτεῦσαι, ὅτι ἐξεπίτηδες τὸν Τιβέριον, κλίπερ εὖ εἰδὼς ὁποῖος ἦν, διάδοχον ἀπέδειξεν, ἵνα αὐτὸς εὐδοξήσῃ.

*Ut tali successore desiderabilior ipse — fieret]* Livius lib. 24. c. 5. *Verum enimvero Hieronymus velut suis vitiis desiderabilem efficere vellet avum Hieronem, primo statim conspectu omnia quam disparia essent, ostendit.*

*Reip. causa adopt. se eum]* Velleius lib. 2. c. 104. *In Neronis adoptione, illud adiectum, his ipsis Caesaris verbis: Hoc, inquit, REIP. CAUSSA FACIO.*

*Ἐμοὶ καὶ ταῖς Μούσαις στρατηγῶν]* Haec Viterb. et aliorum codd. scriptura; quam reddunt suspectam vetustiora omnia exemplaria, quae litteras plures exhibent. Memmianus ita, ἐμοὶ καὶ ταῖς μούσαις (pro μούσαις) δις τε στρατηγῶν: fortasse corrigendum ἄριστα στρατηγῶν. Reperisse aiebat in uno Franciscus Pithoeus, ἄριστε στρατηγῶν: ego in nonnullis regiae Bibliothecae, καλὲ στρατῆ. Sed non convenit ille casus: in aliis legitur, ἐμοὶ καὶ τοῖς ἄλλοις στρ. In Viterb. erat haec interpretatio: *mihī et meis tuisque commilitonibus:* quasi inventum esset in Graeco, ἐμοὶ καὶ τοῖς ἐμοῖς τε καὶ σοῖς συστρατιώταις: quod non video, qui quadrare huic loco queat.

*Dux νομιμώτατε]* Quid est dux νόμιμος? An qui disciplinam militarem severissime regit? Atqui νόμιμος est potius legitimus et secundum leges constitutus. Sic fere νόμιμος μάχη apud Plutarchum, iusta et legitima acies: cui opponuntur κλοπαὶ πολέμου, quae etiam Latinis furta et latrocinia vocantur. Fortasse scripserat

Augustus, dux γενναϊώτατε, quod idem est ac γενσιώτα-  
 τε: aut dux μεμνηώτατε, constantissime et fortissime.  
 At ex vestigiis primae edit. suspicetur aliquis scribendum:  
 εὐφροέστατε aut εὐβουλέστατε.

[Et ordinem aestivorum tuorum] Restituimus hunc  
 locum pessime acceptam in omnibus editionibus.

[Καὶ τοσαύτην ῥαθυμίαν] Liber Fr. Pithoci ἀποθυ-  
 μίαν. Memmianus ἀπροθυμίαν pro ἀποθυμίαν: signifi-  
 cat animos legionariorum in praesentis militiae condi-  
 tionibus non acquiescentes sub extrema Augusti tempo-  
 ra: quod statim post eius obitum Pannonicae et Ger-  
 manicae legiones declararunt.

[Succurritque versus ille Homericus] Atqui duos  
 ponit; sed non dubito, Augustum Ciceronis aliorumque  
 more solum principium Homericum loci posuisse: quem  
 postea margini adscriptum scribarum περιεργία integrum  
 inseruit.

[Si tu non valebis] Malim (quod et Torrentio pla-  
 cere video) *si tu modo valebis*. In Mill. *modo et non*  
*simili fere compendio notantur.*

Cap. 22. [Quos codicill. dub. fuit — reliquisset]  
 Omnes hos rûmores tangit Dio lib. 57.

[Tiberius renuntiandi tribuno — quod imperasset]  
 Mos militiae, ut sive tribunus sive centurio, iussus ali-  
 quid exsequi, id factum Imperatori vel duci teneretur  
 renuntiare. Eum morem dilerte Tacitus in hac re no-  
 tat: tangit iterum Suetonius in Claudio, sect. 29., quibus  
 omnibus in locis formula sollemnis usurpatur: IMPERATOR,  
 FACTUM QUOD IMPERASTI.

Cap. 25. [Iure aut. tribunit. pot. coacto senatu]  
 Tacitum lege. Tribuni ius habuerunt cogendi senatus,  
 A. Gellius lib. 14. c. 7. et 8.; sed non quoties vellent.  
 Ideo Augusto iam tribunitia potestate praedito alio de-  
 creto patrum opus fuit, ut quoties vellet, senatum co-  
 gere posset iure. Dio in actis anni DCCXXII: Ἐπὶ  
 τοῖσις ὑπὸ τῶν εὐφρονούτων ἐπηρεῖτο, ἄστε καὶ τὸ τῆν

βουλὴν ἀφροΐζειν ὁσάνεις ἂν ἐθέλῃσιν, λαβεῖν. *Posica* perit hoc ius iis, qui veteris tribunatus speciem retinebant. Dio notat in fragmentis: Μετὰ τοῦτο ὅτε τὰ περὶ τοὺς υἰέας ἔπειψεν, οὔτε ὑπὸ τῶν ὑπάτων, οὔθ' ὑπὸ τῶν στρατηγῶν συνήλθομεν· οὐ γὰρ ἔτυχον παρόντες, ἀλλ' ὑπὸ τῶν δημάρχων, ὅπερ ἐν τῷ χρόνῳ τρόπου τινα ἤδη κατελέλυτο.

[*Quoniam sinistra fortuna*] Memmianus et alii veteres; [*Quoniam atrox fortuna*].

Cap. 24. *Principat. — neque occup. confestim*] Veteres quidam, *neque occupare aperte confestim*: tueretur eam vocem, quod subiicit de specie dominationis assumpta. Id enim nisi aperte fieri non poterat.

[*Neque agere dubitasset*] Scribens etiam ad milites et rectores provinciarum tanquam certus Imperator: quum privato id esset nefas. Lege Tacitum.

[*Et et specie dominationis*] *Speciem* refer ad stationem militum: *vim* ad superiora.

[*Diu tamen recusavit impudentissimo animo*] Ita distinguitur hic locus in vetustissimis libris; tamen non displicet altera lectio, quae post verbum *recusavit* ponit distinctionem etc. Ovidius de Tiberio, 4. ex Ponto 13, 27.

*Esse parem virtute patris, qui fraena rogatus  
Saepe recusati ceperit imperii.*

et i. Fast. 553.

*Inde nepos natusque dei, licet ipse recuset,  
Pondera a caelesti mente paterua feret.*

[*Ut ignaros, quanta bellua sit imperium*] Vopiscus de Saturnino tyranno, c. 10. *Et quum eum animarent vel ad vitam vel ad imperium, qui induerant purpuram, in haec verba disseruit: Nescitis, amici, quid mali sit imperare. Gladii et tela nostris cervicibus impendent, imminent hastiae undique, undique spicula, ipsi custodes timentur, ipsi comites formidantur: non cibis pro voluptate, non iter pro auctoritate, non bel-*

*la pro iudicio, non arma pro studio. Adde, quod omnis aetas in imperio reprehenditur.*

*Callida cunctatione suspendens*] Tacitus 1. Annal. 2. *Tiberio suspensa semper et obscura verba.*

*Ceteros quod polliciti sint — tarde polliceri*] Simile est Ciceronis istud de Epicureis, 2. de Finibus: *Ceteri, inquit, existimantur, dicere melius quam facere: hi mihi videntur facere melius quam dicere.*

*Sed ipsum quod praefiet*] Ita Lislæi codd. nec aliter Rob. Stéph. editio.

Cap. 25. *Ut aequar. — praetor, Germaniciani*] Sic melius quam ut vulgo etiam in Mss. habetur *praetoriani Germanicianis*. Sed omnino legendum, ut reperi postea in veteri editione optime de litteris meriti viri Rob. Steph. *ut aequae stip. praetorianis. Germaniciani quidem etiam principem detrectabant*. Aliter sententia non constat. Exercitus in Germania postius *Germanicus*, non *Germanicianus*, Tacito aliisque antiquioribus dicitur: at milites eius exercitus, et ut Graeci dicunt *οἱ ἐν τῶν στρατοπέδων τῶν ἐν Γερμανίᾳ*, *Germaniciani* iisdem appellantur: posteriores scriptores hanc distinctionem non observant.

*Summaque vi Germanicum*] Auctior lectio Lislæi cod. *Germanicum filium Drusi, qui tum.*

*Partes sibi — tuendas in rep. depoposuit*] Tangit historiam Asinii Galli, quae apud Tacitum et Dionem.

*Simulavit et valetudinem*] Lislæi cod. *asimulavit*, hoc est: *ἔτι δὲ προσποιήσατο*.

*Secundo demum anno in senatu coarguit*] Tacitus et Dio in anno DCCLXIX.

*Pro secesspita*] Sic Romani vocant, quod Graeci *μαχηρίδιον θυτικόν*, ut Lucianus in Piscatore. Pollux, *σφαγίδας, κοπίδας* et *πυλένεις* in eum usum recenset. Veteribus Latinis *acieris* propria ei ministerio fuit, quam *ἀξίον ἱεροφάντου* vertunt Graeci magistri.

Cap. 26. *Paullo minus quam privatam egit*] Potest tolli τὸ *quam*, lib. 6. c. 40. *Talem principem paullo minus XIV annos perpressus terrarum orbis*, sed et retineri: Petronius c. 107. *Qui ignotos laedit, latro appellatur; qui amicos, paullo minus quam parricida*: nisi ibi quoque et similibus in locis tollenda ea vocula: *paullo minus*, ὀλίγου δεῖν. Aliquanto post, *quod paullo minus utrumque evenit*.

*Vix unius bigae adiect. honor. passus est*] Ne id quidem permittum fuisse scribit Dio: Οὕτως, inquit, διὰ πάντων ὁμοίως δημοτικὸς ἦν, ὥστε ἔτι ἐν τοῖς γενεθλοῖς αὐτοῦ γίνεσθαι τι παρὰ τὸ καθεστηκὸς ἐπέτρεπεν.

*Et ne mensis September, Tiberius — vocarentur*] Ex Dione legendum, *Et ne mensis November Tiberius, September Liv. voc.* Sic ille lib. 57. Τῷ Τιβερίῳ τῆς βουλῆς ἐγχειμένης, καὶ τὸν γοῦν μῆνα τὸν Νοέμβριον, ἐν ᾧ τῆ ἔκτῃ ἐπὶ δέκα ἐγεγένητο, Τιβέριον καλεῖσθαι ἀξιούσης, καὶ τί, ἔφη, ποιήσετε, ἂν δεκατρεῖς Καίσαρες γένωνται;

*Civicam in vestibulo coronam*] Dio lib. 53. Valerius Maximus lib. 2, §. c. ult. *Ceterum ad quercum pronae manus porriguntur, ubi ob cives servatos corona danda est: qua postea Augustae domus sempiterna gloria triumphant.*

Cap. 27. *Ut neminem senator. — admiserit*] Ne equitem quidem ex illustribus. Dio: Εἴποτε ἐπὶ τοῦ δόφρου ἐκομίζετο, οὐδένα οἱ παρακολουθεῖν οὐχ ὅπως βουλευτὴν, ἀλλ' οὐδ' ἰππέα τῶν πρώτων εἶα.

Cap. 28. *Sed adversus convitia*] Melius codd. Lisslaei: *sed et adv. convitia*.

*Si hanc fenestram aperueritis*] Eleganter sic etiam Graeci: Clemens Paedagogi lib. 3. Ὡς μὴ ἀπόλαττον αὐτῶν τὸ λέγων γενόμενον πλατείας ἀναπετάσῃ κλισιάδος τοῖς εἰς ἠδὲ πύλαιαν φερομένοις. Paullo aliter Cassiodorus lib. 8. *Ideo beneficiis nostris quasi quandam ianuam cogitavimus dare quacstorem.* Legas et ia-

*nam cogitationis ingredi lib. 5. eiusdem prudentissimi scriptoris.*

Cap. 50. *Et qua forma — rescribi placeret*] Scripta lectio, *et ad quam formam regum.*

*Lectica quond. introl. aeger, com. a se removit*] Lectica veli aetate Tiberii vulgata res fuit et usurpata etiam mediocribus civibus: in aditu tamen curiae nemini temere usurpata, nisi caussa cogeret fontica, hoc est, vel animi, vel corporis aegritudo nimia. Ideo scribit Tacitus de Libone Druso 2. Annal. c. 29. *Die senatus metu et aegritudine fessus, sive ut tradidere quidam, simulato morbo, lectica delatus ad fores curiae, innisusque fratri,* etc. De Tiberio commemorat Dio in anno DCCLXX: Οὕτω κακῶς διέκειτο, ὥστε ἐν σκιμποδίῳ καταστέγῳ ἐς τὸ συνέδριον ἐσινομισθῆναι νομιζόμενον γάρ που καὶ τοῖς ἀνδράσιν, ἦν ποτέ τις αὐτῶν ἀσθενῶς ἔχων ἐκεῖσε ἐσίει, κατακείμενον αὐτὸν ἐσφέρεσθαι καὶ τοῦτο καὶ ὁ Τιβέριος τότε ἐποίησε καὶ διελέχθη γέ τινα ἐκ τοῦ σκιμποδίου προκύψας.

*Comites a se removit*] Ita moris fuit, ut, qui sella aut in lectica veherentur, non principes solum, sed et alii, turbam comitum τῷ Φορείῳ παρεπομένων, ut loquitur Lucianus, haberent. Iuvenalis Sat. 7, 141.

*Respicit haec primum qui litigat, an tibi servi Octo, decem comites, an post te sella, togati Ante pedes.*

Cap. 51. *Iterum censente*] Cod. Lisl. *Item censens se: nec displiceat censens.* Idem mox, *non obtinuit pro obtinere non potuit.* Aut scribam *obtineri*, retenta voce *censente.*

*Ut legati ex Africa adierint eos*] Dubito, an huc pertineant Taciti verba Annal. lib. 3. c. 35. *Proximi senatus die, Tiberius per litteras castigatis oblique patribus, quod cuncta curarum ad principem relicerent, M. Lepidum et Iunium Blaesum nominavit, ex quis proconsul Africae legeretur.*

Cap. 52. *Quod non de reb. gest. Senat. scribentur*] Mos sub libera rep. perpetuo servatus, cum eadem extincta sublatus. Notant Tacitus et Dio non uno loco. Exemplum dedit primus Agrippa, de quo scribit Dio in anno DCCXL: Οὔτε ἐγραψεν ἀρχὴν ἐς τὸ συνέδριον ὑπὲρ τῶν πραχθέντων οὐδέν· ἀφ' οὗ δὴ καὶ εἰ μετὰ ταῦτα νόμον τινὶ τῶ ἐκείνου τρόπῳ χρώμενοι, εὐσ' αὐτοὶ τῶ νομῶ ἐπέστελλον.

*Quodque de tribuendis — donis ad se referrent*] Tacit. Annal. 5, 21. *Eo proelio Rufus Helvius gregarius miles servati civis decus retulit, donatusque est ab Apronio torquibus et hostia. Caesar addidit civicam coronam, quod non eam quoque Apronius iure proconsulis tribuisset, questus magis quam offensus.*

*Consuetudinem antiquam retulisset — memorandi*] Hoc ea oratione fiebat, qua populo post initum honorem novi magistratus gratias agebant: Plutarchus in Aemilio: Εὐωθότων τῶν τὴν ὑπατείαν λαβόντων, οἷον ἀπομολογεῖσθαί τινα χάριν, καὶ προσκαγορεύειν Φιλοφρόνως τὸν δῆμον ἀπὸ τοῦ βήματος. Αἰμίλιος εἰς ἐκκλησίαν συναγαγὼν τοὺς πολίτας, ἔφη. Ab hoc fonte manarunt orationes panegyricae, quibus principi gratias in senatu agebant Kal. Ian. novi Consules. Plinius in Panegyrico auctor est, factum fuisse super hoc senatus consultum; cuius alibi mentionem factam non reperio. Sic autem ille: *Sed parendum est senatusconsulto, quo ex utilitate publica placuit, ut Consulibus voce, sub titulo gratiarum agendarum, boni principes, quae facerent, recognoscerent: mali, quae facere deberent.* Idem mos etiam in praefidibus provinciarum servatus, ad tempora Claudii: de quo Dio lib. 58. Κατέθειρε τοὺς ἀρστούς μηδεμίαν οἱ χάριν ἐν τῷ συνεδρίῳ γινώσκειν. Ἐπερ κατὰ τι ἔθος ἐποίουν.

*Exsequias usque ad rogam frequentavit*] Videntur Imperatores in funeribus virorum illud irium ad laudationem tantum, quae fiebat, in foro venire soliti, nec

interesse officio, quum efferrentur e rostris ad bustum extra urbem. Propterea civile et δημοτικὸν in Tiberio habitum, quod ad rogum usque se cum ceteris conferret. Sic accipiendum, quod de Druso eius filio observat Dio: Ὁ Δροῦσος τὰ τῆ ὑπατείας προσήμοντα ἐξίτου τῷ συνάρχοντι ἐξετέλεσε, καὶ κληρονόμος γε ὑπὸ τινος κατὰλειψθεὶς, τὸ σῶμα αὐτοῦ συνεξήνεγκε. Ubi συνεκφέρειν significat, exsequias usque ad rogum cum aliis frequentare. Nec soli Imperatores funus extra urbem sequi spernebant: sed multi alii. Cynthia apud Propertium de suo funere loquens, 4, 7, 29.

*Si piguit portas ultra procedere; at illud  
iussisses, lectum lentius ire meum.*

*Litteras publicas sine subscript. ad se dederant]*

Quaenam ista subscriptio sit, unus me docuit Dio: non enim est nominum, ut putare aliquis possit; sed praeteritionem intelligit clausulae solitae adiici litteris ad principem, qua felicitas illi optaretur. Verba Dionis sunt: Οἱ Ῥοδίων ἄρχοντες ἐπιστείλαντές τι αὐτῷ οὐχ ὑπέγραψαν τῆ ἐπιστολῇ τοῦτο δὲ τὸ νομιζόμενον, εὐχὰς αὐτῷ ποιούμενοι. Privatarum litterarum subscriptio apud Graecos est: Ἐβῶσσο, ut apud Latinos *Vale*: similis sententiae formula epistolas ad Imperatores clauderat. Puto fuisse, Εὐτύχει διὰ παντός, ut in extrema relatione Demetrii Phalerei ad Ptolemaeum Philadelphum.

*Diogenes Grammat. disput. sabbat. Rhodi solitus]*

Etsi observatio hebdomadum, quae hodie obtinet, ante tempora Theodosii vulgo recepta non fuit: annotare tamen licet, multo ante tale aliquid Graecos praesertim et Asiaticos in functionibus vitae quotidianae solitos observare. Quod quia imitatione Iudaeorum, qui iam tum per orbem sparsi erant, institutum est, etiam sabbati nomen multi retinuerunt. Eiusmodi est, quod hic Suetonius ait, Diogenem Grammaticum solitum Rhodi sabbatis disputare: sic septimo quoque die seriae pueris solitae in scholis concedi. Lucianus, Pseudologia: Καὶ ὁ



μὲν Κοθορόν τινα εἶπεν· ὁ δὲ Ἐβδόμην. ὅτι ὡς περ οἱ παῖδες ἐν ταῖς ἐβδόμαις κἀκεῖνος ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἔπαιζε. καὶ διεγέλα. A. Gellius lib. 15. c. 2. *Is in convivii iuvenum, quae agitare Athenis hebdomadibus lunae solemne nobis fuit, simulatque modus epulis factus, et utiles delectabilesque sermones coeperant, tum silentio ad audiendum petito loqui coeptabat.* Idem servatum etiam in aliis rebus. Vulcatius Gallicanus in Avidio Cassio, c. 6. *Exercitium septimi diei fuit omnium militum, ita ut sagittas mitterent, et armis luderent.* Lampridius in Alexandro Severo, c. 45. *Capitolium septimo die, quum in urbe esset, ascendit, templa frequentavit.* Disputat etiam Clemens Alexandrinus Stromatum lib. 5. Ὅτι τὴν ἐβδόμην ἱερὴν οὐ μόνον οἱ Ἑβραῖοι, ἀλλὰ καὶ οἱ Ἕλληγες ἴσασι. Sed ante Clementem scripsit Iosephus, iam sua aetate adeo increbuisse septimi diei observationem ex Iudaico ritu, ut neget, urbem ullam aut Graecorum aut Barbarorum, hoc est, non Graecorum, vel gentem omnino ullam posse reperiri, quae cessationem ab opere diei septimi in suos mores non recepisset. Insignis plane locus: ideo verba ipsa Iosephi proferam: Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πλήθεσιν ἤδη πολὺς ζῆλος γέγονεν ἐκ μακροῦ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας· οὐδ' ἔστιν οὐ πόλις Ἑλλήνων οὐδ' ἠτισοῦν, οὐδὲ βάρβαρον οὐδὲ ἐν ἔθνος, ἐνθα μὴ τὸ τῆς ἐβδομάδος, ἣν ἀργοῦμεν ἡμεῖς, τὸ ἔθος οὐ διαπεφοίτηκεν, lib. poster. contra Apionem.

*In septimum diem distulerat]* Sic etiam rhetores declamationibus suis certum diem soliti assignare. Iuvenalis 7. Sat. 160.

*Nil salit Arcadico iuveni, cuius mihi sexta  
Quaque die miserum dirus caput Annibal implet.*

Suetonius in libello de illustribus Grammaticis de M. Antonio Gniphone: *Docuit et rhetoricam, ita ut quotidie praecepta eloquentiae traderet, declamaret vero non nisi nudinis.*

*Hunc Romae salutandi sui causa — adstantem* }  
 Simillima huic historia est, quam de Polemone sophista  
 et Imperatore Antonino Philostratus narrat in Sophistis.

*Boni pastoris esse, tondere pecus non deglubere* }  
 Batonis Dalmatae interrogati a Tiberio cur rebellasset,  
 responsum fuit: Ἐπὶ γὰρ τὰς ἀγέλας ὑμῶν Φύλακας οὐ κύ-  
 νας, εὐδὲ νομέας ἀλλὰ λύκους πέμπετε. Dio lib. 55. et  
 iterum lib. 56. Omnino videtur id responsum Tiberio  
 occasionem huius dicti dedisse, quod idem Dio lib. 57.  
 ita vertit: Αἰμιλίω Ῥήτωρ χρήματά ποτε αὐτῷ πλείω πα-  
 ρὰ τὸ τεταγμένον ἐν τῆς Αἰγύπτου, ἧς ἤρχε πέμψαντι,  
 ἀνταπέστειλεν, ὅτι κείρεσθαι μου τὰ πρόβατα, ἀλλ' οὐκ  
 ἀποξέρεσθαι βούλομαι. Pro *deglubere* dixit ἀποξέρε-  
 σθαι. At Latina vox proprie ἐκδέρειν significat, ut in  
 Glossario vertitur: sed ad sententiam potius Dio quam  
 ad proprietatem verborum attendit: nam etsi minus est  
 ἀποξέρεσθαι quam deglubere, si spectetur propria vo-  
 cum significatio, tamen translatae hae voces idem signifi-  
 cant: nam etiam κείρειν, quod tondere est, interdum  
 pro eo, quod deglubere Tiberius dixit, Graeci ponunt.  
 Maximus Tyrius sermone 40. Καμβύσης δ' ἦν καὶ αὐθις  
 Ξέρξης ἐν ποιμένων ἀγαθῶν πονηροὶ λύκοι, κείροντες τὴν  
 ἀγέλην, καὶ τῆς ἐπιστήμης ἀπεληλαμένοι. Dio Chryso-  
 stomus περὶ βασιλείας orat. 4. Tiberianum hoc apophthe-  
 gma pulcherrime illustrat: Αὐτὸ δὲ τοῦτο εἶπε ἀηλοῦν  
 Ὅμηρος καὶ ὅταν ἐγκωμιάζων τινὰ λέγει τῶν βασιλέων  
 ποιμένα λαῶν· τοῦ γὰρ ποιμένος οὐκ ἄλλοτι ἔργον ἢ πρό-  
 νοικα καὶ σωτηρία, καὶ Φυλακαὶ προβάτων ὥστε κατο-  
 πτεύειν, οὐ μὰ Δία καὶ σφάττειν καὶ δέρειν. καίτοι ἐνό-  
 τε πολλὰ πρόβατα ἐλαύνει μάγειρος εἰς ὠνησόμενος, ἀλ-  
 λά πλείστον διαφέρει μηχανική καὶ ποιμενική. Pro *de-  
 glubere* dixerunt et *reglubere* veteres. Glossarium: *Re-  
 glubo*, ἐκδέρω. In Lill. cod. non *deglubere* scriptum  
 erat, sed *deglutire*: perperam, est offendere memini  
 eam lectionem etiam alibi.

Cap. 33. *Paullatim principem exercuit*] Viterb. *exemit*, sine dubio ex ea lectione, quam nos in Memmiano, Turnebus olim in suis reperit et annotavit, *exseruit*, quam et Pithoei codd. habent: in quibus libris etiam locus hic ex c. 11. *In quo exeruisse ius tribunitiæ potestatis visus sit, corruptus ita, ex servis eius, veterem lectionem arguit fuisse, exercuisse ius.* Neque aliter hic codices regiae bibliothecae. Sic *divinitas exerta* apud Tertullianum etc. *hostes exerti*, et *exerta auctoritate* aliquid facere, Codice Theodos. tit. de haereticis. Est vero elegans loquendi genus, *principem exserere* sive *exercere* pro *facere* τὰ τοῦ αὐτοκράτορος, gerere se pro principe, quam Φράσιν miror cuidam viro docto sic visam insolentem, ut *ferre* apud Tacitum nequiverit *exulem agere*, et mutandum censuerit. Atqui sic et Latini et Graeci loquuntur, ut apud Maximum Tyrium ἀποθέμενος τὸν θρατήν, apud Dionys. Halic. διασημαίνειν τὸν ὀρθώδοῦντα, apud Philonem τὸν κατήγορον ὁμολογεῖν, et e recentioribus Graecis apud Nicetam fere singulis paginis: cuiusmodi sunt τὸν ὅλον στρατιώτην ἀποσεισάμενος et ὑποσημαίνειν τὸν ζῶντα, item ὑποδῦναι τὸν πρῶτον. Et lib. 1. vitae Andronici Comneni, οὐ περὶ πολλοῦ τὸν ἡγεμόνα ἐτίθετο, id est, non magni fecit ducatum suum. Nec minus eleganter Latini, ut Noster in Vitellio, c. 17. *ministratorem exhibere*. Seneca epist. 31. *Quem promiserat, exhibet*. Plinius in Panegyrico: *Recipere se in principem*. Valerius Max. lib. 5, 8, 1. *Exiit patrem, ut Consulera gereret*. Lib. 8, 8, 2. *In rebus seriis Scaevolam, in scurrilibus lusibus hominem agebat*. Lib. 9, 4. extr. 1. *Nec fuit ei pudori filium, civem, hominem disimulare*: et passim poetae.

*Magistratibus pro tribunali — consiliarium*] Tacitus lib. 1. Annal. 75. *Nec patrum cognitionibus satiat, iudiciis assidebat in cornu tribunalis, ne Praetorem curuli depelleret, multaque eo coram adversus*

*ambitum et potentium preces constituta: sed dum veritati consulitur, libertas corrumpebatur.*

*Asfidebatque mixtim] Reperimus et iuxtim.*

*Vel ex adverso parte primori] Tacitus modo: In cornu tribunalis. Dio sic: Ἐδίκαζε μὲν οὖν ὡςπερ εἶπον, ἐπεφοίτα δὲ καὶ ἐπὶ τὰ τῶν ἀρχόντων δικαστήρια, καὶ παρακαλούμενος ὑπ' αὐτῶν, καὶ ἀπαράκλητος, καὶ ἐκείνου μὲν οὖν τῆ ἐκουτῶν χώρα καθῆσθαι εἶα, αὐτὸς δὲ ἐπὶ τοῦ βιάθρου τοῦ κατάντικυρος σφῶν κειμένου καθίζων, ἔλεγεν ὅσα ἐδόκει αὐτῷ. Habes elegantissime expressum et Taciti superiore locum et Suetonii quoque.*

*Cap. 54. Corinthiorum vasorum pretia] Vide Tacitum 5. Annal. in actis anni DCCLXXV.*

*Annonamque macelli — negotio popinas] Prorsus contraria his scribit Tacitus 3. Annal. 55. Auditis Caesaris litteris, remissa Aedilibus talis cura: luxusque mensae, a fine Actiaci belli ad ea arma, quis Ser. Galba remp. R. adeptus est, per annos centum profusis sumptibus exerciti paulatim exolvere.*

*Pridiana saepe ac semesa opsonia apposuit] Sextus Aurelius de Alexandro Severo: Huius mater eo filium coegerat, ut illata quamvis permodica, si mensae prandioque superessent, quamvis semesa, alteri convivio reponerentur. Sic scribendus ille locus ex Historia miscella.*

*Affirmans omnia eadem habere quae totum] Ex intima philosophia promptum est hoc dictum: et profecto videtur Tiberius ingeniose ad ciborum sapes referre scholae Hippocraticae dogma, de quo medicos disferentes audiverat. Hippocratis placitum est, omnium in animali partium eam esse consensionem inter ipsas, ut nulla pars sit aliarum principium, sed in singulis omnia inesse, quae in una aliqua. Initio libri de locis in homine scribit divinus senex: Ἐμοὶ δοκεῖ ἀρχὴ μὲν οὖν οὐδεμία εἶναι τοῦ σώματος, ἀλλὰ πάντα ὁμοίως ἀρχὴ*

καὶ πάντα τελευτῆ· κύκλου γὰρ γραφέντος ἀρχὴ οὐχ εὐρέθη. Hanc autem partium mutuam affectionem ipse appellat ὁμοθυλίην, quasi *gentilem quandam cognationem* dicas. Ait igitur lib. eodem: Τοῦ σώματος τὸ σμικρότατον πάντα ἔχει ὅσα περ καὶ τὸ μέγιστον. Et mox: Ἐν τῷ σμικροτάτῳ πάντα ἐν τὰ μέρεα· quae fere sunt Tiberii verba; etsi mens alia.

*Quotidiana oscula prohibuit edicto*] Arbitror Tiberium *minime comem Imperatorem*, ut eum Plinius lib. 55, 4. vocat, quum oscula quotidiana gravarentur, ne superbiae hoc ipsi tribueretur, si solus consuetudinem aspernaretur, edictum hoc promulgasse. Puto etiam, Valerium Max., qui assentatione eius principis parum Velleio concedit, in Tiberii gratiam haec scripsisse lib. 2, 6, 17. *Ne Numidiae quidem reges vituperandi, qui more gentis suae nulli mortalium osculum ferebant. Quidquid enim in excelsa fastigio positum est, humili et trita consuetudine, quo sit venerabilius, vacuum esse convenit.*

*Item strenarum commercium*] Strenas et dandi accipiendique strenarum nomine vices. Sic lib. 4. *commercium mutui supri*: et apud Valer. Max. lib. 5, 3. extr. 5. *dandi et accipiendi beneficii commercium*: apud Solinum, *spiritalia commercia*, pro spirationis et respirationis vicissitudine. Paulo aliter dictum a summo vate, *belli commercia Turnus sustulit ista prior*. De hoc autem edicto Tiberii Dionis verba sunt in anno DCCLXX: Ὁ Τιβέριος, ἐπειδὴ καὶ μετὰ τὴν νομηγίαν τινὲς ἀργύριον αὐτῷ προσήνεγκαν, οὔτε ἐδέξατο, καὶ τι καὶ γράμμα περὶ αὐτοῦ τούτου ἐξέθετο, ῥήματί τιμι μὴ Λατίνῳ χρησάμενος. *Strenas* vocat Dio ἀργύριον et hic et alibi, nimis laxa appellatione: sed vocem Latinae parem Graeci non habent. At Graeci magistri finxerunt vocem appositissimam Romanae consuetudini exprimendae. Glossarium: *strenua*, εὐχρησιμὸς, θαλλός. Scribe *sirena*, et confer interpretationem cum verbis Festi:

*Strenam vocamus, quae datur die religioso omnis boni gratia.* Vide, quae observamus in animadversionibus in Athenaeum, lib. 5. c. 18. In Lipsi. cod. *strenua* pro *strena* scriptum hic reperi, ut in Glossario.

*Ultra non reddidit*] Quidam codd. *tulit.* Notat eo libro Dio sub principium: *Τούτου ένεκα έξω που ταῖς νομικταῖς εἰήγε, ίνα ἀργύριον παρ' αὐτῶν μὴ λαμβάνη· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τὸν Αὐγουστον ἐπὶ τούτῳ ἐπῆνει διὰ τὸ πολλήν μὲν δυσχέρειαν ἐν αὐτῷ, πολλήν δὲ καὶ ἀνάλωσιν ἐν τῆς ἀντιδόσεως γίνεσθαι.*

Cap. 35. *Matron. prof. pudic., quib. accusator*] Nullum ius novum hoc edicto instituitur, sed mos maiorum desuetudine abolitus in usum revocatur: nam olim liberum fuisse maritis et cognatis privato concilio in nocentes feminas animadvertere, nemo nescit; huic autem edicto Tiberii videtur praebuisset occasionem Titidius Labeo, quem narrat Tacitus Annal. lib. 2, c. 95. fuisse accusatum, quod in uxore *Vesilia delicti manifesta violationem legis omisisset.* Factum id Romae Coll. Silano et Nolano.

*Equiti Rom. iurisiurandi gratiam fecit*] Memini, Iacobum Cuiacium ad Novellam 51. de mulieribus fœnicis, tractare hunc locum. Quare inde petatur, censeo, illius explicatio.

*Lenocinium profiteri coeperant*] Apud Aediles: cuius moris causam erudite explicat Lipsius ad Tacitum 2. Annal. Vide etiam Tertullianum de Pallio.

*Pridie sortitionem ductam*] Ita Memmianus recte, non *sortitione.*

Cap. 36. *Iudaicosque ritus compescuit*] Calumnias Seiani impulsus: fusc Philo Iudaeus orat. ad Caium. Vide Cornelium Tacitum in anno eorundem Consulum et Iosephum.

*Coactis, qui superstitione eâ tenebantur*] Intellego de civibus tantum Romanis: neque enim Iudaeis suam religionem iivit ereptam Tiberius.

Cap. 37. *Inprim. tuend. pacis — curam habuit*] Huc refero, quod de Tiberio Philo scribit: Ὁ μὲν ἐν σπέρματι πολέμου, μήτε κατὰ τὴν Ἑλλάδα, μήτε κατὰ τὴν βάρβαρον ὑποτυφόμενον εἴσας, τὴν δὲ εἰρήνην καὶ τὰ τῆς εἰρήνης ἀγαθὰ παρασχόμενος ἕχρι τῆς τοῦ βίου τελευτῆς ἀφρόδονα καὶ πλουσίῳ χειρὶ καὶ γνώμῃ.

*Aliam a Cottii regno*] Regnum Cottii est, quam Strabo Κοττίου γῆν vocat in gentium Inalpinarum descriptione. Male praeeunt, qui *Cotis* scribi volunt. *Cotys* longe alius a Cotto, vel Cottio.

*Abolevit et ius moremque asylosum — erant*] Si vere haec Suetonius, sequitur, ut post haec tempora nulla usquam templa fuerint in toto imperio Romanorum asyli iure praedita. Sane apud Pausaniam in descriptione Graeciae observabamus, quoties serè de hoc iure templi alicuius auctor loquitur, dici id olim fuisse, hoc est, iam non esse: an propter hanc Tiberii legem? Sed Tacitus, qui fute rem narrat lib. 3., modum huic rei dicit adhibitum, non autem ius omne penitus sublatum: quod nec fit verisimile.

*Thrasycopolim Thracem*] Scio, Graecos Ῥασιόποριν nominare, ut Dionem: sed constanter per *Th* Mss. nostri. Lisl. quidem diferte *Thrasycopolim*. Viterb. vero *Thrasibolum*.

*Cuius etiam regn. in provinciae formam rededit*] Strabo lib. 12. Τελευτήσαντος τὸν βίον Ἀρχελαίου τοῦ βασιλεύσαντος ἔγνω Καῖσάρ τε καὶ ἡ σύγκλητος ἐπαρχίαν εἶναι Ῥωμαίων τὴν μεγάλην Καππαδοκίαν, et Tacitus non uno loco, aliique historici.

Cap. 38. *Et prope quotann. profect. praepararet*] Tacitus non minus eleganter quam vere Annal. lib. 1. *Ceterum ut iam iamque iturus legit comites, conquirit impedimenta, adornavit naves. Mox hiemem aut negotia varie causatus, primo prudentes, dein vulgum, diutissime provincias sefellit. Vide eundem in actis anni DCCLXIII, lib. 3. et lib. 4. init. Sic ait*

idem magnus scriptor: *Exin vetus et saepe simulatum proficiscendi in provincias consilium refertur.*

Cap. 39. *Constanti — quasi neq. redit. unquam* ] Tacitus 4, 58. *Ferebant periti caelestium, iis motibus excessisse Romam Tiberium, ut reditus illi negaretur. Unde exitii causis multis fuit properum finem vitae coniectantibus vulgantibusque.*

*Incoenante eo, complura — delapsa sunt* ] Placet nimis ista lectio, quam adversus eruditissimorum hominum sententiam firmat super consensum Mss. omnium, etiam Turonensis, auctoritas Latine loquentium: nam ut nosler *incoenare* pro ἐνδειπνεῖν sive intus coenare posuit, sic Columella *impasci* pro ἐννέμειν, aut, ἐννέμειται, lib. 2. c. 18. *Ac neque suam velimus impasci, quoniam rostro suffodiat et cespites excitet.* Lib. 6. c. 5. *Itaque quum ablegabuntur, in ea loca perducendi sunt, quibus nullum impascitur pecus.* Sic apud Statium lib. 8, 195. *Thebaid. infervare.*

*An tibi felices lucos miseratus Averni  
Rector, et Elyfias dedit infervare volucres?*

Cap. 40. *Apud Fidenas supra XX hom. millia* ] Non Fidenatium, ne erres: sed peregrinorum, qui ludorum causa eo convenerant. Nam Fidenae ea tempestate paene vacuae incolis fuerunt. Horat. 1. Ep. 11, 7.

*Scis, Lebedus quam sit Gabiis desertior, atque  
Fidenis vicus.*

Juvenalis 10. Sat. 100.

*Huius, qui trahitur praetextam sumere mavis,  
An Fidenarum Gabiorumque esse potestas?*

*Ne quis se interpellaret — submoverat* ] Nempe egressum semel urbe. Tacitus 4. Annal. 67. *Caesar, dedicatis per Campaniam templis, quamquam edicto monuisset, ne quis quietem eius irremperet, concursusque oppidanorum dispositio milite prohiberentur.*

Cap. 41. *Non tribunos militum — mutaverit* ] Tacitus 1, 80. *Id quoque morum Tiberii fuit, conti-*



*nuare imperia, ac plerosque ad finem vitae in iisdem exercitiis aut iurisdictionibus habere. Cassiae variae traduntur. Alii taedio novae curae semel placita pro aeternis servavisse; quidam invidia, ne plures fruerentur. Sunt, qui existiment etc. Vide c. 68.*

Cap. 42. *Quasi civitatis oculis remotus*] Veteres quidam *remotis*. Probo *remotus*: ut apud Ciceronem *locus arbitris remotus*.

*Cum Pomponio Flacco*] Is est, de cuius obitu Tacitus Annal. lib. 6, 27., ubi Syriae propraetor appellatur.

*Praefecturam urbis confestim detulit*] Non dissimile exemplum lib. 4, c. 18.

Cap. 43. *Cubic. plurifariam — lascivissimarum*] Scribe, *dispositis tabellis*. Clemens Alexandrinus Προ-  
 τρεπτικῶ ad Graecos: Ἄλλ' οὐ ταῦτα Φρονοῦσιν οἱ πολλοί· ἀπορρίψαντες δὲ τὴν αἰδῶ καὶ τὸν φόβον, οἴκοι τοὺς τῶν δαιμόνων ἐγγράφονται πασχητισμούς· πινυκίοις γοῦν τιτι καταγράφοις μετεωρότερον ἀνακειμένους προσεσχρηκότες ἀσεβείας τοὺς θαλάμους κειοσμήνασι, τὴν ἀπολασίαν εὐσέβειαν νομίζοντες· κἀπὶ τοῦ σιήμποδος κατακειμένοι, παρ' αὐτὰς ἐτι τὰς περιπλοκάς, ἀφορῶσιν εἰς τὴν Ἀφροδίτην ἐνεῖνην, τὴν γυμνὴν τὴν ἐπὶ τῇ συμπλοκῇ δεδεμένην. Propertius verissime 2, v. 19.

*Quae manus obscenas depinxit prima tabellas,*

*Et posuit casta turpia visa domo:*

*Illa puellarum ingenuos corrumpit ocellos,*

*Nequitiaeque suae noluit esse rudes.*

Meminit et Ovidius in *Mataeotechnia* et Suetonius in *vita Horatii*. Pie vero et sapienter concilii in *Trullo* patres vetuerunt, tabulas pingi lascivas et τὴν ὕρασιν καταγοητευούσας, ut scribitur canone centesimo.

*Ne cui — exempl. impetratae schemae deesset*] Haec lectio est codd. Viterb. Memmii et Pithoei: nec multo aliter *Lislaei*: malim tamen *imperatae schemae*. *Schema* hic significat, quod apud *Clementem* in his ver-

his: Ἡδὴ δὲ ἀναφανδὸν τῆς ἀκολασίας ἔληε τὰ σχήματα ἀνάγραπτα πανδημῶς θεώμενοι οὐκ ἀισχύουσθε. Deinde: Ἐπ' Ἰσῆς ἐγγραφόμενοι τὰ Φιλαινίδος σχήματα, ὡς τὰ Ἡρακλέους ἀθλήματα. Legi etiam in Graecorum commentariis haec verba: Ἀστυάνασσα Ἑλένης θεράπεινα· ἣτις πρώτη ἐξεῦρεν Ἀφροδίτην καὶ ἀπόλαστα σχήματα. Latiniotum poetarum nequissimus quisque *figuram* hoc fensu saepe usurpavit. Non celabo lectorem, in optimis codd. ita scribi hanc locum: *Ne cui in opera edenda impuratae scenae exempla deessent.*

*Paniscorum et Nympharum habitu*] Clemens eodem loco: Οἱαὶ δὲ αὖ καὶ ἄλλαι ὑμῶν εἰσόνες, πανισκοὶ τινες, καὶ γυναῖκες πόροι, καὶ σάτυροι μεθύοντες, καὶ μοριῶν ἐντάσεις, ταῖς γραφῆς ἀπογυμνούμεναι, ἀπὸ τῆς εὐρασίας ἐλεγχόμεναι.

*Caprineum dictitabant*] Forte, *καπρὸν eum dictitabant.* Sed totum locum ita scribo: *Palamque iam et vulgo, nomine insulae abutentes, Caprinum (vel Caprium) eum dictitabant.* Quidam codd. *caprona dictitabant.*

Cap. 45. *Quam perductam*] Membranae, *prae-ductam*: melius et verius, *productam.* Nam lenonium verbum est *producere*, Ciceroni, Plinio, aliis, pro *προαγωγέειν.* In Vespasiano c. 22. *productae pro concubitu festertia quadringenta donavit.*

Cap. 46. *Pecuniae parcus ac tenax*] Dissentit Tacitus non uno loco, ut lib. 1. c. 75. *Resistentibus aeriarii Praetoribus subvenit Caesar pretiumque aedium Aurelio tribuit, erogandae per honesta pecuniae cupiens: quam virtutem diu retinuit, quum ceteras caueret.* Lib. 5. c. 18. *M. Pisonem ignominiae exemit, concessitque ei paterna bona, satis firmus, ut saepe memoravi, adversum pecuniam.* Dissentit et Dio, lib. 57. p. 608., cuius haec verba: Ἐλάχιστα ἐς αὐτὸν δαπανῶν, πλεῖστα ἐς τὸ κοινὸν ἀνήλισκε· πάντα μὲν ἄς εἰπεῖν τὰ δημόσια ἔργα, τὰ μὲν ἀνοικοδομῶν, τὰ δὲ ἀποκο-

σμῶν, πολλὰ δὲ καὶ πόλεσι καὶ ἰδιώταις ἐπαρηύον. Et statim, Πᾶν τε ὃ ἐδώρετό τισιν, εὐθύς καὶ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ ἤριθμεῖτο.

*Quam non amicorum, sed Graecorum appellabat* ] Impofuerunt operis nostris Antverpienses editi., quae ex coniectura Turnebi *gratorum* pro *Graecorum* edunt: mihi vero ea lectio non probatur: nam *Graecorum* habent omnes libb. veti., quibus usi sumus, etiam Memmianus. Graecos vocat; quos palliatos lib. i. c. 48., qui locus conferri cum isto debet. In comitatu principum virorum semper fuere Graeci, iique ut plurimum litterati et philosophi: Ἐν γὰρ τι καὶ τοῦτε τῶν καλλωπισμάτων ἐδόκει, ut vere Lucianus ait. Tales erant isti Graeci: de quibus iterum Suetonius c. 56. *Nihilo lenior in convictores Graeculos, quibus vel maxime acquiescebat*: quod etsi vere scriptum Suetonio, scimus tamen, quantum semper et Graecos et eorum linguam contempserit Tiberius: quare non mirum, amicorum nomen iis fuisse negatum: et Graecos vel Graios εὐτελισμοῦ χάριν fuisse nuncupatos. Fuit autem mos procerum Romanorum, ut ituri in provincias magnum secum amicorum numerum Roma abducerent. Auctor primus, ut videtur, eius moris Scipio: de quo in Hispanias eunte Appiani sunt verba: Ἐθέλοντάς τινες ἐπηγάγετο καὶ πηλάγας ἐν Ῥώμῃς, καὶ Φίλους πεντακοσίους, οὓς εἰς Ἴλην καταλέξας ἐκάλει Φίλων Ἴλην.

Cap. 47. *Neque opera ulla magnifica fecit* ] Nova quidem non fecit, sed facta ornavit magnifice, et vetustate dilapsa restauravit: ita Dio: aliter Velleius, insigni, ut semper, adulatione.

*Quo peracto* ] Omnino scribendum, *Quo pacto*, nec aliter in Mil. offendimus.

*Pudore deterruit, in his Ortalum* ] Non a petendo quidem, sed a probando deterritus Orталus.

Cap. 48. *Publice munificentiam bis — exhibuit* ] Miror tam severam affirmationem, *bis omnino*. Atqui

Suetonium ratio fugit: saepius enim publice munificus Tiberius fuit, sicuti statim fumus ostensuri.

*Proposuit milles HS. gratuito in triennii tempus* ] Dio lib. 57. in anno DCCLXXXV: Τὸ πρῶμα τὸ κατὰ τὰ δανείσματ' ἐμετρίασε, καὶ διερχιλίας καὶ πεντακοσίας μυριάδας τῆ δημοσίῃ ἔδωκεν, ὥστε αὐτὰς ὑπ' ἀνδρῶν βουλευτῶν ἀποκαὶ τοῦς δεομένους ἐς τρία ἔτη ἐκδανείσθῃναι. *Rem foenebrem moderatus est, ac milles HS. gratuito proposuit, ut ex ea pecunia senatores in tres annos sine usura, quod opus esset, egen- tibus mutuo darent.*

*Et rursus quibusdam dominis insularum* ] Refert hanc largitionem Tacitus in anno DCCXC. Ego vero aliam principis eiusdem reperio illi simillimam: narrat enim Dio Cass. Sex. Papinio et Q. Plantio, qui erat annus DCCLXXXIX, stagnasse Tiberim plana urbis iuxta Circum et collem Aventinum: esseque relabentem secutam magnam aedificiorum stragem: Tiberium milles HS. contulisse ad sublevandam inopiam eorum, qui damnum fecissent. Meminit eiusdem munificentiae et Tacitus in illius anni actis (6. Annal. 45.); sed nonnihil a Dione dissentiens: incendium enim fuisse ait, non Tiberis exundationem: in ceteris plane consentit. Sic ille: *Idem annus gravi igne urbem adsicit, densa parte Circi, quae Aventino contigua, ipsoque Aventino, quod damnum Caesar ad gloriam vertit, exsolutis domuum et insularum pretiis: milles festertium ea munificentia collocatum: tanto acceptius in vulgum, quanto modicus privatis aedificationibus.* Nec mirum sane Imperatorem damna fortuitis calibus accepta a civibus aliqua largitione esse profecutum; quum traditum ab Augusto morem, donandi pecunia urbes terrae motu afflictas, Tiberius tenuerit, ut constat factum in XII urbibus Asiae.

*Pesti duplicata ex Augusti testamento legata* ] Id qua ratione acciderit, ex Taciti Annal. lib. 1. c. 56. discas.

Cap. 49. *Quod part. rei familiaris — haberent*] *Vetus* fuit Romae lex, qua amplius quam sexaginta sestertia in auro vel argento possidere vetitum: eam legem temporis tractu abolitam restituit Caesar dictator, anno DCCV, ut narrat Dio lib. 41. Puto, et Augustum aliquid de modo habendarum pecuniarum constituisse, quod propius ad loci huius sententiam faceret: eius tamen legis mentionem nusquam reperi apud veteres.

*Sed et Vononem, regem Parthorum*] Tacitus Anal. lib. 2. c. 68. aliter narrat hanc historiam, et Tiberium culpae absolvit.

*De cogendo ad restituendam libertatem Augusto*] Tale aliquid cogitasse Drusum, colligas ex his Taciti lib. 1. c. 55. *Drusi magna apud pop. Rom. memoria, credebaturque si rerum potitus foret, libertatem rediturus.* Vide initium lib. 5.

Cap. 50. *Ut titul. suis quasi — adiiceretur*] Dio lib. 57. Ἄλλοι καὶ τὸν Τιβερίον ἀπ' αὐτῆς ἐπιμαθεῖσθαι ἐσηγήσαντο. ὅπως, ὡς περ οἱ Ἕλληνες πατρόθεν, οὕτω καὶ ἐκεῖνος μητρόθεν ὀνομαζήται. Tacitus 1. Annal. 14. *Multa patrum et in Augustiam adulatio: alii PARENTEM, alii MATREM PATRIAE appellandam, plerique, ut nomini Caesaris adscriberetur IULIAE FILIUS, censebant.*

*Quare non parentem patriae appellari*] Dio de Livia: Καὶ πολλοὶ μὲν ΜΗΤΕΡΑ αὐτῆν ΤΗΣ ΠΑΤΡΙΔΟΣ, πολλοὶ δὲ καὶ ΓΟΝΕΑ προσαγορεύεσθαι γνώμην ἔδωκαν. In antiquis nummis superbissimus simul et ineptissimus, hic illius titulus invenitur: IULIA AUGUSTA GENITRIX ORBIS.

Cap. 51. *E sacratio protulit*] Scripserat Beroaldus, videri legendum *e sacratio*: deinde exsistere, qui inventam a se in veteri libro eam lectionem in litteras referrent. At nostri omnes *sacratio*: idque melius: intelligit non tablinum Augusti, aut Liviae; sed vero sacrum, id est, locum Augusto consecratum, ubi eius

imago habebatur a Iulia uxore quondam ipsius, tunc sacerdote: eo loci videtur Iulia pretiosissima κειμήλια ab Augusto sibi relicta habuisse: alia notione *sacrarium principis*, in leg. ult. §. *Legatis* D. de muneribus et honor., et alibi. *Secretarium*, vix saeculo eo nota vox, in Codice aliud significat.

[*Toto quidem triennio, quo — matre absuit*] Ita scriptum in Memmiano et Viterb. non, ut in plerisque, *adsuit*. De *triennio* interpretibus assentior, potius quam erudito viro, qui emendat *biennio*: quum enim neutra lectio exacte tempus definiat, quo vixit Livia post exitum Tiberii, quod spatium est biennii et paucorum mensium, nihil temere mutandum, consentientibus omnibus Mss. cum vulgata lectione.

[*Et in aniliam condemnato*] Sic omnino legendum: neque multo aliter veteres libb., in quibus *Antiliam* perscriptum offendimus, in Memmii vero optimo, *in antliam*. Meminit huius supplicii Artemidorus lib. 1. c. 50., cuius verba quum pridem ad hunc locum annotassemus, reperimus postea occupatum id ab eruditiss. Lipsio lib. 2. Electorum 15. Sic autem Artemidorus: Οἷδά τινα, ὃς ἔδοξε τοῦ παντός σώματος ἀτρέμα μένοντος τοὺς πόδας αὐτοῦ μόνους βασιτάζειν, καὶ προβαίνειν μὲν μηδὲ βραχὺ, ὅμως δὲ κινεῖσθαι συνέβη αὐτῷ εἰς ἀντλία καταδικασθῆναι· καὶ γὰρ τοῖς ἀντλοῦσι συμβέβηκε, διαβαίνειν μὲν ὡς βαδίζουσιν, αἰεὶ δὲ μένειν ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ.

Cap. 52. *Ad negotiorum consuetudinem rediit*] Quod Tacitus dicit lib. 1. c. 6. *repetere solemnia*, et c. 7. *rediit ad munia*, B. Chrysofomus alicubi, ἔπτεσθαι τῶν συνήθων. Ovidius in alia re, *ad solitum ibit opus*.

[*Nisi ea secreta obstarent*] Nihil variant vet. codd. Sententia postulat scribi, *nisi ea secreto ablata forent*, vel, ut visum Torrentio, *ni Seianus secreto obstaret*. Adhuc ad Tacitum.

*Per quae multifariam increpitum*] Regium exemplar unum et Politiani, *inscriptum*. Notus motus ex aliis Suetonii locis. Deinde habent regii codd. *celeberrime acclamatum est, non creberrime, pro coetu celeberrimo et frequentissimo coeuntium undique hominum.*

Cáp. 53. *Si non dominaris — accip. existimas*] Calpurnius Flaccus Declamatione 6. *Sceleratis ingenis et plusquam civilia cupientibus, non dominari instar servitutis est.* Eleganter etiam Cyprianus in epistola ad Donatum: *Fascibus ille oblectatus et honoribus, privatus et inglorius esse non potest: hic stipatus clientium cuneis, frequentiore comitatu officiosi agminis honestatus, poenam putat esse, quum solus est.* Nec abludit Senecae dictum epist. 15. *Denique ut nihil illis fortuna detrahat, quidquid non acquiritur, damnatum est.* Nec illud Plutarchi Pyrrho de Tarentinis, δουλείαν, τὸ μὴ πρὸς ἡδονὴν ζῆν, ἐκάλουν, neque illud in convivio sapientum: esse quosdam homines, qui εἰ μὴ τὰ πάντων ἔχουσιν, ἰδιωτῶν ἀνα καὶ βασιλέων, ὑπ' ἐνδοσίας ἀπολείσθαι νομίζουσιν. Paulo aliter Iason tyrannus apud philosophum Politicorum lib. 5. Ἰάσων ἔφη πεινῶν, ὅτε μὴ τυραννοῖ, ὡς οὐκ ἐπιστάμενος ἰδιώτης εἶναι, εἰσὶν ἑαυτὸν, quum tyrannidem non obtineret; ut qui privatus esse nesciret. Placet autem valde, quod docti viri ante nos annotarunt, verficulum Graecum, quo Tiberius est usus, *Εἰ μὴ τυραννεῖς, τέκνον, ἀδικεῖσθαι δοκεῖς;* quo videtur alluisse Iulianus epistola quadam ad Bostrenos: *Οἱ δὲ εἰς τοσοῦτον λυσομανίης ἤκουσιν καὶ ἀπονοίας, ὥστε, ὅτι μὴ τυραννεῖν ἔξεστιν αὐτοῖς, παρεξυνώμενοι πάντα κινουῦσι λίθου.*

*Quum praestructum utrumque consulto esset*] Tacitus aliter, *donec advertit Tiberius, forte, an quia audiverat?* lib. 4.

*Per vim, ore diducto, insulciri cibum iussit*] Offendit eruditissimos viros vox *insulciri*, videturque iis reponendum *inferciri*: miram, quid eos moverit: an ne-

gabunt esse Latinam vocem *insulcire*, pro *inculcare*? Seneca epist. 114. *Non desinit Arruntius omnibus locis hoc verbum insulcire.* Omitto, quod *fulcire cibis* diligentissimi auctores sermonis Latini dixerunt.

*Imputavit etiam, quod non laqueo — abiecerit* ] *Imputare* Suetonio, Tacito, Juvenali, Plinio, Quintiliano et aliis scriptoribus inferioris aevi valet, postulare aliquid gratiae apponi sibi. Tacitus lib. 6. c. 25. verbo *iactare* in eadem sententia usus: *Iactavit Caesar, quod non laqueo strangulata, neque in Gemonias projecta fuerit.*

*Proque tali clementia interponi — agerentur* ] Mos tyrannorum, notatus Dioni, non uno loco in historia proscriptionis triumviralis.

Cap. 54. : *Ut tomentum — tentaverit mandere* ] Est plane mirum, quod Tacitus 6. Annal. 25. ait, *Drusum his se miserandis alimentis, mandendo e cubili tomento, nonum diem detinuisse.* Simile est, quod refert Herodotus Calliope de Persis Eleunte obsessis: *Οἱ ἐς πᾶν ἡδὴ κακοῦ ἀπικρέμοι ἔσαν οὕτω, ὥστε τοὺς πόρους ἔψοντες τῶν κλινέων, ἐσιτέοντο.* Etiam apud Plutarchum in Bruto milites quidam Caesariani ὑπὸ λιμοῦ τῶν ἰστίων καὶ σχοινίων ἐσθίοντες διακρίνονται. De iisdem scribit Appianus, per quinque dies tolerasse ipsos famem *λιχωμένους τὴν πίτταν, ἢ ἰστίων ἢ κάλων διαμασσωμένους.*

*Ambor. sic reliq. dispersis, ut — colligi possent* ] Dio lib. 57. aliter tradit: eius enim de Druso et Agrippina a Tiberio occisis haec sunt verba: *Ὡς καὶ ἐκείνους πεφονεύσθαι ἔμαθον, ὑπερήλγησαν διὰ τε τοῦτο, καὶ ὅτι καὶ τὰ ὀστέα αὐτῶν οὐ μόνον οὐκ ἐς τὸ βασιλικὸν μυηεῖον κατέθετο, ἀλλὰ καὶ κρυφθῆναι ποῦ κατὰ γῆς ἐκέλευσεν, ὥστε μηδέποτε εὔρεθῆναι.* Fuit autem sacriliciorum hominum mos, reliquias eorum post obitum spargere, quos vivos vehementer odissent: cuius rei exempla in historia ecclesiastica et sanctorum martyrum,



multa. Sic magni illius Pyrrhi disiectae reliquiae, ut et historici testantur, et Ovidius in Ibin, vl. 303.

*Nec tua quam Pyrrhi felicius ossa quiescant,  
Sparsa per Ambracias quae iacuerè vias.*

Alludit iterum idem poeta in fine ipso librorum de Ponto, 4, 16, 47.

*Ergo summotum patria proscindere, livor,  
Desine, neu cineres sparge, cruenta, meos.*

Potest huc referri, quod scribit Valerius Max. 9, 2, 1. de Sylla: *Quinque millia Praenestinarum interficienda, protinusque per agros dispergenda curavit. In cod. Viterb. scriptum erat, amborum sic reliquias dispersas, pendente oratione a verbo putant, quod praecessit. Eamque lectionem adiuvat cod. Lisl., ubi mendose scriptum, reliqua dispersa.*

Cap. 55. *Nepotemque suum ex Druso*] Tiberium. Vide c. 62.

Cap. 56. *Nihilo lenior in convictores Graeculos*] Quorum tamen quosdam eximie et constanter, ut videtur, amavit: in his vel praecipue Potamonem philosophum, cui patriam repetenti viatici loco tales dedit litteras: Ποτάμωνα τὸν Λεσβώνιακος εἴτις ἀδικεῖν πολυήσει, σκεψάσθω, εἴ μοι θυγήσεται πολεμεῖν.

*Zenonem quendam*] Mss. Viterb. Memmii, Pithoei et Grossetii constanter Zenonem: utrumque nomen Graecis in usu.

*Prim. a contubern. removit, deinde — compulit*] De hoc fortasse accipi debet, quod scribit Iulianus in Caesaribus de Tiberio: Ἀλλὰ σε ἔλξει τῶν ἄτων· λέγεται γὰρ αὐτὸς καὶ γραμματιστὴν τινα τοῦτο ἐργάσασθαι.

Cap. 57. *Saeva ac lenta natura*] Putabam scrib. *Saeva ac truculentâ natura.* Sed repugnantibus libb. nihil muto. *Lentus* dicitur, qui non facile movetur: unde *lente ferre iniurias* apud Ciceronem. Scianus apud Tacitum lib. 4. Annal. c. 71. de eodem: *Gnarus lentum in meditando, ubi prorupisset, tristibus dictis atrociam*

*facta coniungere.* Est vero *lenta natura*, quae *lentitudo* una voce dicitur. Ita appellant Romani, quam *ἀργησίζη* Graeci. Cicero 4. Tusc. 19. *Irurum videri negant, qui irasci nesciat, eamque, quam lentitatem nos dicimus, vitioso lentitudinis nomine appellant.* Recte parens linguae Latinae dixit, vitiosum nomen esse *lentitudo*. Est vero non unum, sed duplex lentitudinis genus. Nam intendum de eo dicitur, qui prae stupore quodam irasci nesciat: et hae lentitudo *ἀργησίζη* quaedam. De hac Cicero sentit, et in parte vitii poni ait: interdum *lentitudo*, sive *natura lenta*, eum affectum ac genus irae designat, quem Graeci *νότος*, quasi *dormientem iram* appellant. Ea est, quam Seneca ait, *saevam manu, verbis parciolem: nec non altam gravemque et introrsus versam.* Haec ita odiosa est, adeoque grande malum, ut eius comparatione simplex ira, et quae se statim promit, virtutis nomen invadere non erubescat. Inde illud est apud M. Tullium 1. de Legibus, *honorum virorum esse admodum irasci:* et ait idem scribens ad Atticum lib. 1. ep. 17. *Irritabiles animos esse optimorum saepe hominum, et eosdem placabiles: et esse hanc agilitatem, ut ita dicam, mollitiamque naturae plerumque bonitatis.* Ita Horatius sese ait sumpsisse, *irasci facilem, tamen ut placabilis esset.* Et Augustinus in Confessionibus patrem suum describit, *sicut benevolentia praecipuum, ita ira fervidum.* Igitur *lenta natura* in hoc Suetonii loco est contrarium eius, quam Cicero *agilitatem*, Augustinus *fervorem* nuncupant. Propertius 5, 6, 19.

*Non est certa fides, quam non iniuria versat:  
Hostibus eveniat lenta puella meis.*

Qui locus huc facit maxime.

*Theodorus Gadareus*] Meminit quidem Strabo lib. 16. Theodori cuiusdam Gadarei rhetoris industria: sed an de eo hic loquatur Suetonius, quaeri potest. Vix enim per temporum rationem licet. Accedit eo, quod non desunt e veteribus, qui huius dici auctorem

non Theodorum Gadareum, sed Alexandrum Aegaeum faciant: quamquam illi de Nerone, non autem de Tiberio pronuntiatum istud fuisse narrant. Apud Suidam duobus locis ex Dione aut alio scriptore antiquo haec recitantur: Ἀλέξανδρος Αἰγαῖος ἐκάλει τὸν Νέρωνα πηλὸν αἵματι πεΦυραμένον.

[Πηλὸν αἵματι πεΦυραμένον] Ita omnino melius quam πεΦυρμένον: etsi ita bis Suidas et Aeschylus in Agamemnone, αἵματι δ' οἶνος ἐΦύρθη. Arrianus Disfertatt. lib. 1. Τοῦτο τὸ σωματίον οὐκ ἔστι σὺν ἀλλὰ πηλὸς κομψῶς πεΦυραμένος. Persius, *idum et molle lutum es*. In Mss. Viterb. Pith. et Liff. adiecta est interpretatio, *id est, lutum a sanguine maceratum*. Φύραμα Graecis dicitur *intritum* sive *harouatum*: et apud Strabonem ac Plutarchum Φυρᾶν πηλὸν in lib. de solertia animalium: quod et Φύραμα μαλάττειν dicunt; ut Epiphanius contra Ophitas lib. 1. Si cui placet πεΦυρμένον, favet illud Hesiodi: Γαῖαν ὕδει Φύρειν, ἐν δ' ἄν. Δρώπου θέμεν αὐδήν.

[Scurram, qui praetereunte funere] Scurrae et mimi olim ad exsequias adhiberi soliti. Vide in Vespasiano, c. 19.

[Flato mort. mandarar] Ita scriptum in Viterb. *clato*, pro qui efferebatur, ut similia lib. 1. exponebamus. In aliis libb. est *clare*, quod non satis convenit narrationi Dionis: Προσελθὼν τις πρὸς νεκρὸν διὰ τῆς ἀγορᾶς ἐκφερόμενον, καὶ πρὸς τὸ οὗς αὐτοῦ προσκύψας ἐψιθύρισέ τι.

[Sub idem tempus consulente Praetore] Tacitus 1. Annal. 72. in anno DCCLXVIII, qui fuit alter annus Tiberiani imperii: *Max Tiberius consulente Pompeio Macro Praetore, an iudicia maiestatis redderentur, exercendas leges esse respondit.*

[Cap. 58. Statuae quidam Augusti — imponeret] Invaluerat ea aetate mos, veteres statuas μεταρρυθμίζειν in aliam formam, capite et titulis permutatis, *surdo*, ut

loquitur Plinius lib. 55. c. 2., *figurarum discrimine*. Ita Caligula simulacra numinum tota Graecia conquirit, quibus, capite dempto, suum imponeret: ait Suet. lib. 4. c. 22. Nusquam autem factum id legitur aut frequenter aut inverecundius, quam apud Rhodios: de quorum statuis urbani homines dicere soliti, eas esse Iulianis similes: "Ὡςπερ γὰρ εὐείνων ἕκαστον ἄλλοτε ἄλλον εἰσεῖναι, καὶ τοὺς ἀνδριάντας αὐτοῖς ἄλλοτ' ἄλλα λαμβάνειν πρόσωπα, καὶ μικροῦ θεῶν ὑποκρινομένους εἶσθαι." Plura in hanc sententiam apud Dionem Chrysost. in Rhodica oratione, ubi multis rationibus conatur philosophus ille Rhodios a perversa ea consuetudine avertere. Reperio etiam, non dempto capite, titulos mutari solitos, quod *μεταγράφειν* Pausanias dicit in Atticis. Τὰς Μιλτιάδου, inquit, καὶ Θεμιστοκλέους εἰκόνας εἰς Πρωκτῆν τε Ἄνδρα καὶ Θράκην μετέγραψαν. Et in Corinthiacis refert idem, Orellis veterem statuam, mutato titulo, Imperatori Augusto fuisse consecratam. Auctor est Hieronymus, moris fuisse, ut victorum tyrannorum statuae, mutato capite, victoribus consecrarentur: sic ille Comm. in Habacuc prophetam lib. altero: *Si quando tyrannus detrucatur, imagines quoque eius deponuntur et statuae: et vultu tantummodo commutato ablatoque capite, eius, qui vicerit, facies superponitur, ut manente corpore capitibusque praecisis, caput aliud commutetur.*

*Ut alterius imponeret*] Iplius Tiberii, si hic est Granus Marcellus, de quo Tacitus lib. 1. c. 47. Addubitandi causa est non levis: quum damnatum reum scribat nosler, Tacitus absolutum: sed potest non absurda fortasse ex ipsis Taciti verbis peti solutio, qui non simpliciter scribit reum fuisse absolutum, sed sic: *tulit, absolvi reum criminibus maiestatis*: potuit igitur fieri, ut in gratiam Tiberii damnaretur Granus, etli alius quaesitus sit praetextus, quam maiestatis crimen.

*Circa Augusti simulacrum servum occidisse*] Voluit enim Tiberius novo numini patri suo non minus re-

verentiae praefiari, quam ceteris diis, quorum templa, aras, statuas et effigies perfrugium praebuisset servis, quos inclementes domini persequerentur, notum est.

*Vestimenta mutasse*] Pars honoris, qui more maiorum diis exhibebatur, erat, ut in eorum conspectu neque diceretur neque fieret quidquam, in quo esset aliquid obscenitatis, ut disputat Athenaeus lib. 8. Arrianus Disertat. lib. 2. c. 8. Ἐν σαυτῷ Φέρεται τὸν Θεόν, καὶ μολύων οὐκ αἰσθάνη, ἀκαθάρτοις μὲν διανοήμασι. βυπαραιῆς δὲ πράξεισι· καὶ ἀγάλλικτος μὲν τοῦ Θεοῦ παρόντος, οὐκ ἂν τόλμησαις τί τούτων ποιεῖν, ὧν ποιεῖς· αὐτοῦ δὲ τοῦ Θεοῦ παρόντος ἔσωθεν, καὶ ἐφορῶντος πάντα, καὶ ἐπακούοντος, οὐκ αἰσχύνη ταῦτα ἐνθυμούμενος καὶ ποιῶν, ἀνάλισθητε τῆς σαυτοῦ Φύσεως καὶ Θεοχόλωτε. Plutarchus in Quaest. Romanis: Ἐν γὰρ καὶ ἱερῷ γυμνοῦν ἑαυτὸν ἀθέμιτόν ἐστιν. Idem translatum ad honorem hominum: Valerius Max. 2, 1, 7. *Manifestum igitur est tantum religionis sanguini et affinitati, quantum ipsis diis immortalibus tributum, quia inter ista tam sancta vincula non magis quam in aliquo sacro loco nudare se, fas esse credebatur.* Inde patuit ad calumniam hic locus: tributum enim impietati, quomodo ante notabamus, crimen maiestatis solitum fuisse illis temporibus appellari, quod et Dio observat lib. 57. Similis historia in vita Domitiani apud Xiphilinum de ea muliere, quae occiditur ἀποδυσταμένη ἐναντίον εἰκόνας τοῦ Δομιτιανοῦ.

*Eodem die decerni sibi passus est, quo — erant*] Mira huius Principis semper fuit curiositas circa observationem dierum. Eius generis est, quod refert notatque Tacitus Annal. lib. 6. c. 25. in Agrippinae supplicio: *Eodem die defunctam, quo biennio ante Seianus poenas lussit, memoriaeque id prodendum addidit Caesar.*

Cap. 59. *Specie gravitatis*] Iulianus Caesaribus: Τιβέριος σεμνὸς τὰ πρίσωπα καὶ βλοσυρὸς, σῶφρόν τε ἄμα καὶ πολεμικὸν βλέπων.

*Ut nonnulli versiculis quoq. — futura]* Tacit. 1. Annal. 72. *Hunc quoque asperavere carmina incertis auctoribus vulgata in saevitiam superbiamque eius, et discordem eum matre animam.* Non est dubitandum, haec ipsa carmina intelligi, quae noster non est passus interire.

*Adspice felicem sibi, non tibi]* Tria haec postrema dillicha coniungi debent, cetera separari: seorsum enim quodque eorum suam sententiam absolvit.

*Nec non Antoni]* Respicit decretum, quo declaratus hostis patriae Antonius: id enim mire saevitiam eius, quando in urbem reversus est, intendit.

*Regnabit sang. multo, ad regnum — ab exilio]* Verum et prudens dictum, quod multorum principum experientia confirmat. Uberrimam exemplorum sylvam suppeditat historia Imperatorum Constantinopolitanorum, qui invicem trudere se et solio delicere soliti; si quando, quod saepe accidit, resisterentur, nullum saevitiae, feritatis et immanitatis genus non exercebant: vel vide, quae de uno Andronico Comeneno narrant historici, praesertim Nicetas, aut quae de Iustiniano Rhinotincto scribunt alii. Causas quaerere libet. Quibus in exilium pelli proceribus contigit, eos factione pulsos necesse est, proindeque multos habere inimicos, quod in Sylla, Mario et Antonio verum est: vel magno rerum praesentium fastidio atque odio cessisse, quod in Tiberio accidit: deinde certum est τοὺς ἀτυχούστας (quod Aelianus eleganter ait) ἐξερριούσθαι, atque efferrari. Laberius olim vere:

*Mens incorrupta miseria corrumpitur:*

*Mutat se bonitas irritata iniuria.*

Nec parum prudenter Otho apud Tacitum 1. Histor. c. 21. inter metus sui causas ponit, principis ingenium *longo exilio efferratum*: et in 1. Annal. c. 4. sapienter adaeque reformidat populus Rom. *trucem Agrippam, et ignominia accensum.* Simile quid de Caesare Gallo

etiam Marcellinus initio 14. Sed interior causa est, quod qui patiuntur vel exilium vel aliam calamitatem, ii dum asidue cogitant de vindicta inimicorum suorum, paulatim habitum induunt hominis crudelis, saevi, ferici quem animi habitum postea reum positi, in eos primo, quibus sunt offensi, exerunt, deinde in alios: vel quia ipsis semel ἀποτεθριωμένοις saevitia placet, et pretium est: vel quia dum aliquos occidunt, novos subinde sibi hostes creant. Ita quotidie seges olefcit exercendae illius serinae naturae. Adde, quod omnes in adversis iniqua experiuntur hominum iudicia, quasi dignissimi sua poena sint, ut verissime Velleius ait: inde vilitas et contemptus calamitosorum apud omnes: inde calamitosorum adversum omnes odium et κότος, ac diu τεθρησχυρισμένη ὄργη.

Cap. 60. *Perfricari eodem pisce faciem iussit*] Alludit hoc factum Iulianus: Οἰμόζων μὲν εὖν εἶπεν, ἐν μονῇ νησιδίου (τὰς Καπρίας αἰνιστόμενος) τὸν ἄθλιον ἀλιέα ψηχέτω.

*Exploratore[m] viae*] Hoc genere ministeriorum utebantur proceres Romani non solum in viis agrorum, sed etiam in urbe; puta, quum ad balnea irent, aut alio quo. Lucianus Nigrino: Πολύ δὲ ἐν τῇ πόλει τοῦτο καὶ τοῖς βαλανείοις ἐπιχωριάζον· προϊόντας γὰρ τινας τῶν οἰκετῶν δεῖ βεῆν καὶ παρκαγγέλλειν προορᾶσθαι τοῖν ποδοῖν, ἢ ὑψηλόν τι ἢ κοῖλον μέλλωσιν ὑποβαίνειν, καὶ ὑπομιμνήσκειν αὐτοὺς τὸ καινότερον, ὅτι βαδίζουσι.

*Stratum humi ad necem verberavit*] Ita moris, et in securi percutiendis, et in fustis puniendis. Tacitus 1. *Annal. prostratos verberibus multant.*

Cap. 61. *Nullus a poena homin. cessavit — facer*] Et Graecorum et Romanorum vetus mos fuit, ut diebus festis abstineretur a suppliciis, ut notamus lib. sup. ad c. 57. Quin hoc quoque observare licet, diebus solemniorum festorum vinctos fuisse solutos. Ulpianus ad Demosthenis illa verba: Πολλὰς πενταετηρίδας ἐν τῷ δεσμητη-

οὐκ διατρίψαντα ex oratione κατὰ Τιμοκράτους, sic notat: Οὐχ ἀπλῶς τοῦτο εἶπεν, ἀλλ' ἐπειδὴ κατὰ πάντας ἔτη ἤγετο τὰ Παναθηναϊκὰ· τότε δὲ ἐξῆν ἀφεῖσθαι τοῦ δεσμοῦ τοὺς δεσμιώτας διὰ τὴν πανήγυριν, ὡς ἔγνωμεν ἐν τῷ κατὰ Ἀνδρονίκου. Idem fiebat et Romae. Livius lib. 5. in descriptione Ieculiferii, quod primum factum est in urbe anno CCCLV: *Hic cum inimicis quoque benigne ac comiter sermones habiti, iurgiis ac litibus temperatum, vinctis quoque dempta in eos dies vincula.*

*Animadversum in quosd. incunte anno novo]* Anno DCCLXXXI Kal. tractus in carcerem illuliris eques Rom. ac mox supplicio affectus. Tacitum vide lib. 4.

*Obiectum et historico]* A. Cremutio Cordo.

*Quod Brutum Cassiumque ultimos Roman. dixisset]* Prior illud Brutus dixerat in planctu super iacente Cassio: auctor Plutarchus in Bruto, p. 1005. Est hoc quoque a Graecis acceptum: exiit enim vetus de Cleomede oraculum in haec verba apud Pausaniam lib. 6. Eliac. c. 9. Ἰστατος ἠρώων Κλεσαήρης Ἀσττυταλαιεύς. Pausaniae lib. 8, 52. dicitur Philopoemen ἔσχατος Graecorum εὐεργέτης. Procopius lib. 2. Persicorum, de Aëtio et Bonifacio notis ducibus ex historia: Ἐς τοσοῦτον μεγαλοψυχίας καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς ἠκέτην, ὥστε εἴ τις αὐτοῦ ἐκῆτερον ἄνδρα Ῥωμαίων ὑστατον εἶποι, οὐκ ἂν ἀμάρτανον· οὕτω τὴν Ῥωμαίων ἀρετὴν σύμπασαν ἐς τούτω τῷ ἄνδρι ἀποκεκρίσθαι τετύχηκε.

*Viginti uno die — pueri et feminae]* Omnino corruptus numerus est, etli, quid restituendum sit, difficile est affirmare. Magnitudinem stragis exprimit Tacitus lib. 6. c. 19. in anno DCCLXXXVI: *Tiberius incitatus suppliciiis, cunctos, qui carcere attinebantur accusati societatis cum Seiano, necari iubet. Iacuit immensa strages, omnis sexus, omnis aetas, illustres, ignobiles, dispersi aut aggregati.* Fortasse scribi debet CC et viginti.



*Immaturae puellae*] Notatum Dioni in filia Seiani: Τάτε παιδία αὐτοῦ κατὰ δόγμα ἀπέθανε, τῆς κόρης, ἣν τῷ τοῦ Κλαυδίου υἱεῖ ἐγγεγυήκει, προδιαφθαρείσης ὑπὸ τοῦ δημίου, ὡς οὐχ ὄσιον ἐν παρθενευομένην τινὰ ἐν τῷ δεσμοτηρίῳ ἀπολίσθαι. Similis religio triumviros incesstit, quum proscriptionis tempore praetextatum quendam, ut posset occidi, iusserunt induere togam virilem, ut narrant Appianus et Dio. Ex antiquis Martyrologiis scimus, in beatissimis virginibus, quae sanguinem pro Christo Domino nostro fuderunt, idem saepe fuisse factitatum.

*Precanti cuidam poenae maturitatem*] Imo saepius factum patet ex iis, quae de Afinio Gallo narrat Dio.

*Nondum tecum in gratiam redii*] Dio: Δήσας τινὰ τῶν ἐταίρων ἔπειτα λόγου περὶ τῆς θανατώσεως αὐτοῦ γενομένου ἔφη, ὅτι οὐδέπω αὐτῷ διήλλαγμαί.

*Adstante mensae inter copreas*] Copreae sunt homines βωμολόχοι, γελωτοποιοὶ et scurrae. Ita autem legendum esse, et hic et in Claudio c. 8., pridem docuit ex Dione Iosephus Scaliger in Castigationibus ad Festum. Tanti viri sententiam qui refellere conantur, nihil aliud quam in errore pertinaciam produnt; nam certo certius ita scripssisse Suetonium, fuisseque eam vocem in aulis principum Romanorum iam inde a temporibus triumvirorum in usu, quod ex eiusdem Dionis lib. 50. constat. Vox est Graecae originis, etsi veteribus Graecis non usitata, ut *aretalogus*, *dicterium*, *elogium*, *catasta*, et sexcentae hoc genus. Graeci κοπρίους ἄνδρας vocant, vel κοπρολόγους, ut Suidas: Ἄστυνόμοι, οἷς ἔμελε περὶ τῶν ἀθλητρίδων, καὶ ψαλτριῶν, καὶ κοπρολόγων, id est, ἀστυνόμοι dicebantur, quibus curae erant tibicines, saltatrices et copriae: sed et κοπρία Graeci recentiores. In Actis Synodi Oecumenicae tertiae Ephesi habitae, Tom. 1. sect. 10. Οὐδὲν θανατοῦν, εἰ κακῶς ἡμᾶς λέγουσιν οἱ κοπρίαί τῆς πόλεως, Χαϊρήμων, Βλῆτωρ, Σω-

Φρονᾶς, καὶ τὸ τοῦ Φυρατοῦ Φλαβιανοῦ παιδαγωγῆλλον. Copreas eleganter Hebraice dixeris *עֲבֵרָה, gillulim*, qua eiusdem originis voce Hebraei deos falsos significant. Est vero mos Graecorum, in omni vilitate explicanda similibus vocibus aut loquendi generibus uti: ut in illo improbo dicto Heracliti, quod Strabo, Plutarchus et Cedrenus referunt, *Νέκυες νοκρίων εὐβλητότεροι*. Abdias Historiae Apollonicae lib. 6.: *Audi, Domine rex, ista Hierocora abiicienda sunt, et ex tuo regno emundanda, ne forte omnibus putredinem generent: Τὰ κόπρια ταῦτα εὐβλητέα σοι*. Romanos voce *copriae* usos, nihil mirum: qui dixerint etiam *copron*. Varro apud Nonium: *Non Hercules potest, qui Augiae agebat copron*: neque errant meo iudicio, qui eiusdem Varronis ista sic legunt apud Nonium: *Omnes videmur nobis esse belli, festivi, superdae, quum simus coprae*. Laudatur etiam Laberius in *Coprino*; nam ita manu exarati, apud Nonium, ubi editum *Cophino*. Glossae Isidori: *Scurra, qui incopriatur: Scurrula, qui incopriat*. Quare desinant polihae homines eruditi in duobus his Suetonii locis aut *copreas* aut *tropaeos*, aut nescio quas alias ineptias comminisci. Mirum sane post tam expressam Dionis affirmationem, repertos esse, qui in clarissima luce caecutirent.

*Cur Paconius*] Hic est M. Paconius, qui C. Silano proconsulatum Asiae administranti legatus fuit, ac postea inter alios plures eum accusavit. Tacitus Annal. lib. 3.

Cap. 62. *Veneno interemptum — cognovit*] Indicium fecit Apicata, Seiani uxor, post mariti et liberorum caedem sese interfectura.

*Deinde errore — et occidi, ne divulg. iniuriam*] Videtur de eo loqui, cuius similem casum narrat Dio, etli paullo aliter: non enim errore factum, sed iniuste accusatum eum fuisse. Verba eius: *Ἐτερον μόντοι τιμὴ καὶ πᾶν ἰσχυρῶς βασανίσασθε, ἔπειτα γνώθε ὅτι ἀδίκως κατηγορήθη καὶ πᾶν σπουδῆ ἀπέκτεινε, εἰπὼν ὅτι χαλεπωτέρως ὑβρίζεται ἢ ἄστε καλῶς δύνασθαι εἶναι*.

*Et Thrasyllus consulto, ut aiunt]* In his est Dio, qui pluribus explicat.

*Et Tiberium ut ex adult. concept. aspernaretur]* Tangit hoc et Dio: Τιβέριον τὸν ἔκγονον διὰ τὴν ὑπόψιν· οὐ γὰρ ἐπιστεύετο τοῦ Δρούσου παῖς εἶναι.

Cap. 63. *Unum et alter. consulares — dimittere]*

L. Aelium Lamiam et L. Arruntium intelligo, quorum ille anno DCCLVI Consul fuit, hic anno DCCLIX. De utroque Tacitus Annal. 6, 27. sine anni DCCLXXXVI: *Extremo anni mors Aelii Lamiae sanere censorio celebrata; qui administrandae Syriae imagine tandem exsolutus, urbi praesuerat. Genus illi decorum, vivida senectus, et non permissa provincia, dignationem addiderat. Exin Flacco Pomponio, Syriae proprae-tore, defuncto recitantur Caesaris litterae, quis incu-sabat, egregium quemque et regendis exercitibus ido-neum, abnuere id munus: seque ea necessitudine ad preces cogi, per quas consularium aliqui capeffere provincias adigerentur. Oblitus Arruntium, ne in Hispaniam pergeret, decimum iam annum attineri.* Hunc Tiberii morem notat Dio his verbis, de obitu praefecti urbis, cui Lamia successit, loquens: Καὶ Λούκιον ἀντ' αὐτοῦ Λαμίαν (inepte vulgo et interpretes ταμίαν) ἀνθελθετο, ὃν πρόπαλαι τῇ στρατιᾷ (emenda Συρία) προστάτης, κατείχευ ἐν τῇ Ῥώμῃ· τοῦτο δὲ καὶ ἐφ' ἐτέρων πολλῶν ἐποίει, ἔργω μὲν, μηδενὸς αὐτῶν δεόμενος, λόγῳ δὲ δὴ, τιμᾶν αὐτοὺς προσποιούμενος. Obser-vamus, Tiberii exemplum multos principes esse secutos. Tacitus in rebus Neronis, a. U. DCCCVIII, lib. 13. c. 22. *Syria P. Anteio destinata, et variis mox artibus elu-sus, ad postremum in urbe retentus est.* Idem Histor. lib. 2. c. 65. in principatu Vitellii: *Cluvius comitatu principis adiectus, non adempta Hispania, quam re-xit absens, exemplo L. Arruntii, quem Tiberius Caesar ob metum, Vitellius Cluvium, nulla formidine re-tinebat. Eadem calliditate usum Domitianum ex eodem*

Tacito in vita Agricolae apparet: mansisseque eum morem diu, ex simillimo loco Dionis in fragmentis rerum Macrini Imp. intelligimus.

Cap. 65. *Pudenda miserandeque oratione*] Epistolam principalem ad senatum, vocant *orationem* saepe historici. Iuvenalis de hac oratione 10. Sat. 71. — *verbosa et grandis epistola venit A Capreis*. Sic et Dio: *ἐν τούτῳ ἡ ἐπιστολὴ ἀνεγνώσθη· ἣν δὲ μακρὴ.*

*Speculabundus ex alijfina rupe identidem signa*] Emendavimus ex Mss. hunc locum: vulgo enim mendosissime distinguunt post *identidem*, ac scribunt, *signaque*. Eli vero *ἀρχαῖσμός*, *speculabundus signa* pro *speculans*. Sifenna in quarto Historiarum: *Populabundus agros ad oppidum pervenit*. Vide A. Gellium.

*Signa quae ne nuntii morarentur — mandaverat*] Signa sunt faces accensae, quibus usi veteres in signo dando, mirabili plane industria: nam profus, prout quidque factum erat, aut novi acciderat, ita ignibus sublatis significabant, quasi litteris scriptis. Totum artificium aperuit cum cura nobis Polybius, sed illa summi scriptoris disputatio ita hodie affecta est, ut paucissimi rem inde possint discere. Nos omnia (*Φθόνος δ' ἀπέστω καὶ Νέμεσις*) purgavimus, et copiose pridem exposuimus, remque fecimus planissimam, ut amici multi norunt, tu in his, magne Themidis et Musarum sacerdos, Philippe Canai, qui mihi saepe edendi eius prudentissimi scriptoris auctor et suavor existitisti. Animus non deest: voluntas etiam superest: otium καὶ τὸ ἀμέριμνον haecenus semper desuerunt, quod nostra scripta produnt nimis.

*Villa quae vocatur Iovis*] Memmianus *Iovis*. Sed quum Tiberius eam insulam XII villarum nominibus infederit, ut loquitur Tacitus 4. Annal. 67. non displicet coniectura existimantium, his villis nomina fuisse XII deorum.

Cap. 66. *Proferret ultro atque vulgaret*] Non praetermittit Dio lib. 57. Ζητῶν καὶ ἕκαστον ἀκριβῶς ὅσα ἠγιάζοντο Φλαύριος περὶ αὐτοῦ εἰρημέναι, αὐτὸς αὐτὸν πάντα τὰ ἐξ ἀνθρώπων καὶ ἔλεγε· καὶ γὰρ εἰ ἀπορή- τῳ τις καὶ πρὸς ἕνα διαλέχθη, καὶ τοῦτο ἐδημοσίευσεν, ὥστε καὶ ἐς τὰ κοινὰ ἀπομνήματα ἐγγράφεται. Id est: *Inquirens diligenter singula, quae de se in malam partem locutus esse aliquis diceretur, omnia maledicta ipse sibi ingerebat, quae cuiquam mortalium possunt competere: nam si vel in occulto quis cum quoquam de eo esset locutus, id quoque publicabat, adeo ut etiam in acta publica referretur.*

*Monentisque ut voluntaria morte — satisfaceret*] Eadem mens illorum fuit, qui, quum in Neronem con- irassent, capti non solum crimen ultro fatebantur, sed etiam imputabant: *tamquam aliter illi non possent nisi morte succurrere, dedecorato flagitiis omnibus*, ut scribit noster lib. 6. c. 36. In eam sententiam legitur in epistolis Phalaridis: Σώματος ἀρρώστιον θεραπεύει τέχνη, ψυχῆς δὲ νόσον, ἰατρὸς ἴσται θάνατος. *Corporis infirmitatem curat ars: animi morbo medicinam facit medicus unus, mors.* Nec dissimilis sententia apud Tacitum 6. Annal. 49. *Iisdem diebus, Sex. Papinius consulari familia, repentinum et informem exitum delegit, iacto in praeceps corpore. Causa ad matrem referebatur, quae pridem repudiata, asertationibus atque luxu perpulisset iuvenem ad ea, quorum effugium nonnisi morte inveniret.*

Cap. 67. *Quid scribam vobis, Patres conscripti*] Adi Tacitum Annal. 6, 6., ubi idem initium epistolae Tiberii, *vere*, ut ille ait, *insigne habetur*; et quidem paulo aliter scriptum.

*Praescisse haec eum peritia futurorum*] Fuit enim, ut Iosephus quoque notat, mire deditus curiosis artibus, et sciendi futura avidissimus. Iuvenalis 10. Sat. 92.

— — — — — *tutor haberi*  
*Principis angusta Caprearum in rupe sedentis*  
*Cum grege Chaldaeo.*

Vide c. 69. Dio: Ὁ Τιβέριος ἐμπειρότατος τῆς διὰ τῶν ἄστρον μαντιῆς ἦν.

Quod sane ex oratione eius colligi potest] Exstat apud Tacitum Annal. 4, 58. civilis admodum Tiberii oratio, cuius posirema fere verba sunt: *Deos deasque precor, ut mihi ad finem usque vitae quietam et intelligentem humani divinique iuris mentem duint.*

Quod priusquam eveniat, opto, ut — eripiat] Simile eiusdem votum apud Dionem: *Optabat, inquit, τοσοῦτον καὶ ζῆσαι καὶ ἀρξαι χρόνον, ὅσον ἂν τῷ δήμῳ σίω συμφέρῃ.*

Cap. 68. *Staturae quae iustiam excederet*] Tacitus 4. Annal. 57. *Erant, qui crederent in senectute quoque corporis habitum pudori fuisse, quippe illi praegracilis et incurva proceritas.* Quid est autem statura iusta? Auctores sunt Varro, A. Gellius et Solinus, summum modum adolescendi humani corporis esse *septem pedes*. Ex quo intelligimus, iustam staturam longe intra septem pedes fuisse: id confirmat mos vetus in tironum dilectu servatus, quorum proceritatem fuisse semper exactam, ita ut *senos*, vel certe *quinos pedes*, et *denas uncias* habere probarentur, Vegetius scriptum reliquit lib. 1. c. 5. Nec multo aliter Imp. Valentinianus et Valens, qui in titulo Cod. Theodof. de tironib. dilectum haberi iubent, *in quinque pedib. et septem uncias usualibus*. Iusta igitur statura aestimatione Romana senum pedum circiter fuit: quem modum servatum in Nerone scribit Suetonius in conscribenda *ex Italicis senum pedum tironibus nova legione, quam Magni Alexandri phalangem appellabat*. Unde dubium non est, plerosque Italicos ea statura non fuisse: qui autem excederent, erant proceritate notabiles: quare etiam qui septimum pedem implebant, gigantum loco habebantur. Sidonius Apollinaris lib. 8. epil. 9.

*Hic Burgundio septipes, frequenter  
Flexo poplite supplicat quietem.*

Idem in carmine ad Caulinum, 13, 19.

*Spernit senipedem stylum Thalia,  
Ex quo septipedes videt patronos.*

Ibidem mox gigantes vocat:

*Tot tantique simul gigantes  
Quot vix Alcinoi culina ferret.*

Quibus in locis videtur Sidonius de pede Romano sensisse: nam aliarum gentium pes brevior. Quare etiam novem pedes alios in historia Graeca reperimus: cuiusmodi fuit Proaeresius ille sophista insignis, de quo in vita scribit Eunapius, tantae illam proceritatis fuisse, quantum vix animo concipere aliquis valeat, nedum facile credere. Tum addit: Ἀνεστημέναι γὰρ εἰς ἑνατοῦ πόδα κατεβαίνετο ὥστε κολοσσὸς εἶδνεῖ παρὰ τοὺς μεγίστους ὀρώμενος τῶν κατ' ἑαυτὸν ἀνθρώπων. Ad nonum enim pedem asurgere eum apparebat; adeo ut colossus quidam esse videretur, cum eiusdem aetatis hominibus, qui procerissimae staturae erant, collatus. Sic corrigendus est hic Eunapii locus, in vulgatis libris foeda menda corruptus, quae virum doctissimum, eius interpretatione, in errorem induxit. Sed et decem pedum homines historia Graeca memorat, ut Nicetas Andronicum Comnenum: sed mensurae diversae. Apud Capitolinum Maxim. Iun. c. 2. legimus, fuisse Maximum pedum octo et prope semis: quod, si accipiamus de mensura veteri Romana, valde insigni proceritate fuerit. Porro hunc locum Suetonii imitans Eginhardus de Carolo Magno ita scribit: *Corpore fuit amplo atque robusto, statura eminenti, quae tamen iusquam non excederet: nam septem suorum pedum proceritatem eius constat habuisse figuram.*

*Capillo pone occipit. submissiore, ut — obtegeret]*  
Tacitus, *nudus capillo vertex.* Talis fere fuit, quae vocatur Graecis *Hectorea coma.* Lycophron vs. 1132.

— — — νυμφίους ἀρνύμεναι  
 Τοὺς Ἐκτόρειοις ἠγλαϊσμένους κόμμισι.

Scholia: Ἐκτόρειος κόμη, ἢ τὰ ὀπισθεν καθευμένα ἔχουσα, τὰ δὲ ἔμπροσθεν κεκαρμένα.

Quod gentile in illo videbatur] Capitis capillos alii calamifiro intorquebant, alii in gradus quosdam formabant, quidam in σειράς distinguebant, nonnulli pone cervicem submittebant: quod videtur indicare Suetonius his verbis fuisse factum a plerisque ex gente Claudia. Lib. 6. c. 51. de Nerone: *Circa cultum habitumque adeo pudendus, ut comam semper in gradus formatam, peregrinatione Achaica etiam pone verticem submitterit.* Ovidius *Mataeotechniae* 3, 141.

*Alterius crines humerò iacentur utroque:  
 Talis es assumptâ, Phoebe canore, lyra.*

Martialis 4, 41.

— — — — mollesque flagellent,  
 Colla comæ: tortas non amo, Flacce, comas.

*Facie honesta, in qua tamen crebri — tumores*] Tacitus 4. Annal. 59. *Ulcerosa facies, ac plerumque medicaminibus interstincta. Subtiles tumores* interpretor, ut apud poetam, *ardentes papulas*: putoque, intelligi eminentias non exulceratas: nam viri docti coniectura emendantis *substilles tumores* acutior, nisi fallor, quam verior. At in Mss. Viterb. Memm. et Lisl. *subiti* scriptum offendimus, non *subtiles*: neque aliter olim editum a Roberto Stephano: fortasse non male; ut intelligamus istas papulas, sive illae ἐυθύματα fuerunt, sive ἰδρωῶα, non semper faciem eius deturpasse, sed per intervalla intumuisse aut detumuisse. Hanc porro deformitatem cutis non in facie tantum Tiberii collocat Iulianus, sed toti corpori attribuit: eiusque causam immodicum Veneris usum assignat. Sic autem ille: Ἐπιστραφέντος δὲ πρὸς τὴν καθέδραν, ὠφθησαν ὠτειλαὶ κατὰ τὸν νῶτον μυρία, καυτῆρές τινες καὶ ξέσματα καὶ πληγαὶ χαλεπαὶ καὶ μύλωπες ὑπὸ τῆς ἀπολασσίας καὶ ὠμότητος, ψωροὶ τινες καὶ λειχήνες, οἶον ἐγκραυμένα.



*Oculis, qui, quod mirum est, noctu — viderent]*  
 Magis equidem Plinium miror diserte negantem *ulli alii genitorum mortalium fuisse hanc naturam*: nam quorsum in scriptis veterum mentio fieret huius oculorum vitii, (Dio in Tiberio *ἀβλωπίαν* nominat, medicorum nonnulli *νοκταλωπίαν*: cuius proprium esse scribunt *ἡμέρας μὲν μὴ ὄρῶν, νυκτὸς δὲ βλέπειν*, verum *νοκταλωπίαν* aliter alii interpretantur) si nullum unquam eius exemplum fuisset visum? Quid? quod de integra gente idem scriptum legimus? Solinus c. 20. *Albanorum glauca oculis, id est, picta inest pupilla: adeo ut nocte plus quam in die cernant.* Cuius tamen rei penes illum fides esto.

*Sed ad breve, et quum primum — patuissent]*  
 Verba haec superioribus addita, et fidei plurimum narrationi conciliant, et miraculo, quod tantopere Plinius praedicat, detrahunt non parum. Solet enim multis accidere, ut e somno evigilantibus lucis strictura quaedam oculis affulgeat. Galenus hoc de se et familiari quodam suo commemorat. Sic enim scribit lib. 7. de Hippocratis et Platonis scitis: *Καὶ οἶδα γέ τινα τῶν οὐτῶ παθόντων, διηγουμένου ἡμῖν. ὡς πρὶν παθεῖν ἀνοιχθέντων τῶν βλεφάρων ἐώρα Φῶς πολὺ πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ὅπερ ἀμέλει κἄμοι καὶ πολλοῖς ἄλλοις ὑπάρχει.* Vides rem pro vulgari et quae plerisque accidat, haberi: quare etiam Alexander Aphrodiseus eius rei, ceu translationis, causam quaerit explicatque, *Problematum* lib. 2. quaest. 69. Equidem vix putem, reperiri aliquem posse, naturae praesertim calidioris atque igneae, cui non aliquando in adolescentia id evenerit: mihi certe et quum iunior eram perhaepe, et nunc quoque aliquando id ipsum solet accidere: neque multi dies erant, quum haec scribebam, ex quo mihi annis quinquaginta maiori, e profundo somno atque somnio evigilanti, lux clara lectum implere visa, sic ut reducto conopeone explorarem, ecquid in cubiculo lumen aliquod esset accensum.

Verum haec lux, vel potius resplendentia, ut momentaneam aliquam fecerit, quod non ita frequenter accidit; diuturna tamen non fuit. Ut igitur diutius aliquis luce illa fruatur, et in tenebris videat, legat, taliaque praefret, id vero non iam translaticium, sed plane miraculosum est. Atque huiuscemodi oculos Tiberius dicitur habuisse fortasse et Asclepiodorus philosophus, cui praceptor Proclus. Hic enim in densis tenebris et adstantes dignoscebat, et litteras legebat, ut in Bibliotheca narrat Photius: sed non dicit Photius, evigilanti tantum hanc illi adfuisse facultatem: quare diversa res est. Simile quid patri suo Iulio Caesari Scaligero, sibi que ad annum duntaxat vicesimum tertium, solitum contingere scribit Iosephus Scaliger. Idem etiam de se narrare mihi solitum memini doctissimum alium, maximaeque famae virum.

*Incedebat cervice rigida et obstipa*] Hic est, qui Graecis dicitur βυσσούχην: nam βύειν est stipare. Pollux lib. 2. n. 135. Βυσσούχην δὲ ὁ τοὺς ὤμους ἀνέλκων, τὸν δὲ ἀρχένα συνέλκων, ὃν ἐπίβουλον Ἀριστοτέλης Φυσιογνομῆϊ. Bene convenit Tiberio. Persius de simili forma 3. Sat. 80. *Obstipo capite et sigentes lumine terram.* Contrarii sunt his, qui rigida cervice, capite retrorsum adducto incedunt, quos Graeci σιμοτραχήλους nominant. Talis incessus arrogantium et vana gloria elatorum; quos ait summa elegantia Arrianus in Epicteto sic ambulare, quasi veru deglutissent. Τί, inquit, ἡμῶν ὀβελίσκον καταπιὼν περιπατεῖς; ἤθελον ἴνα με καὶ οἱ ἀπαντῶντες θαυμάζωσιν.

*Adducto fere vultu plerumque tacitus*] Συνδραπὸς ὡς πλῆθει, καὶ τὰ πολλὰ σύνουος. *Adducere vultum*, Latine scribentibus est, ad gravitatem componere: qui habitus accedit ad tristitiae speciem: at *obducere frontem*, sive *vultum* de moesto dicitur aptius quam de gravi. Iuvenalis Sat. 9. *Occurrit fronte obducta, seu Marsia victus.*

*Et excusare tentavit saepe apud — ac populum*] Tacitus 1. Annal. c. 10. *Etenim Augustus, paucis ante annis cum Tiberio tribunitiam potestatem a patribus rursus postulareret, quamquam honora oratione quaedam de habitu cultuque, et institutis eius iecerat, quae velut excusando exprobraret.*

*Naturae vitia esse, non animi*] Hoc vult ille apud Demosth. in orat. κατὰ στεφάνου ψευδομαρτ., qui similes in habitu et incessu suo arrogantiae notas excusans, Ego, ait, οὐ τῶν εὐτυχῶς πεφουκότων ἐμαυτὸν κρίνω.

*Quamvis trigesimo aetatis anno — medicorum*] Tacitus 6. Annal. 46. *Gravescente valetudine nihil e libidinibus omittebat, in patientia firmitudinem simulans: solitusque eludere medicorum artes, atque eos, qui post tricesimum aetatis annum ad internoscenda corpori suo utilia vel noxia alieni consilii indigerent.* Non fero virum doctum ad haec verba Taciti, Plutarchi locum in libro, qui inscribitur Ὑγιεινὰ παραγγέλματα, emendantem: nam scripssisse Plutarchum eo loco ὑπὲρ ἐξήμιοντα γεγονώς ἔτη, probamus ipsius testimonio: qui in libello, An seni capeienda sit respublica, manifestissime vulgatam lectionem tuetur, sic scribens: Οὐ γὰρ ὡς Τιβέριος ὁ Καῖσαρ ἔλεγε τὸ τὴν χεῖρα τῶ ἰατρῶ προτείνειν ὑπὲρ ἐξήμιοντα ἔτη γεγονότας, αἰσχρὸν ἐστίν, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ τὴν χεῖρα τῶ δήμῳ προτείνειν, ψῆφον αἰτοῦντας ἢ ψῆφον ἀρχαιρεσιάζουσαν. Nihil hic mutandum esse, argumentum ipsum disputationis declarat: de senibus enim sermo est. Quare ne altero quidem in loco quidquam vitii subesse possumus suspicari.

*Sine adiumento consiliove medicorum*] Non tamen ut omnem penitus medicinam respueret. Nam Damocrates in descriptione antidotorum, de una illarum specie loquens, quam ἐφεκτικὴν appellat, quod vim sistendi sanguinis eximiam habebat, testatur, ea plurimum esse usum Tiberium, alia autem nulla. Sic ille: Ταύτη Τιβέριον τὸν Σεβαστὸν χρώμενον λέγουσιν, ἄλλην μὴ πεπωμέναι ποτέ.

Cap. 70. *Euphorionem et Rhian. et Parthenium*] Suspicabar legendum *Euphronium*, quem scripsisse Priapeia auctor Strabo: sed vera est lectio vulgata. Sic apud Graecos Parthenius et Euphorion poetae elegiaci iunctim nominantur propter similitudinem poeteseos. Lucianus de conscribenda historia: Καίτοι ποιητῆς ὧν παραθεῖ τὸν Τάνταλον καὶ τὸν Ἰξίωνα, καὶ Τίτυον καὶ τοὺς ἄλλους· εἰ δὲ Παρθένιος ἢ Εὐφορίων ἢ Καλλιμάχος ἔλεγε, πόσοις ἂν, οἷε, ἔπεσι τὸ ὕμῳ ἄχρι πρὸς τὸ χεῖλος τοῦ Ταντάλου ἤγαγεν; εἶτα πόσοις ἂν Ἰξίωνα ἐκύλισε; Ex his verbis et aliorum scriptorum Graecorum testimoniis possumus coniectura assequi, qualia fuerint, et horum poetarum, et Tiberii, qui eos imitatus est, poemata. Euphorionis maxime poemata refertam veteribus fabulis fuisse (quod placebat Tiberio) et Cicero innuit, qui poetam obscuram nominat lib. 2. de divinatione: et fragmenta, quae hodie apud poetarum interpretes exsunt. Puto tamen, eo potius nomine probatos esse hos poetas Tiberio, principi libidinosisimo, quod amatoria tractaverant; quod hodieque testantur utcumque tituli poematum ab illis editorum, quae apud Suidam et alios leguntur. Sane Euphorionis poemata vulgo Romae ita probata, ut passim a parum sobriis cantarentur. Quare Cicero *cantores Euphorionis* appellat homines, qui mollium id genus scriptorum lectione oblectantur. Locus est in tertia Tusculana, ubi post allatos versus e tragoediis Eunii lamentabiles, addit: *O poetam egregium! quamquam ab his cantoribus Euphorionis contemnitur.* Exsunt hodieque Parthenii libri, quo mirabiles amantium casus recenset. Missus est ad Cornelium, de quo Suetonius in vita Augusti.

*Inter veteres et praecipuos auctores dedicavit*] Moris fuit, magnorum virorum imagines per genera distinctas habere: ideo utuntur veteres particula *inter* in hac re. Vitruvius, *inter deorum sedes dedicari.* Suetonius lib. 9. epist. 16.

*Quum meis poni statuas perennem  
Nerva Traianus titulis videret,  
Inter auctores utriusque fixam  
Bibliothecae.*

Scriptorum imagines ac statuae separatae erant ab aliorum simulacris, qui aliis artibus hoc praemium meruissent. Ipsi quoque scriptores distincti generatim fuerunt: quod eximie declarat locus Taciti de statu Germanici loquentis lib. 2. Annal. Parthenius, qui hic narratur inter veteres dedicatus, adeo tum vetus non fuit, ut Suidas, Tiberio imperante adhuc vixisse, tradat.

*Minois exemplo*] Scripti quidam *maiorum exemplo*, inepte: nam ad antiquissimas fabulas de Minoe respicit, ut locum attendenti planum erit. Dio narrat lib. 56. sed nulla mentione facta huius imitationis. Eximie vero rem aperit Plutarchi locus in commentario salubrium praeceptorum: 'Ο Μίνως, inquit, καὶ τὸν αὐτὸν ἀφείλε τῆς θυσίας, καὶ τὸν στέφανον ὑπὸ λύπης. Est igitur Minois exemplo rem divinam facere, quum neque tibia adhibetur, neque corona capiti imponitur.

Cap. 71. *Abstinnitque maxime in senatu*] Nec minus apud populum. Suave est, quod super hoc Dio refert, Tiberium edicto quondam frenas prohibuisse: in quo usus erat voce non Latina (Graecam fuisse suspicamur nos) deinde noctu recordatum eius dictionis, poenituisse, et ad omnes mox linguae Latinae peritos viros retulisse.

*In quod. decreto — quum ἐμβλημα recitaretur*] Aliud agebat vir doctissimus et Italiae suae ocellus, quum scribebat, hoc loco legendum esse πρόβλημα, non ἐμβλημα: nam ut taceam libb. veteres, ratio, quae adducitur, vana est: nempe videre se negat, cur in decreto patrum ἐμβλημα nominandum fuerit: id vero facile Tacitus doceat, qui de moderandis sumptibus conviviorum et suppellectilis tractatum in senatu testatur, Annal. lib. 3. c. 52. Sed defendendae huic lectioni sufficit unus

Dio, cuius haec sunt lib. 57. Ἀπεῖπε δὲ, inquit, καὶ χρυσῷ σκεύει μὴδένα. πλὴν πρὸς τὰ ἱερὰ νομίζειν· ἐπεὶ τε διηπόρησάν τινες, εἰ καὶ τὰ ἀργυρὰ τὰ χρυσοῦν τι ἐμβλημα ἔχοντα ἀπηγορευμένον σφισὶν εἶη κεντῆσθαι, βουληθεῖς, καὶ περὶ τούτου τι δόγμα ποιῆσαι, ἐκώλυσεν ἐς αὐτὸ τὸ ὄνομα τὸ τοῦ ἐμβλήματος, ὡς καὶ Ἑλληνικὸν, ἐμβληθῆναι, καίτοι μὴ ἔχων ὅπως ἐπιχωρίως αὐτὸ ὀνομάσῃ. *Vetuit aureo vase quomquam nisi ad res sacras uti: et quum dubitarent quidam, an etiam argentea, quae emblemata aliquod aureum habebant, essent prohibita; cupiens de ea re edictum facere, vetuit, in eo usurpari vocem emblemata tamquam Graecam: licet dictionem nullam haberet Latinam, qua id significaret.* Haec Dio: sed cur ἐμβλημα, inserta non dicetur Latine? praesertim quum ea voce priores Tiberio usi sint. Lege magnum Scaligerum ad Manilium.

*Militem quoque — nisi Latine respondere vetuit* ] Nou militem, sed centurionem, ait Dio. Ἐκατοντάρχου, inquit, Ἑλληνιστὶ ἐν τῷ συνεδρίῳ μαρτυροῦσά τι ἐδελέσσαντος, οὐκ ἠνέσχετο, καίπερ πολλὰς μὲν δίκας ἐν τῇ διαλέκτῳ ταύτῃ καὶ ἐκεῖ λεγομένας ἀκούων, πολλὰς δὲ καὶ αὐτὸς ἐπερωτῶν.

Cap. 72. *Bis omn. secess. temp. — redire conatus* ] Atqui Dio triplicem eius accessum ad urbem narrat sub finem lib. 57.

*Erant ei in oblectamentis serpens draco* ] Etiam serpentes, inimicum illud humano generi animal, circumstantur, et vel per se, vel arte et industria hominis mansuescunt. Hi sunt, quos Plutarchus in Alexandro appellat χειροθήθεις ὄφεις. Auctor est Philostratus, Aiaci Locro fuisse draconem mansuetum, cubitorum quinque: quo ille utebatur convivore et comite insiar canis. Sic ille: Ἐἶναι δὲ αὐτῷ καὶ χειροθήθῃ δράκοντα. πεντάκηντον τὸ μέτρον, ὃν ἐκπαίδειν τὸ καὶ ἐκτρέφειν τῷ Αἰάντι, καὶ ὁδῷ ἠγεῖσθαι καὶ ἐκνομαρτεῖν, οἷον κύνα. Notum etiam, quod de parvis vel parvis serpentibus nau-

rant Graeci, ut Aristophanis scholiastes Plato, Suidas, et alii. Sed qui proprie dracones in genere ἐρπυστικῶ nominantur; si fere veneno carent. Nicander de hac specie: Οὐ μὲν ἔγ' αὐτῶς Ἐγχελιδίας ἤλεγχε; καὶ ἦν ἔπι-  
 πηλιχ χαλεφῆ. Lege Plinium lib. 29. c. 4. Huius generis erant; quos nominabant dracones Epidaurios, et quos Pellaeos; de quibus illustris Luciani locus in Alexandro: Ἐνταῦθα ἰδόντες ὀρέοντας καμμεγέθεις ἡμέ-  
 ρους πάνυ καὶ τιθασσοῦς, ὡς καὶ ὑπὸ γυναικῶν τρέφε-  
 σθαι, καὶ παιδίοις συγκαθεύδειν, καὶ πατουμένους ἀνέ-  
 χεσθαι, καὶ θλιβομένους μὴ ἀγανατεῖν, καὶ γάλα πί-  
 νειν ἀπὸ θηλῆς κατὰ ταυτὰ τοῖς βρέφεσιν, ἠνοῦνται τῶν  
 ἐρπετῶν ἐν τὸ κάλλιστον, ὀλίγων ὀβολῶν. Id est: *Quum  
 in Macedonia vidissent dracones permagnos, man-  
 suetos admodum et cicures; ut etiam a mulieribus  
 alerentur, cum puerulis cubarent, calcati tolerarent,  
 pressi non irritarentur, lac etiam e mamma, infantium  
 more, sugerent; unum istorum serpentum, eumque  
 pulcherrimum, paucis obolis sibi comparant.* Istius generis dracones Romanis proceribus et nobilibus semi-  
 nis fuisse in deliciis praeter hunc Tranquilli, testantur alii aliorum auctorum loci. Martialis lib. 7. enumerans bestias voluptatis causa haberi solitas:

*Si gelidum collo vestit Gracilla draconem:*

*Luscinae tumulum si Telefina dedit.*

Nec praetermittendus Senecae locus e lib. 2. de Ira, c. 31., cuius me aliquando admonuit I. Philippus Pareus, adolescens eruditissimus. Sic ille: *Adspice elephantorum iugo colla submissa taurorum pueris pariter ac feminis persultantibus tergum impune calcata, et repentes inter pocula sinusque innoxio lapsu dracones.*

*Rediens ergo propere Campaniam]* Ita omnes meliores libri. Viterb. et vulgati *prope Camp.* Ursinus e suis *propere in Camp.* sed *redire Campaniam*, ut Virg. 1. Aen. pr. *Italiam venit*: et ita loqui solitum B. Hieronymum atque alios eximios scriptores, observat Ios. Scaliger ad Eusebium suum.

*Infans in medico triclinio*] Magis ex more fuit, ut princeps salutantes ad ianuam cubiculi stans exciperet, et dimitteret, ut alicubi notat Dio. Spartianus de Hadriano, *Ad convivium venientes senatores stans excepit.*

*Assistente lictore*] Et prima editio, et manu exarati libri sic habent: quod monco propter virum doctum, cui tolli ista aut mutari placuit, sine causa: non enim, ut existimat, otiosa sunt haec verba isto loco. Nam quod adituisse lictor Tiberio dicitur, vel maiestati principali consultum, vel commodi eius causa factum, ut ei senex et infirmus inniteretur.

Cap. 75. *Octavo et septuagesimo aetatis anno*] Consentit etiam Tacitus: at Dio: Ἐβίω, inquit, ἑπτὰ καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη, καὶ μῆνας τέσσαρας καὶ ἡμέρας ἑννέα.

*Tertio et vigesimo imperii*] Satis liberaliter: alii parcus, qui solos viginti duos annos tribuunt. Iosephus Orig. lib. 15. ad biennium adiicit menses quinque, dies tres: Dio, menses septem, et dies totidem: Clemens, menses sex, dies XIX.

*Nonnulli pulvinum iniectum*] Tacitus magis probabiliter: *Macro intrepidus opprimi senem iniectu mul-tae vestis iubet, discedique a limine.* Dio similiter: Ἰμάτια πολλὰ καὶ παχέα ὡς καὶ θερμασίας τινὸς δεομένην προσέβαλε. In vitis Imperatorum Germanicorum reperimus similis tragoediae exemplum: nam Fridericum II. circa annum Domini MCCL a Mansredo filio naturali narrant exinctum, pulvino in os iniecto: quo etiam le-ti genere vitam serunt ademptam Ioanni X. Romano Pontifici, qui circa annum DCCCCXIII pontificatum in-ierat.

Cap. 74. *Cinis e favilla et carbonibus — illatus*] Lego *illatis*: neque enim cinis ad calefaciendum cubiculum inferri solet, sed favilla et carbones. Ita autem calefaciebant triclinia, quoniam in iis camini non erant. Plutarchus de Alexandro: Ἐν χειρῶν καὶ ψύχει τῶν



Φίλων τινὸς ἐστιῶντος αὐτὸν. ἐσχάραν δὲ μικράν, καὶ πῦρ ὀλίγον εἰσενέγκαντος, ἢ ξύλα ἢ λιβανωτὸν εἰσενεγ-  
κεῖν ἐκέλευεν.

*Exstinctus et iam diu frigidus exarsit*] Plutar-  
chus Erotico: Ἄν ἐν οἰκίᾳ νύκτωρ σέλας ἴδωσιν, θεῶν  
ἤγούνται καὶ θαυμάζουσιν.

Cap. 75. *Ut ad primum nuntium — clamitarent*] Placet lectio cod. Lisl. *Tiberius in Tibertm.* De primo nuntio an Suetonio credi par est? nonne enim fieri so- litum, ut primi de morte tyranni nuntii suspensis auri- bus excipiantur ob metum? Quare etiam scribit Iose- phus 1, 18. de morte Tiberii: Ῥωμαῖοι μὲν δὴ πύσται (male editum, πίσται) τῆς Τιβερίου τελευτῆς, εὐφραδί- νονται μὲν τῷ ἀγαθῷ τῆς ἀγγελίας, οὐ μὴν πιστεύειν γε θάρσος ἦν αὐτοῖς. Simillima Tranquillus in morte Ca- ligulae lib. prox. c. ult. et de eodem Iosephus.

*Nam quum senatus consulto*] Ante annos XV fa- ctum erat hoc consultum senatus, Coss. Valerio Messala et Aurelio Cotta, Dio.

*Atellam potius deferendum*] Negant dignum, qui Romae sepeliatur, quam ita cupide deseruisset, et a qua tam pertinaciter abstinuisset: proiciendum igitur in aliquod Campaniae municipium, qua tantopere vivus de- lectabatur. Atellam autem nominant potius quam aliud, alludentes ad flagitiosam eius vitam: talis enim Atella- norum vita et mores: unde sunt *Atellanae fabulae* nuncupatae.

*Et amphitheatro semivstulandum*] Viterb. et Li- flaci, *semivstulandum*: duplex contumelia his verbis con- tinetur. Voluit enim non cremari Tiberium, sed ambu- ri tantum et leviter curari eius funus, ut fiebat in men- dicis, qui a vespillonibus raptim in Esquilis cremaban- tur: vide lib. seq. de Caji funere: gravissimum vero de amphitheatro: nam ibi fontes igne consumi soliti, ut infra lib. 4. c. 27. et Philo contra Flaccum, aliique.

Cap. 76. *Ac militibus universis*] Praetorianis, legionariis, urbanicianis, et vigilibus sive sparteolis. Nam his quoque aliquid Tiberii testamento fuisse legatum, auctor Dio: Τοῖς τε ἀστικοῖς καὶ τοῖς νυκτοφύλαξι τὰ κατελείφθεντα διέλυσε.

*Plebiq̄ue Romanae viritim, atque — vicomagistris*] Dio: Διένειμε τῷ δήμῳ τὰς πέντε καὶ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν καὶ χίλιας μυριάδας· τὸσαῦτα γὰρ αὐτῷ κατελείφθησαν. *Populo divisit sestertium quadringenties quinquagies: tantum enim illi relictum fuerat.* Videtur ea summa utrumque legatum comprehendi, et quod populo viritim datum, et quod vico-magistris relictum: de quo diximus libro priore.

---

IS. CASAUBONI

IN

SUETONII LIBRUM IV.

ANIMADVERSIONES.

Cap. i. *Et post eam consulatum statim gessit.]*  
Distingue ante *statim* sic: a Tiberio patruo adoptatus, quaesturam quinquennio ante quam per leges liceret, et post eam consulatum, statim gessit. Levissima emendatio grande momentum affert ad historiae fidem; quae siare hic non potest, si *ro' statim* referatur ad consulatum: nam inter Germanici quaesturam et eiusdem consulatum anni septem interiecti. Refer igitur ad superiora, et intellige, statim ut adoptatus est Germanicus, quaesturam eum gessisse. Haec germanissima est huius loci sententia. Clare arguit ratio annorum, si attendimus: nam et adoptio Germanici et quaestura in eundem incidunt annum DCCLVII, qui Coss. habuit Sex. Aelium Catum et C. Sentium Saturninum. De adoptione liquet ex Velleii ceterorumque historicorum testimoniis: de quaestura arguit, quod dicitur quinquennio ante, quam per leges liceret, eam consecutus: nempe anno undevigesimo factus Quaestor Germanicus: sic enim Tiberius, cui idem contigit privilegium, *Quaestor, undevigesimum annum agens, capeffere coepit remp.*, inquit Velleius. Id aetatis Germanicum fuisse, quum est adoptatus, intelliget statim, qui cum dicto anno DCCLVII vel eum contulerit, quo natus est, vel eum, quo denatus. Alter est annus urbis DCCXXXVIII, alter DCCLXXII, aetatis ipsius quartus et trigessimus.

*Prius quam honorem iniret*] Iniit apud urbem Aethiopiae Nicopolim, anno DCCLXXI.

*Quum Armeniae regem devicisset*] Iulio Lipsio ut assentiamur, ac scribamus, *regem dedisset*, vel *devicisset*, flagitat, non postulat Taciti narratio. Omnium tamen librorum in edita lectione mira constantia.

Cap. 3. *Omnes Germanico corporis — virtutes*] Magnum et raram elogium: in quo tamen consentiunt historici. Tacitus lib. 2. c. 73. pluribus persequitur illius laudes: etiam cum Alexandro Magno comparatione facta. Dio paucis verbis non pauciora dicit lib. 57. Κάλιστος μὲν τὸ σῶμα, ἄριστος δὲ καὶ τὴν ψυχὴν ἔφυ, παιδείᾳ τε ἄρα καὶ βίῳ διέπρεπε, πρόστατος τε καὶ σωφρονέστατος ἦν. Dilaudat eundem et Iosephus Orig. lib. 18. c. 8. Unus Velleius per adulationem principis turpissimam ausus laudato ab omnibus iuveni ignaviae maculam adspargere.

*Formae minus conveniebat gracilitas crurum*] Quod inter praecipua olim habitum, quae bonam formam corrumperent: fuitque hic habitus urbanorum dicitur semper obnoxius. Seneca, In sapientem non cadere iniuriam, lib. 2. c. 16. *In capitis mei levitatem iocatus est, et in oculorum valetudinem, et in crurum gracilitatem, et in staturam.* Infra lib. 6. Neroni tribuuntur inter alia vitia corporis, *gracillima crura.* Vide et in Domitiano, c. 18. Sic in Aristotele notatum, quod esset *ἰσχυροσκελής*, id est, *perfilis*: nam ita comici vocarunt. Glossarium: *Perfilis*, *μικροσκελής*. Plautus, *todella cruscula*: Eubulus Comicus, *κοψίχου σκέλη*: alii, *στρουθόποδας*. Contra, quibus inferiores corporis partes erant crassiores, *καλαμπάδας* *Αἰγυπτίας* vocabant: quod de Zenone Stoico est dictum. Quemadmodum autem crurum gracilitatem, sic etiam manus vel brachii inter deformitatis notas ponebant. Chrysol. in epistola Pauli ad Ephesios: *Οὐχ ἔρῃς ὅτι καὶ ἐν τῇ σαρκὶ πολλὰ ἔχουσιν ἐλαττώματα: ὁ μὲν ἐστι χαλός, ὁ δὲ διεστραμμένους ἔχει τοὺς πόδας. ἕτερος χεῖρα ἔσθλιν.*

*Ha quoque paulatim — refectione post cibum*] Gracilitatem vel corporis totius, vel partis ut crurum, duobus potissimum modis curari posse, Galenus docet, *dropace* et *convenientibus exercitationibus*. Lege illius magni doctoris Ὑγιεινῶν lib. 5. Meminit et lib. 6. atque alibi.

*Oravit causas etiam triumphales*] Nihil auri sumus mutare: Viterb. tamen cod. et Pithoei habent *triumphalis*: quam lectionem amplector ut verissimam. Dio iubet, cui refragari durum: notat ille in actis anni DCCLXV, Germanicum etiam Consulē causas orasse. Καὶ αὐτὸς μὲν, ait, εὐδὲν ἄξιον μνήμης ἐπραξε, πλὴν ὅτι καὶ τότε ὑπερεδίκητεν. Lapsi sunt graviter viri docti, qui hoc loco ὑπερδικεῖν, quod lippī norunt et tonsores significare *patrociniō suo aliquem defendere*, interpretati sunt, *potiores ferre partes*: non dubito, id notare voluisse Dionem verbis illis, quod hic Suetonius observat. Sed insiat cruditissimus Torrentius, et triumphalem Germanicum orasse causas negat, qui statim a triumpho ad Orientis statum componendum sit pulsus. Respondemus viro doctissimo; triumphalem dici non eum tantum, qui triumphavit: sed et illum, qui triumphalia ornamenta sit consecutus: quæ nactum esse Germanicum ex bello Dalmatico ante consulatum suum primum, testis Dio lib. 56. Τῷ Γερμανικῷ αἴτε νικητήριαι τιμαὶ ἐδόθησαν καὶ αἱ στρατηγικαί.

*Domi forisque civilis*] Iosephus idem aliis verbis: Τὴν ἀξίωσιν κτώμενος τοῦ βούλεσθαι ἴσος πάντων εἶναι.

*Colligere sua manu et comportare*] Quod Tiberius arripit in occasionem criminandi alias invisi iuvenis. Tacitus.

*Ut Pisoni decreta sua rescindentī — quam*] Aliter Tacitus 2. Annal. 69. et verius, ut puto: *At Germanicus Aegypto remeans, cuncta, quae apud legiones aut urbes iusserat, abolita, vel in contrarium versa, cognoscit: hinc graves in Pisonem contumeliae.*

*Amicitiam ei more maiorum renuntiaret*] Et Augusti quoque exemplo, qui fecit idem in Cornelio Gallo, lib. 2. c. 66.

Cap. 4. *Quarum virt. fructum uberrimum tulit*] Fructus virtutum suavissimus, amor omnium. Genuina sententia apud optimum poetam Statium Papinium in Soteriis pro Ruilio Gallico, 1. Sylv. 4, 57.

*Quae tibi sollicitus persolvit praemia morum  
Urbis amor? quae tum patrumque equitumque nota*

*Lumina, et ignarae plebis lugere potentes?*

Cap. 5. *Tamen longe maiora — iudic. in morte*] Exstat in hanc sententiam vetus epigramma:

*Parce, hospes, tumulo, Caesar Germanicus hic sum:*

*Saepe etiam ignotis ipse dedi requiem.*

*Quod si quem tumuli nihil huius gratia tangit,*

*Admoneat, patriae fraude quod hic iaceo:*

*Sed iaceo, quamvis non vitae, at plenus honoris:*

*Hoc uno ingratus, quod genui patriae.*

*Testata est mores lacrimis plebesque patresque:*

*Haec sunt sinceri iudicia ingenii.*

Secundum horum versuum explicant superiora Suetonii verba, *Sicubi clarorum virorum sepulcra cognosceret, inferias manibus dabat*: quartum versum ita potius scribam, *At moveet, patria fraude quod hic iaceo*: elegantius, et ad fidem historiae convenientius.

*Lapidata sunt templa*] Quos honore auctos volebant, sive deos, sive homines, ἐφυλλοβόλου: et contra per contumeliam lapidibus petebant et deorum et hominum imagines. Tacitus 1. Histor. 55. *Primani Quintanique turbidi, adeo ut quidam saxa in Galbae imagines iecerint*. Hinc illa theatralis lapidatio, de qua multa nobis dicta Animadv. in Athenaeum lib. 6. c. 11.

Cap. 6. *Ne quid gestientes — moraretur*] Pars maior libb. et quidem meliorum, *morarentur*, hoc est, expectandum haberent. *Moror* utrumque significat, et facere et pati moram.

*Cunct. nec temere opinantibus — Tiber. saevitiam*] Eadem sententia Dionis diserte sic scribentis: Τιβέριος ἐς ἐπεὶ τὸ ἐΦεδρεῦον οὐκέτ' εἶχεν, ἐς πᾶν τ' οὐναίτιον τῶν πρόσθεν εἰργασμένων αὐτῷ πολλῶν ὄντων καὶ καλῶν περιέστη. Tacitus: *Morum quoque tempora illi diversa: egregium vita fama que quoad privatus, vel in imperiis sub Augusto fuit; occultum ac subdolum fingendis virtutibus, donec Germanicus ac Drusus superfuere.*

Cap. 8. *Ego in actis Antii invenio editum*] Dio quoque in castris non natum, sed eductum ait: verum, si ex fide eidem traditum, Germanicum primum suum consulatum in otio urbano consumpsisse, causa non est meo iudicio, cur Plinio potius quam Suetonio in hac controversia assentiamur. Etsi non clam me est, virum doctum multis probabilium argumentorum machinis huius opinionem prope afflixisse. Sed mihi per videtur mirum, si post cladem Varianam, Tiberium ad Germanicos exercitus summa celeritate festinantem, Germanicus cum uxore sua sit comitatus: nonnihil etiam impellit me, ut Suetonio potius assentiar, exquisita haec diligentia, qua usum eum patet in pervestiganda huius rei veritate: quam quidem ille solus serio, certe post Plinium et Tacitum, quaesivit.

*Si vellet, ut retineret*] Memmianus lacunam exhibet sic, *si vellet . . . . ut retineret.* Fortasse, *si vellet uti, ut retineret.*

*Quae sola actorum restat — auctoritas*] In Mss etiam nostris locus est corruptus: ex vestigiis Viterb. et Memmiani videtur scriptum fuisse, *quae sola auctoritas restat publici instrumenti*: nam vox *actorum* ex superscripta interpretatione orta videtur.

Cap. 9. *Apud quos quantum praeterea*] Forte scribendum propterea.

*Quam oblegari eum*] Etiam in Memmiano scriptum *oblegari* pro *ablegari* sine dubio.

*Represso ac retento vehiculo*] Memmianus reprehendo, ut sit pro saepius apprehenso. Tacitus sic 1. Annual. 41. *orant, obsistunt, rediret, maneret.*

Cap. 10. *Comitatus est patrem — expeditione*] Viterb. et in *Syriacam expeditionem.*

*Et inde vicef. aetatis anno accitus — a Tiberio*] Convenit cum calculo Taciti, qui in actis a. DCCLXXXVI 6. Annual. 20. ita scribit: *Sub idem tempus C. Caesar discedenti Capreas avo comes, Claudiam, M. Silani filiam, coniugio accepit.*

*Perinde oblitter. suor. — nihil quidq. accidisset*] Tacitus ibidem: *Immanem animum subdola modestia regens, non damnatione matris, non exilio patrum rupta voce.*

*Quae vero ipse pateretur — transmittens*] Tacitus lib. 6. c. 45. de Caio: *Nam etsi commotus ingenio, simulationem tamen falsa, in sinu avi perdidicerat. Novi Tiberii ingenium; puto tamen hic scribendum in sinu aviae: intelligit enim, nisi fallor, primam Caii educationem: non autem in sinu Tiberii avi, sed Antoniae, aviae et Liviae Augustae, proaviae, ad vicessimum aetatis annum fuit educatus. Quare de Livia interpretor, muliere, ut novimus, omnium artium istius generis peritissima: nec obstat, quod proavia illa fuit, non avia: semper enim Romani scriptores cognationum appellationes laxae et libere usurparunt, ut omnibus est notum, qui eorum scripta serio πεκατήμασι.*

*Ut non immerito sit dictum*] Eius dicti auctor Passienus. Tacitus ibidem.

Cap. 11. *Et ganeas atque adulteria — obiret*] Memmianus codex, Liss. et Viterb. ita legunt, non *ambiret*, ut in aliis. *Adulteria* pro feminis adulteris, ita dictum, ut coniugia pro coniugibus, et alia id genus. At in libb. Urlni scriptum *ganeas atque popinas*: quam lectionem nusquam reperimus, et putamus, ab his esse excogitatum, qui insolentiam vulgatae lectionis non con-



coquebant. *Capillamentum est πηνίκη*. Auctor Satyrici: c. 110. *Evocatumque me non minus decoro exornavit capillamento: imo commendatior enituit, quia flauorum corymbio erat. Puto scribendum, quia flaveo ornatum corymbio erat.* Suetonius in Othone c. 12. *galericulum* vocat.

*Ut aliquoties praedicaret — Caium vivere*] Dio lib. 58. p. 655. cati senis vaticinium ita narrat: Ἠγνόει μὲν γὰρ οὐδὲν οὐδὲ τῶν κατὰ τὸν Γαίον, ἀλλὰ καὶ εἶπέ ποτε αὐτῷ διαφερομένῳ πρὸς τὸν Τιβέριον, ὅτι σύ τε τοῦτου ἀποκτενεῖς καὶ σε ἄλλοι. Propterea Philo narrat, saepius deliberasse Tiberium de tollendo Caio.

Cap. 12. *Enniam Naeviam, Macronis uxorem*] Lislæi cod. alterum tantum nomen agnoscit, quod in mulieribus est usitatus: *Naenniam* enim scribit non sine vitio. Dio lib. 58. p. 639. Ἐννίαν Θρασύλλην vocat: maritum vero eius Νεοῦϊον Σερτώριον Μάκρωνν. Unde scripserim hoc loco *Enniam, Naevii Macronis ux.*, vel *Herennii Macr.*: ita enim nominatur ab aliis. Memmianus, *Enniam Naeviam*.

*Per hanc insinuat Macroni*] Praeter historicos vide Philonem contra Flaccum.

Cap. 13. *Populum Rom. vel — hominum genus*] Brevius lib. Pithoei, *vel dicam hominum genus competentem*.

*Prope afflictæ domus*] *Affligere* Suetonio gravius quam vulgo apud Ciceronem et alios multos sonat. In Vitellio c. 3. *Mater missum ad legiones et appellatum Imperatorem pro afflictio statim lamentata est.* In Vespaliano c. 8. *Per totum imperii tempus nihil habuit antiquius, quam prope afflictam nutantemque remp. stabilire:* proprie *affligere* est cum sicutu sive sono ad terram dare, quod Graeci προσηύδισιν dicunt. Homerus interdum δουπεῖν, ut δεδουπότος Οἰδιπόδαο. Minus recte in Glossario: *Adfligere, ζημιῶν, et adfigi, καταπονεῖσθαι:* non enim assequitur vim vocis, ut sere solet.

*Inter altaria et victimas ardentisque taedas*] Ita moris fuit prodire obviam viris principibus. Docuit nuper Lipsius testimonio aliquot veterum scriptorum: quibus pauca libet adicere. Originem rei docet M. Tullius: nam primitus deis hic honos exhibitus, quum transferrentur eorum imagines: sic ille lib. 4. in Verrem: *Quid hoc tota Sicilia est clarius, quam omnes Segestianas matronas et virgines convenisse, quum Dianā exportaretur ex oppido? unxisse unguentis? complexisse coronis et floribus? thure odoribusque incensis usque ad agrifines profecutas esse?* Deinde ad homines idem est translatum: estque hoc adulationis genus antiquissimum. Quintus Curtius lib. 5. de Alexandri ingressu in Babylonem loquens: *Plures obviam egressi sunt: inter quos Bagophanes arcis et regiae pecuniae custos, ne studio a Mazaco vinceretur, totum iter floribus coronisque constraverat, argenteis altaribus utroque latere dispositis, quae non thure modo, sed omnibus odoribus cumularat.* Plutarchus in Dione: Βουλόμενος δὲ καὶ δι' ἐκυτόυ προεκαγορευῆσαι τοὺς ἀνθρώπους, ἀνήκει διὰ τῆς Ἀχραδινῆς, ἐκατέρωθεν παρὰ τὴν ὁδὸν τῶν Συρακουσίων ἱερεῖα καὶ τραπέζας καὶ κρατῆρας ἰστάντων· καὶ κατ' οὐδὲ γένοιτο προχύτας τε βαλλόντων, καὶ προστρεπομένων ὡς περ θεῶν κατευχαῖς. Iustinus lib. 24. *Arsinoe praegressa virum, diem festum urbi in adventum eius indicit — aras ubique, hostiasque disponi.* Religiosius multo Athenienses, qui excepturi Attalum, sacerdotes et victimas praepararunt, templeque omnia aperuerunt, ut ipse diis, non Athenienses ipsi ut deo sacrificaret. Polybius: Ἐπεὶ δὲ εἰσῆκει κατὰ τὸ Δίπυλον ἐξ ἐκατέρου τοῦ μέρους παρέστησαν τὰς ἱερείας καὶ τοὺς ἱερεῖς· μετὰ δὲ ταῦτα πάντας μὲν τοὺς νεοὺς ἀνέφεκον ἐπὶ πᾶσι δὲ θύματα τοῖς βωμοῖς περυστήσαντες, ἤξιωσαν αὐτὸν θῦσαι. Quamquam adulationibus foedis erga potentes nulli populo concessisse Athenienses, satis probavit Athenaeus lib. 6. et nos ad illum. Sed redeo ad aliorum adulationem, cuius praec-

terea testis Suetonius lib. super. c. 98. *Fortè Puteolanum suum praetervehenti vectores nautaeque de navi Alexandrina, quae tantum quod appulerat, candidati coronatique et thura libantes, fausta omnia et eximias laudes congesserant: mitto locum in Galba c. 18.* Meminit et Appianus Ἐμφυλίων lib. 5. narrans Octavii et Antonii in urbem adventum post factam inter se pacem, *παροδεύουσιν αὐτοῖς ὅσα σωτήρσιν ἐγγίνοντο δυσταί.* Sic interpretor, quod scribit Philostratus lib. 5. c. 9., quum Aegyptiacos nomos peragraret Vespasianus Imperator, non solum prodiisse illi obviam omnes cuiuscunque aetatis aut conditionis homines: sed sacra etiam detulisse: Προσιόντι δὲ τῷ αὐτοκράτορι, τὰ μὲν ἱερὰ πρὸ πυλῶν ἀπήντα, καὶ τὰ τῆς Αἰγύπτου τέλη, καὶ οἱ νόμοι καὶ οὗς Αἴγυπτος τέτμηται, Φιλόσοφοί τε ὡσαύτως, καὶ ἡ σοφία πᾶσα. Addidit Suetonius, *taedasque ardentis: quod erat aliquanto civilius et usitatus.* Servius ad lib. 5. Aeneidos: *In honorem regum cum facibus procedebatur a populo.* Plutarchus in Pompeio: *Τοὺς δὲ ἀπαντῶντας πανταχόθεν οὐδεὶς ἐχώρει τόπος, ἀλλὰ ὁδοί τε κατεπίπλωντο, καὶ ἠῶμαι καὶ λιμένες ἐνωχουμένων καὶ θυόντων· πολλοὶ δὲ καὶ στεφανοφοροῦντες ὑπὸ λαμπάδων ἐδέχοντο, καὶ παρέπεμπον ἀνθοβολούμενον.* Herodianus lib. 4. c. 8. describens ingressum Caracallae Alexandriam: *Ἀρωμάτων δὲ παντοδαπῶν καὶ θυμιαμάτων ἀτρίδες εὐωδίαν παρεῖχον τοῖς εἰσόδοις· δαδουχαῖς τε καὶ ἀνθέων βολαῖς ἐτίμων τὸν βασιλέα.* Ammianus lib. 21. *Eunique suburbanis propinquantem amplis nimiumque protentis, militaris et omnis generis turba cum lumine multo et floribus rotisque faustis, Augustum appellans, et dominum, duxit in regiam.* Imperatoribus autem Christianis idem genus honoris postea esse exhibitum passim illorum historiae testantur: nam sive ipsos, sive eorum laurata, sive cadavera defunctorum fustibus excipiebant. Corippus lib. 2. *Transitus ob causam multi pia thura cremabant. At-*

que idem honos postea etiam episcopis est exhibitus: id-  
 que iam inde a temporibus primis florentis ecclesiae:  
 nam B. Cyrillus in epistola ad presbyteros Alexandrinos,  
 quae exstat in Actis concilii Ephesini, narrat, se a con-  
 cilio Ephesi habito redeuntem tanta alacritate omnium  
 exceptum esse, ut passim sibi mulieres praerent, thuri-  
 bula manibus tenentes: "Ὡστε, inquit, καὶ τὰς γυναῖ-  
 κας θυμιατήρια κατεχούσας προηγεῖσθαι ἡμῶν. Simile  
 est, quod de cereis accensis in Hiltor. ecclesiasti. obser-  
 vamus, quos initio moris fuit rebus sacris praerere. So-  
 zomenus lib. 8. de apparatus choreae ab Ioanne Chryso-  
 stomo institutae, σταυρῶν ἀργυρᾷ σημεῖα ὑπὸ κηροῖς ἡμ-  
 μένοις προηγούντο αὐτῶν. Mox ad ipsorum episcoporum  
 honorem cerei sunt adhibiti. Sic eidem B. Chryso-  
 stomo cum cereis obviam procedit populus Constantinopoli-  
 tanus. Theodoretus lib. 5. c. 34. "Ἀπαντες ὑπήντησαν τὰς  
 ἐν κηροῦ λαμπάδας προάπτουτες. Sozomenus lib. 8.  
 Ἐν ψαλμωδίαις δὲ πρὸς τὸ συμβᾶν πεποιημέναις ὑπαν-  
 τήσας ὁ δῆμος, (ἔφερον δὲ κηροὺς ἡμμένους οἱ πλείους)  
 ἄγουσιν εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Gregorius in eius vita capite  
 centesimo: Ἦν τότε καθορᾶν τὴν πόλιν πᾶσαν χεομένην  
 πρὸς τὴν ἀπάντησιν, καὶ πλήρη μὲν πορθυσίων τὴν θά-  
 λασσαν· πλήρω δὲ τὰ πορθυσία λαμπάδων καὶ ἀρωμά-  
 των καὶ μύρων. B. Cyrillus de se in illa epistola, cuius  
 modo meminimus: Ἐξελθόντας δὲ ἡμᾶς ἐν τῆς ἐκκλη-  
 σίας προέπεμφαν μετὰ λαμπάδων· λοιπὸν γὰρ ἦν ἐσπέ-  
 ρα. Videtur quidem Cyrillus dicere, ideo funalia esse  
 accensa, quia nox erat: sed praeter hanc causam alia  
 fuit; quod honoris Cyrilli causa id faciebant, et testan-  
 dae laetitiae: ideo sequitur, καὶ γέγονε πολλὴ θυμωδία  
 καὶ λυχναψία ἐν τῇ πόλει. Talia multa in eadem histo-  
 ria leguntur: nec non in conciliis Patrum, ut in Ni-  
 cœna synodo secunda. Denique apud Cedrenum et id  
 genus scriptores passim leges, θυμιάμασι καὶ κηροῖς προ-  
 πέμπειν, et, μετὰ κηροῦ καὶ λαμπάδων καὶ ἀρωμάτων.

*Super fausta nomina*] Sic placet cum Mss., non *omina*. Iosephus vocat ἐπιβοήσεις εὐφήμους. Eusebius, βοὰς εὐφήμους.

*Pullum, et pupum, et alumnium appellantium*] Plane sunt nutriculis usitatae blanditiae in demulcendis infantulis: *pullus* respondet illi Graecorum ὑποκορισμῶ, quo νεοπτοῦς et νεόττια puerulos vocabant. Theophrastus in characteribus: Χρηστοῦ πατρὸς νεόττια!

Cap. 14. *Consensu senat. et irrump. — turbae*] Dio lib. 59. p. 640. Ὑπὸ τῶν ὑπάτων καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων τῶν προπαρεσκευασμένων εἰ. Neque verba Suetonii ita accipienda sunt, quasi in senatum admissa esset haec tumultuans turba, quam probabilis est, dum patres deliberant, ad fores curiae mansisse: mox, factum decretum applausu et acclamationibus magnis excepisse.

*Nepotem suum coheredem ei dederat*] An bonorum tantum Tiberii coheredes sunt relictī, an etiam imperii? non temere quaerimus: videntur enim inter se non consentire veteres scriptores. Dio quidem init. lib. 53. nepoti traditum imperium scribit, τῷ Τιβερίῳ τῷ ἐγγόνῳ τὴν αὐταρχίαν κατέλιπε. Contrarium affirmat Iosephus: apud quem Caio temp. committit Tiberius moriens, et his verbis utitur: Ὡ παῖ, καίπερ μοι συγγενεστέρου Τιβερίου ἢ κατὰ σὲ ὄντος, σοὶ φέρων ἐγχειρίζω τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν. Utique communicatum tradit Philo leg. ad Caium p. 995. Τὸν γὰρ ἀνεψιὸν καὶ κοινωνὸν ἀπολειφθέντα τῆς ἀρχῆς κτείνει. Et scribit idem, si paullulum advixisset Tiberius, mutaturum fuisse, ac sublato Caio solum heredem imperii relicturum suum nepotem. Philonem arbitror vera dicere, qui quam iis temporibus vixerit, et Romae etiam Caii temporibus sit versatus, ignorare, quod factum erat, non potuit: quare interpretationem vocis *coheredem*, quam quidam afferunt, non probō: neque sane averfus Diō ab hac sententia, qui delatam Caio successionem imperii a Tiberio alibi expressis verbis scribit.

*Supra centum sexaginta millia — tradantur*] Minus mirabitur, qui horum Philonis verborum memin-  
nerit: Οὐδὲν ἦν ἰθεῖν ἕτερον κατὰ πόλεις, ἢ βωμους, ἱε-  
ρεῖς, θυσίας, λευχειμονοῦντας, εστεφανωμένους, Φαι-  
δρους, εὐμένειαν ἐξ ἰλαρχῆς τῆς ὕψους προφκίνοντας, ἐορ-  
τάς, πανηγύρεις, μουσικοὺς ἀγῶνας, ἵπποδρομίας, κά-  
μους, παννυχίδας μετ' αὐλῶν καὶ κιθάρας, τέρψεις, ἀνέ-  
σεις, ἐνεχειρίας, παντοίας ἡδονὰς διὰ πάσης αἰσθήσεως.  
Ibidem habes de morbo Caii, quae non sine fructu et  
voluptate cum iis conferas, quae Suetonius narrat.

*Qui depugnatuos se armis — proposito voverent*] Opinio veterum fuit, mortem morte posse redimi: ex  
qua persuasione multa introducta: mitto fabulas poeta-  
rum et Deciorum devotiones, aliaque ex antiqua histo-  
ria, vel recente barbararum gentium: cuiusmodi est mos  
ille in Canariis observatus, devoventi sese, ac statim  
mortem obeundi pro salute novi principis: ut narrat  
Aloysius Cadamustus c. 8. Ex eo fonte istud est, quod  
aegrotos periculo posse eripi putarent, si vitam suam  
illius loco proiecissent. Iuvenalis Sat. 12. vs. 115. de he-  
redipeta, qui orbo adulatur aegrotanti:

*Alter enim, si concedas mactare, vovebit  
De grege fervorum magna et pulcherrima quaeque  
Corpora, vel pueris, et frontibus ancillarum  
Imponet vittas, et si qua est nubilis illi  
Iphigenia domi, dabit hanc altaribus.*

Inde est etiam, quod narrat Suetonius in Nerone, c. 56.  
*Stella crinita, quae summis potestatibus exitium por-  
tendere vulgo putatur, per continuas noctes oriri coe-  
perat: anxius ea re, ut ex Babilo astrologo didicit,  
solere reges talia ostenta caede aliqua illustri expia-  
re, atque a semet in capita procerum depellere, nobi-  
lissimo cuique exitium destinavit: nec ob aliam causam  
institutum, ut pro salute principis committerentur gladi-  
atores: quod in Claudio diserte notat Dio, alique con-  
firmant. Exstat et inscriptio vetus, quae continet titulum,*

quo proposito, duae legiones capita devoverunt pro salute Traiani bello Dacico periclitantis. Bellonarii quoque pro salute Imperatoris sanguinem se fundere dicebant, ut est apud Tertullianum in Apologetici c. 25. Postremo inde est illud loquendi genus frequens in adulationibus principum, *devotus numini maiestatique tuae*, quod explicat Dio, *σι καθ' οσιώμεθα*: eum vide lib. 53. De P. Afranio ac Potito, qui pro salute Caii capita sua devoverunt, idem lib. 58.

*Aquilas et signa Caesarumque imagines adoravit*] Augusti et Caii, Dio.

Cap. 15. *Ad transferendos — cineres festinavit*] Frater hic est Nero, de quo cap. 7. Exstat hodieque urna, in qua huius cineres Romae olim servabantur et colebantur, cum hac inscriptione:

OSSA.

NERONIS. CAESARIS.

GERMANICI. CAESARIS. F.

DIVI. AUG. PRON. FLAMIN.

AUGUSTALIS. QUAESTORIS.

*Nec minore scena Ostiam*] Similem scenam lege apud Plutarchum in Demetrio, quum eius reliquias filius excipit, et per aliquot Graeciae insulas atque urbes traducit.

*Medio ac frequenti die*] Principis moderatio fuit, quod cives inquietare noluit indicto funebri officio: honori tamen matris fratrisque in eo consuluit, quod horam diei elegit frequentem. Id tempus Graeci vocant *πλήθουσαν ἀγοράν*: quod Paulus lib. 4. sententiarum finit a secunda ad decimam horam. Dio quoque Chrysofomus in secunda de gloria, *πλήθουσαν ἀγοράν* circa decimam constituit et manifesto separat a meridie. Verum nihil obstat, etsi pars ea diei frequentissima, quin et medius dies possit dici frequens. Itaque nihil mutandum censeo.

*Duobus ferulis Mausoleo intulit*] Male, qui mutant in *ferulis*. Sic appellat Pompatius, ut dicam cum Tertulliano, instrumentum, in quo cineres erant, quum inferrentur in Mausoleum, ob similitudinem aliquam ferulorum triumphalium: utraque enim sic erant composita, ut elata gestari omnibusque oliendi pollent. Paul-  
lo aliter Statius lib. 6. Thebaid. 126.

*Portant inferias arsuraque ferula primi  
Graiorum, titulisque pios testiantur honores.*

At apud Plinium lib. 10. c. 10. *ferula funerum* aliter interpretandum. Sueton. vocem *tropaeum* non multo aliter usurpat extrem. lib. 1. in funere Iulii.

*Carpentumque, quo in pompa traduceretur*] Mos, de quo diximus lib. 1. c. 76. ad illa verba: *Tensam et ferulum circensi pompa.*

*Die virilis togae adoptavit — principem iuventutis*] Dio lib. 59. p. 645. Τετάρτιον καίπερ ἐς τε τοὺς ἐξέβους ἐγγραφεύτα, καὶ τῆς νεότητος προκριθέντα, καὶ τέλος ἐσποιηθέντα ἀνεχρήσατο. Sed vide ante omnes Philonem.

*Ut omnibus sacramentis adiiceretur*] Ita libb. quidam optimaе notae, ut et editio vet. Rob. Stephani. At manu exarati, ut Pühoci, Groflotii, *afficeretur* vel *afficerentur*, ut Viterb. et Cuiacii, quod ipse testatus est ad Novellam 124. notans, similiter dixisse, *adfici iurjurando*, Imperatores in Codice (de iurei. propt. calunn. leg. 2. §. quod observavi.) Scribo igitur *omnibus sacramentis adficerentur*, UT NEQ. ME. Dio explicat τοὺς ὅρκους φέρεσθαι καὶ εἰς ἐκεῖνας. Declarat planius hunc locum Xiphilinus in Severo: Ἡρώων Περτινυακὶ κατεσκευάσας, τότε ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ τε ταῖς εὐχαῖς ἀπάσαις καὶ ἐπὶ τοῖς ὅρκοις ἀπάσιν προσέταξεν ἐπιλέγεσθαι. Non dissimilis honos est, quo matrem Helenam defunctam adfexit Constantinus Magnus. Euseb. in eius vita lib. 3. Οὕτω δὲ ἀξιώματι βασιλικῷ τετίμηκεν, ὡς ἐν ἀπάσιν ἔθνεσι παρ' αὐτοῖς τε τοῖς στρατιωτικοῖς τά-



γακσιν Αὐγούσταν βασιλίδε ἀναγορεύεσθαι. In Novellis Iustiniani existat formula iurisiurandi, ab iis exigendi, qui magistratum aliquem adirent: ibi adstringit se, qui iurat, ad fidem servandam, et omne servitium praestandum non solum Imperatori, sed etiam Augustae uxori. Ὁμνυμι ἐγὼ τὸν Θεὸν ὡς καθαρὸν συνειδὸς καὶ γνησίαν δουλείαν φυλάξω τοῖς δειοτάτοις, καὶ εὐσεβεστάτοις ἡμῶν δεσπόταις, Ἰουστινιανῶ καὶ Θεοδώρῃ τῇ ὁμοζύγῳ τοῦ κρᾶτους αὐτοῦ.

NEQ. ME LIBEROSQ. MEOS — EIUS] Scribendum est *habebo*, ut est in Memmiano et aliis: non aliter Dio legit, qui vertit: ὅτι καὶ σφῶν αὐτῶν καὶ τῶν τέκνων, καὶ ἐκεῖνον καὶ τὰς ἀδελφὰς αὐτοῦ προτιμήσουσιν, ὡμοσαύ.

*Commentarios ad matris — causas pertinentes]* Scribendum fortasse, *ad patris, matris, frat.* Ita sane Dio, τοῖς συστᾶσιν ἐπὶ τε τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα, τοὺς τε ἀδελφούς αὐτοῦ. Cetera in hac periodo audebo praestare integra et sine macula: quae tamen viri magni emendare conati varie. Est, cui placeat, non, ut libri omnes praefereunt, *convectos in forum*, sed *convectus in forum*: prorsus, si quid video, contra Latinitatem. Est, qui contendat legendum *coniectos in focum*, non autem, *convectos in forum*, et contra veterum librorum fidem, et, ut reor, auctoris mentem. Ego puto, Caligulam, ut melius nimum hunc ageret, non in foco intra aedes, sed palam in foro chartas quasdam cremasse: nam quae ad multorum securitatem fiunt, ea publice fieri solita: sic legimus optimos principes tabulas veterum fisci debitorum non in Palatio, sed in foro concremassie. Aufonius: *Tu argumenta omnia flagitandi publicitus arde- re iussisti. Videre in suis quaeque foris omnes civitates conflagrationem salubris incendii.* Spartianus in Hadriano: *Ex reliquis ingentes summas remisit, syngraphis in foro Traiani, quo magis securitas omnibus roboraretur, incensis.* Cedrenus in Anathasio: *Ἐπὶ ἐν τῷ ἵππο-*

δρόμῳ ἐναντίον πάντων κατέκλυσε τὰ τῆς τοιαύτης συντελείας κατάγραφα.

*Concremavit*] Imo cremare simulavit: ita enim accipiendum. Vide Dionem et infra c. 30.

Cap. 16. *Ne profundo mergeret*] Reperio hoc genus supplicii in eiusmodi personis solum usurpari; ut de Cleomene tyranno et Periandro narrat Athenaeus lib. 10.

*Rationes imperii ab Aug. proponi — publicavit*] Paene ad verbum Dio lib. 59. p. 616. Τούς τε λογισμούς τῶν δημοσίων χρημάτων μὴ ἐπιτελειμένους ἐν τῷ χρόνῳ, ἐν ᾧ ὁ Τιβέριος ἐξέδημησε πάντας κατὰ τὸν Αὐγουστὸν προσέγραψε. Ubi vides, quid inter Dionem et Suetonium intersit: nam Dio per absentiam Tiberii tantum, non toto eius principatu intermissas has rationes ait. Scribo autem in superiori loco, προσέγραψε, publicavit, non προσέγραψε, adscripsit.

*Centesimam auctionum Italiae remisit*] Restituimus hunc locum ex cod. Liffaei, qui cum Dione consentit: nam ille in eodem plane sermone ita scribit: τὸ τέλος τῆς ἐκατοστῆς κατέλυσε. Vide locum; probabis: vulgati libri *ducentesimam, ἀμιστορήτως*, cum ita multi Mss. habent, atque in his Memmianus.

*Multis incendiiorum aamnia supplevit*] Dio ibidem: ἔμπρησίν τινα μετὰ τῶν στρατιωτῶν κατασβέσας, ἐπήρκεσε τοῖς ζημιωθεῖσιν.

*Ut Antiocho Comageno*] Huic patrium regnum Comagenen restituit, et hoc amplius maritima Ciliciae dedit: de huius morte Tacitus Annal. 2.

*Mulieri libertinae octoginta donavit*] Emendavimus depravatam multorum libb. lectionem, *octingenta* ex veteri Rom. aliisque, in quibus ita scriptum est: nec sefellit acumen Torrentii alterius lectionis absurditas.

*Decretus est ei clypeus aureus*] Id est, clypeata imago. Macrobius lib. 1. Saturnal. c. 5. de iocis Ciceronis: *Quum in ea provincia, quam Q. Cicero frater*

*rexerat, vidisset clypeatam imaginem eius, ingentibus lineamentis usque ad pectus ex more pictam, (erat autem Quintus ipse siaturae parvae) ait: frater meus dimidius maior est, quam totus.* Vocarunt has imagines et *scuta*. In Panegyrico Constantino Augusto, Conlian-  
 iii F., dicto: *Merito igitur tibi, Constantine, Imperator, et senatus signum dei, et paullo ante Italia scutum et coronam, cuncta aurea dedicarunt.* Ubi sic iunguntur scuta et coronae, ut apud Philonem in his verbis, Lega-  
 tione ad Caium: *Σιωπῶ τὰς συμπρησθείσας τῶν αὐτοκράτορον τιμὰς ἀσπίδων καὶ στεφάνων ἐπιχρύσων.* Sed de his clypeis plura ante nos viri docti.

Cap. 17. *Pueris ac feminis fascias purpurae]*  
 Depravata lectio huius loci *fascies* pro *fascias*, quam multi annotarunt, et nos quoque in Viterb. reperimus, orta est ex consuetudine quorundam veterum scribentium *fascieas* pro *fascias*: quomodo scriptum est in cod. Lisl. At certum est, *fascias* esse veram lectionem. Videntur autem intelligi insitae purpurae vel conchylii, quae asfui vestibus e panno solebant. Propterea feminis dantur et pueris, quos scimus fuisse praetextatos. Habuerunt feminae et pectorales fascias, sed quae, ut puto, ab his erant diversae. Verum de fasciis ad librum secundum plura notata nobis. Beroaldus vero suaviludius plane est, qui de tegumento crurum et pedum hunc locum interpretatur.

Cap. 18. *Sparsit et missilia variarum rerum]*  
 Cuiusmodi illa sunt, quae describit Statius elegantissime lib. 1. Sylv. carm. ult. Sed de Caligulae missilibus scribit Iosepius in historia caedis eius: *Πολλῆς δὲ ὀπώρας ἐπιχεομένης τοῖς θεωροῖς, καὶ πολλῶν ὀρνέων, ἐπόσα τῷ σπανίῳ τίμια τοῖς κτωμένοις.*

*E Gelotiana apparatusum circi prospicientem]*  
 Haec vera scriptura est huius loci, quam pridem asseruit rex ille criticorum Turnebus, et nos asserimus nunc iterum auctoritate libb. bibliothecae regiae et Memmia-

ni (in quibus omnibus liquido sic scriptum ipsi vidimus) et Petri Pithoei: savent quoque, etli corrupti, codd. Viterb. ac Grossetii, in quibus scriptum *lege Lotiana*. Tolle peccantem litteram *l*, totidem postea restabunt, quot vera lectio constiat. Ne igitur audiamus inconcinnas, meo quidem animo, aliorum emendationes. Gelotiana vel domus vel insula illis temporibus nota in urbe fuit, ad Circum, ut arbitror, maximum. Ac licet coniecere ex ea inscriptione, quam Turnebus profert, in ea habitasse partem servitii Caesariani. Eum lapidem subiecimus et nos:

SYMPHORO  
 TESSERARIO  
 SER. CAESARIS.  
 DE. DOMO. GELO  
 TIANA. FECIT  
 PHILODESPOTUS  
 SER. CAESARIS  
 EX. HERMAEO  
 FRATRI. B. M.

Cap. 19. *Aemulatione Xerxis*] Hoc existimat etiam Seneca lib. de brevitate vitae, c. 18.

Cap. 20. *Syracus. hasticos ludos, et — miscellos*] Viterb. et Grossetii *Atticos*, Memmii et Pithoei *Asticos*. Dio hoc tantum, *Ἰέας τινας ἐν τῷ Λουγδούνῳ ἐπατέλεσε*. Sunt vero ludi *astyci*, quos Graeci *ἀστυκούς ἀγῶνας* nominant. Ita iudicat criticorum Homerus Iosephus Scaliger: in cuius libris de emendatione temporum, quum de *astycis*, tum de *Miscellis* plura studiosus lector inveniet.

Cap. 22. *Reges, qui effie. causa — advenerant*] Agrippam et Antiochum, ex Dione lib. 58.

*Speciemq. principatus in regni form. converteret*] *Speciem* vocat *insignia*, quae Tacitus 4. Annal. 41. *inania* dicit, D. Lucas, Polybius et Athenaeus, *Φαντασίαν*. *Species principatus* est ornatus Imperatoris Romani, qui proprie *princeps* appellatur, et imperium *principatus*:

sic enim initio Augustus instituit, ut ex Tacito norunt eruditi. Sic *regni formam* vocat insignia, quibus reges olim utebantur ad indicandam maiestatem regiam, puta diadema, purpuram, sceptrum, et cetera hoc genus. Vide Eutropium in Diocletiano.

*Datoque negotio*] Memmius Regulus praefectus ei negotio. Iosephus.

*Inter quae Olympici Iovis*] Scribe cum codice Memm. et Viterb. et apud Livium *Olympii Iovis*: nam ita Graeci. Dio: ἄγαλμα ἐθέλησε τὸ τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου εἰς τὸ ἑαυτοῦ εἶδος μεταθέσθαι. Iosephus narrat fufe lib. 19. c. 1.

*Aede Castoris et Pollucis — transfigurata*] Dio lib. 59. p. 662. Τὸ τε Διοσκούριον τὸ ἐν τῇ ἀγορῇ τῇ Ῥωμῆϊ ὄν διατεμὼν διὰ μέσου τῶν ἀγαλμάτων, εἰσοδὸν δὲ αὐτοῦ εἰς τὸ παλάτιον ἐποιήσατο, ὅπως καὶ πωληροῦς τοὺς Διοσκούρους, ὡς γε καὶ ἔλεγεν, ἔχη.

*Et quidam cum Latialem Iovem consalutaverunt*] Dionis verba ita emenda: Δία Λατιάλιόν τε αὐτὸν ὀνομάσκει, τὴν τε Καισιωλίαν τὴν γενναῖαν καὶ τὸν Κλαύδιον; ἄλλους τε τοὺς πλουσιωτάτους ἱερέας προσέθετο. Vulgo editum -διάλιον τε. Notum est, in Latinis libris et *Latialis* et *Latiaris* hoc Iovis cognomen scribi: quare etiam Graeci quidam in hac voce *r* retinuerunt, ut Porphyrius: Περὶ ἀποχῆς in hoc notabili loco: ἀλλ' ἔτι καὶ οὖν, inquit, τίς ἀγνοεῖ κατὰ τὴν μεγάλην πόλιν τῇ τοῦ Λατιαρίου Διὸς εὐροτῇ σφραζόμενον ἄνθρωπον; Tertullianus adversus Gnosticos: *Et Latio ad hodiernum Iovi, media in urbe humanus sanguis ingustatur.* Quo ex loco possumus apud Dionem minore mutatione scribere Δία Λάτιον.

*Simulacrum stabat aureum iconicum*] Graecum est, εἰκονικόν: ut mirer valde, *iconium* legi in omnibus fere Mss.; at Memmii recte *iconicum*.

*Amiciebatur quotidie veste*] De cultu divino a Caio assumpto, lege, quae scribit Philo Legatione ad Caium: narrat et Dio non obscure.

*Ditissimus quisque*] Dio loco paullo ante descripto, τοὺς πλουσιωτάτους ἱερέας προσέθετο. Vide in Claudio c. 8.

*Iticibus comparabant*] Non igitur fuit istud sacerdotium perpetuum, ut sere erant Romae, sicut notatum est nobis ad librum secundum.

*Hostiae erant phoenicopteri, pavones, tetraones*] Breviter Dio, ἔρουδες αὐτῶ ἀπαλοὶ τινες καὶ πολυτίμητοι καὶ ἐκάστην ἡμέραν ἐθύοντο. Quibus verbis appositissimi commentarii vice est hic Suetonii locus. Τετράων notum avis nomen ex Athenaeo et Hesychio: neque hīs in libris ulla diversitas. Quare errant, qui mutant in *erythrotaones*: quos si roget aliquis, cur ita censeant, nimis certum, non aliud suae sententiae argumentum allaturos, quam quod in Plinii loco e lib. 10. c. 22. malint *erythrotaones* cum paucis, iisque mendosis codd. legere, quam viris doctis assentiri, qui veram ibi lectionem *tetraones* asseruerunt.

*Εἰς γαίαν Δαναῶν περῶ σε*] Multum hoc loco variant exemplaria: Viterbiense hoc tantum, quod *Εἰς* in principio non habet: quare legebam *Αἴαν Δωδώνην περῶ σε*. Quod hemistichium apud Homerum hodie, nisi decipit me memoria, non exstat: sed videtur esse διάφορος γραφὴ prioris hominum versuum Ὀδυσσ. σ, 33.

Πέμψω σ' Ἡπειρόνδε βαλὼν ἐν νηὶ μελαίνῃ.

Εἰς Ἐχέτου βασιλῆα, βροτῶν δηλήματα πάντων.

At codd. Pithoei et Lislaci stant omnino a Turnebo: vel potius a Turnebo, ut conicio, inspecti, occasionem ei praebuerunt censendi statuendique ex Dione esse locum emendandum, hoc modo, Ἡ μ' ἀνάειρ' ἢ ἐγὼ σε. Manifesta enim sunt in illis exemplaribus eius lectionis vestigia: etsi ita depravata, ut, absque Dione foret, non facile videatur aliquis potuisse coniectura assequi veram γραφὴν. In Memmiano tamen certissima eius scripturae invenimus vestigia et omnino ita scribendum.

Cap. 23. *Liviam Augustam proaviam*] Fortasse an *Iuliam Augustam proav.* Vide ad libri superioris caput ultimum. Philo Ἰουλίαν Σεβαστήν προμάμην.

*Aufidium Lingonem*] Omnino *Lurconem* scribendum: nam in Viterbiensi, Pithoei et Croflotii, *Izygonem* offendi.

*Repente immisso tribuno militum, interemit*] Longe aliter Philo, cuius narratio plane miserabilis: mandatu Caii tribunos et centuriones quosdam venisse ad adolescentulum Tiberium: infisse, ut seipso interficeret; neque enim fas esse, ut soboles imperatoria per alium tolleretur: illum, qui neminem adhuc occidi vidisset, et in summa rerum imperitia propter aetatem versaretur, primo ab iis, qui venerant, petiisse, ut sibi aliquis cervices, quas protenderet, amputaret: dein quum irritae eius preces essent, orasse, ut se docerent, qua corporis parte ferrum immitteret, ut quam citissime moreretur. Ita edoctum ab iis se occidisse.

Cap. 24. *Cum omnibus sororibus suis — fecit*] Omisit, quod maxime est horrendum. Eutropius 7, 12. *Supra tribus sororibus suis intulit: ex una etiam natam filiam cognovit.*

*Eadem defuncta iustitium indixit*] Meminit obiter Philo: Τὰ ἐργαστήρια τῶν Ἰουδαίων συγκεκλεισμένα διὰ τὸ ἐπὶ Δρουσίλλῃ πένθος ἀναβρέξαντες.

*In quo risisse, lavisse, coenasse — capitale suit*] Eleganter Dio conditionem illorum temporum paucis explicat: alios enim fuisse accusatos, quod eam non lugerent, ὡς ἄνθρωπον, quum esset homo: alios, quod lugerent, ὡς θεόν, quum esset dea. Deinde exemplum subiicit: impietatis arcessitum fuisse, et periisse, qui calidam vendidisset. Scribendum autem *capital*, non *capitale*, ut in cod. Lisl. et Pithoei.

*Rursusq. inde propere rediit, barba — promisso*] Seneca Consolat. ad Polybium c. 56. *Idem ille Caius furiosa inconstantia, modo barbam capillumque sub-*

*mittens, modo Italiae ac Siciliae oras errabundus per-  
metiens, et nunquam satis certus, utrum lugeri vellet,  
an coli forem.*

*Per numen Drusillae]* Ita Memmianus, Viterb.  
Pithoci et Grosfot., non *nomen*.

*In caussa Aemilii Lepidi]* Faciunt ad huius loci  
lucem, quae de hoc Lepido observat Lipsius ad librum  
Taciti lib. 14.

*Tres glad. in nec. suam praepar. — consecravit]*  
Ex veteri more, quo gladios delinatos insigni alicui fa-  
cinori, aut per quos aliquid memorabile patratum esset,  
consecrabant. In Vitellio c. 10. *pugionem, quo se Otho  
occiderat, in Agrippinensem coloniam misit Marti de-  
dicandum.* Lucianus in Tyrannicida: Οὐκ ἂν τὸ ξί-  
φος ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀνεθήκατε; οὐκ ἂν μετὰ τῶν θεῶν  
ἐκεῖνο προσευνήσατε; Quod ait de *addito elogio*, in-  
telligit titulum adiectum, ut sere semper fieri solitum in  
rebus consecrandis. *Elogium* est omnis brevis scriptio,  
ut *πικράμιον*, notoria, titulus stantiae aut quicumque alius,  
et id genus omnia, ut libro primo docuimus. Nec satis  
recte docti viri, quia elogium saepe vocatur titulus pu-  
niendorum, propterea in ea significatione hanc vocem  
isto loco acceperunt.

Cap. 25. *Lolliam Paull. C. Memmio — nuptam]*  
Eusebius in Chronico numero MMLVI: *Caius Memmii  
Reguli uxorem duxit, impellens eum, ut uxoris suae  
patrem esse se scriberet.* Ait Eusebius, *scriberet*, nempe  
in dotali instrumento, nam ut omnia acta legitime  
viderentur, omnia solemnia sunt servata: maritus igitur  
pro patre fuit, qui eam Caio desponsavit, dotem dixit,  
et ad novum maritum perduxit. Auctor Dio. Hinc  
intelligimus Suetonii sequentia verba, *perductam a ma-  
rito coniunxit sibi.*

Cap. 26. *Quosdam summis honoribus — millia]*  
Scribo *accurrere*. Id enim significat, quod Graeci ver-  
bo *παρὰθέρειν*, ut Plutarchus in Lucullo de Tigrae:



Βασιλεῖς δὲ πολλοὶ μὲν ἦσαν οἱ θεραπεύοντες αὐτὸν· τέσσαρες δὲ οὐς αἰεὶ περὶ αὐτὸν εἶχεν ὡς περ ὀπαδοῦς ἢ δορυφόρους, ἰππότη ἐλαύνοντι πεζοὺς παραθέοντας ἐν χιτωνίσκοις. Appianus pro eo dixit παρατροχάζειν 3. Bellorum civil. et in Syriacis. Lucianus παρέπεσθαι τῷ Φορεῖῳ. Eutropius lib. 9. c. 24. *Pulsus Galerius et ad Diocletianum profectus, quum ei in itinere occurrisset, tanta insolentia a Diocletiano fertur exceptus, ut per aliquot passuum millia purpuratus tradatur ad vehiculum cucurrisse.* Iuvenalis eundem morem tangit Sat. 10, 44.

— — *Hinc praecedentia longi  
Agminis officia, et niveos ad frena Quirites.*

Vide Suetonium lib. 7. in Galba, c. 6. erant vero alii, qui praecederent: de quibus alibi notavimus.

*Ad pedes stare succinctos linteo]* Et in sacris popae, et in privatis epulis ita ministrabant coqui et alia vilia capita.

*Fuitque per triduum — resp.]* Notatu dignum, Consules etiam sub Imperatoribus vocari *summam potestatem*, etsi certum est, imaginem tantum veteris potentiae eos retinuisse: mansit tamen id decus nomini Consulium usque ad ultimos fere Imperatores. Iordanus de rebus Gothicis: *Factusque est Consul ordinarius, quod summum bonum. primumque in mundo decus edicitur.* Similia his apud Cassiodorum. Sed non praetermittendus S. Patris Chrysofomi locus in hanc rem eximius, in 10. homil. super epist. ad Hebr. Τί γάρ, αἰτ, εἰπέ μοι, μέγα νομίζεις; ποῖου ἡγῆ μέγα ἀξίωμα εἶναι, τὸ τοῦ ὑπάτου; οὐδὲν γάρ τούτου τοῦ ἀξιόματος μείζον νομίζουσιν οἱ πολλοί. Dignitatem consularem statuit supra omnes alias privatorum, nulla excepta. Simillimum est, quod apud Procopium legimus Perficorum lib. 1. de illo infelici Ioanne, quem vocat ἄνδρα ἐς τῶν ὑπάτων ἀναβηβηκότα τὸν δίφρον· οὐ μείζον εἶναι οὐδὲν ἐν γε τῇ Ῥωμαίων πολιτείᾳ δοκεῖ. Consulatu, inquit, maior di-

gnitas in Romana republ. sive imperio nulla esse existimatur.

*Causam discordiarum ferens*] Iosephus idem missilibus a Caio sparsis loquens: Ὁ Γάτος ἤδωκε τὰς περὶ αὐτῆς ἐδέσσει μάχης καὶ διαπραγῆς, εὐχαιρομένον αὐτὰ τῶν θεσπῶν. De his paguis propter missilia Seneca epistola 74. *Prudentissimus quisque, quum primum induci videt munuscula, a theatro fugit, et scit magno parva constare.*

*Decimas maturius dabat, ut — occuparentur*] Quaenam illae decimae sint, et quaesiverunt ante nos eruditissimi viri, et nos quoque ea cura non leviter habuit exercitos. Frustra: nihil enim comminisci possum, quod hunc mihi locum satis explicet. An fuit hoc aliquod tribuli nomen, quod Caius in hos usus soleret vertere, ut propterea vocentur *decimae* missilia, quae ex decimis essent comparata? Sane etiam privatis fuit moris; decimas honorum suorum interdum aut Herculi pollucere, aut in similes alios usus impendere. Cicero de Officiis lib. 2. *Orestis nuper prandia in semitis decimae nomine, magno honori fuerunt.* An scenici ludi aliqui ad honorem Herculis pertinuerunt, et ideo datae eo tempore decimae polluctarium hereditarium? Sed verius puto locum esse corruptum. Lego autem, *inter plebem et equitem, causam discordiarum ferens, tesseras decima maturius dabat.* Videtur vox *tesseras* initio confusa fuisse cum praecedenti voce *ferens*, propter aliquam soni similitudinem: deinde omissa ab iis, qui locum voluerunt emendare: unde postea secuta depravatio vocis *decimas* pro *decima*. Sententia, quam restituumus, appositissima est, ac, ut puto, vera: nam tesserae aliaque missilia non ante finitos ludos spargebantur. Ludis totum diem ad decimam usque fuisse occupatum, et per se probabile in illo tanto furore veterum circa ludos, et insuper probamus auctoritate Sueton. lib. 6. c. 21. *Utque consistit peracto principio, Nioben se*

*cantaturum per Clinium Rufum consularem pronuntiavit, et in horam fere decimam perseveravit.* Sic Paulus Iurisconsultus tempus, quo res aguntur in foro, ad decimam usque producit. Non collegisse autem sparsa missilia solos plebeios, sed etiam equites ac senatorii ordinis viros, docet Suet. clare in Domit. c. 4. qui locus cum isto conferendus. Atque haec quidem nostra est super istis verbis vetus sententia: cuius cur nos poeniteat, ne nunc quidem causam videmus ullam: etsi non nescimus repertos esse, qui vehemens studium nostrum bene merendi de litteris fecius interpretarentur, et coniecturam istam nostram ἀπειρουάως exciperent. At contra reperti sunt alii, qui emendationes a nobis propositas sic probarent, ut eas, leviter solum mutatis signis, pro suis venditarent.

*Rabidis feris vilissimos senio confectos]* Distinguendum, *vilissimos, senio confectos*, ut in Viterb. pro vilissimos quosque homines, et propter senium inutiles. Quantum fallatur Torrentius in emendendo hoc loco, quae mox dicemus, arguent: et clamat Dio, qui ait: τοῖς θηρίοις. Quare neque *rabidas feras* neque *tabidas*, ut illi placet, ferre possumus.

*Gladiator. quoq. pegmares, patres — subiiciebat]* Grande crudelitatis documentum historia continet, quae hic narratur, in qua tamen modus aliquis notatur fuisse servatus. Crudelitas in eo est, quod immerentes cives Romanos aliosve sorte oblatos, feris obiiciebat: modus in eo, quod vilissima quaeque capita ei exitio destinata. Declarat id Suetonius accurata eorum enumeratione. Subiici enim solitos vilissimos quosque homines ac senio confectos, gladiatores quoque pegmares, nec non patres familiarum notos, sed debiles et ἀναπήρους. In qua enumeratione merito quaerunt docti viri, quinam sint *gladiatores pegmares*? Neque ullus locus temere magis criticos exercuit: quorum tamen sententiis animus noster acquiescere non potest: neque laudamus eos, qui

quidquam censent hoc loco mutandum. Quod si facien-  
dum putarem, sequeretur Viterb. cod. *legeremque pygma-  
rem*. Ita ibi scriptum et adiectum scholion, eam vocem  
a Graeca dictione *πυγμα*, quae pugnum significet, de-  
duci: tum interpretaretur *pygmares τῶν πυκτομάχων* vel  
*πυγμῆ μονομαχοῦντας*. Sic Graeci pugilum certum ge-  
nus nominant, ut lib. 2. notavimus. Hi sunt, de qui-  
bus loquitur Scribonius Largus c. 25. *incinato 101.*  
*Præcipue vero ad pectoris et lateris dolores prodesti,  
ex qualibet causa factos, uti contusione, quae frequen-  
ter gladiatoribus accidere solet in luctationibus.* Pla-  
ne exprimit *πυκτομάχους*, qui medium quoddam genus  
fuerunt inter pugiles Graecorum et Romanorum gladia-  
tores. Verum puto lectionem alteram *pegmares*, quae  
in plerisque omnibus codd. habetur, esse veriore. *Gladiatores  
pegmares* interpretor, quos de ruina are-  
na dimisit, ut Petronius loquitur: qui in pegmate po-  
pulo exhibiti, felici quodam sidere superstites ei specta-  
culo fuerunt. *Pegmata* in re ludorum dicta lignae  
quaedam moles, quae machinamentis occultis attolle-  
bantur, deprimebanturque; super iis producti per ludos  
facinorosi homines, quales gladiatores fere erant, ut vel  
inibi pugnam inter se committerent, vel spectati a po-  
pulo, mox solutis compagibus pegmatis, casu suo in so-  
veam, ubi vel ignis vel ferae erant, populum oblectarent.  
Hoc ex Strabone, Petronio, Apuleio et Claudiano  
probare possem, nisi occupassent viri doctissimi, Iose-  
phus Scaliger et Iustus Lipsius, qui de pegmatis istis  
ludicris diligenter quaesiverunt. At illud non probamus,  
quod iisdem illis placet, rescribendum hic esse *pegma-  
tos*: quae enim derivatione, aiunt, quove exemplo a  
*pegmate pegmares?* enimvero ut *σχῆμα*. *γλῶσσωμα*,  
et similia; duobus modis Latini enuntiant, sic et *πῆγμα*:  
tam enim *pegma*, *pegmae*, quam *pegmatis* illectere pos-  
sis. Inde ergo *pegmaris*, certa analogia, ut a *palma  
palmaris*, ab *ala alaris*, ab *epistola epistolaris*:

quam vocem male quidam mutant apud Martialem in lemma *de charta epistolari*. Similia his multa Dio, qui lib: 58. sic scribit: Ὑπὸ δὲ δὴ τῆς αὐτῆς ὀμότητος, ἐπιλειπόντων ποτὲ τῶν τοῖς θηρίοις ἐν καταδίκης δικομέων. ἐπέλευσεν ἐν τοῦ ὄχλου τοῦ τοῖς ἰκρίοις προσεστηκότος συναρπασθῆναι τέ τινας, καὶ παραβληθῆναι σφίσι. Illi eadem de re loquitur cum Suetonio: non tamen eadem dicit. Nam assentiri non possum doctissimo viro, qui *ἰκρία* interpretatur *pegmata*. Nunquam enim ita usus ea voce Dio, ut diligenter observatum nobis: sed pro theatrorum sedilibus ligneis, ut eo loco, quem notamus lib. 2. ad caput 45. aut pro tabulis, quibus aliquis locus conspicitur: ut paullo post in lacuum descriptione, quos in usum Naumachiae excavavit Caius: quare hic quoque *ἰκρία* interpretor *spectacula*, et istum Dionis locum comparo cum altero potius Suetonii in Domitiano c. 11. *patrem familias detractum e spectaculis in arenam canibus obiecit*. Nihil igitur *de gladiatoribus pegmaribus* Dio. Addit Suetonius, *patres familiarum notos*: quod cur de lanistis interpretentur doctissimi viri, causam comminisci non queo: imo, ut exillimo, nulla est. Quare enim non accipiemus in propria significatione, pro cive Romano, aut quocumque alio, qui Romae habitat, habens familiam? Sic lib. 2. c. 59. *Nonnulli patrum familiarum testamento caverunt, ut ab heredibus suis praelato victimae titulo in Capitolium ducerentur*. Reperio et *familiaris ἀπλῶς* hoc sentiu dici. Festus: *Familiaris Romanus, privatus Romanus*: idem statui debet de simili loco, quem modo protulimus ex c. 10. vitae Domitiani. Non celabo lectorem, in codicibus Memmii et Lissiaci fuisse hanc lectionem, *Patres familiarum notos in bonam partem*, ex adiecta, ut arbitror, eruditi alicuius interpretatione.

Cap. 27. *Et custodiarum seriem recognoscens*] Dio lib. 59. p. 657. non sine haesitatione narrat, ἰδὼν ποτε ὄχλον εἴτε δεσμοτῶν, εἴτε καὶ ἄλλων τιῶν.

*Nullius inspecto elogio*] Quid sit *elogium*, iam docuimus. *Custodiarum elogia* sunt, quae Graeci Iuris-consulti vocant *παρυσιαίσεις* iudicum inferiorum, ut pedaneorum atque etiam praetorum. Ita videtur hic accipienda vox *elogium*, ut in lege sexta Dig. de custodiis et exhibit. reorum. At quum scribit Tertullianus in Apologetico: *Testros comestiamur actus, qui quotidie iudicandis custodiis praefidetur, qui sententiis elogia dispungitis*. Possumus id verbum aliter interpretari: ut sit *elogium*, non sententia inferioris iudicis, sed commentariensis pittacium, quo iudici breviter exponebat, quidquid de reo comperisset. Ita enim fuit moris. Exstat lex Imp. Gratiani, Valentin. et Theodos. A. A. A. cuius haec sunt verba: *Nisi intra tricresimum diem semper commentariensis ingesserit numerum personarum, varietatem delictorum, clausorum ordinem, aetatemque victorum, officium viginti auri libras aera-rio nostro iubemus inferre.*

*A calvo ad calvum duci*] Hoc est, σΦαγήνησι. Ita recte hic vertunt Graeci, ὑπὸ τοῦ Φαλακροῦ μέχρι τοῦ Φαλακροῦ πάντας αὐτοὺς σΦαγήνησι.

*Votum exegit ab eo*] Imo vero ab eis; plures enim fuere: adi ad Dionem, qui aliquot nominat.

*Quoad praecipitaretur ex aggere*] Qui suppliciorum fuisse locus videtur. Plutarchus in Numa, de supplicio Vestalium: Ἡ δὲ τὴν παρθεσίαν κατασχόμενα, ζῶσα κατορύττεται. παρὰ τὴν Κολλίην λεγομένην πύλην. Ἐν ἣ ἐστὶ τις ἐντὸς τῆς πόλεως ὄφρυς γεώσης. παρὰ τὴν οὖσαν πύλην· καλεῖται δὲ χάσμα διαλέκτω τῆς Λατίνων. Possumus et ἀπλῶς de quocumque aggere, qui in urbe fuit (multos autem certum fuisse) interpretari.

*Aut bestiarum more quadrupedes cavea coercuit*] Confirmat et Dio lib. 59. p. 647. qui ita refert, exposito equitis cuiusdam illustis supplicio, τὸν τε πατέρα αὐτοῦ μὲν ἀδικήσαντα εἰς τε φαλακρὴν ὥσπερ καὶ ἄλλους συχοῦς καθεῖρε, καὶ ταῦτα ἐπέφθειρεν. Graecorum

imitatione videtur hoc factum a Caio: nam Callisthenis, Lyfimachi, Telephori Rhodii et aliorum Graecorum similes narrantur cruciatus. Praeter historicos lege Senecam de Ira lib. 3. c. 17. qui etiam libro eodem c. 3. inter saevitiae exempla ponit, *inscriptiones frontis, et bestiarum immanium caveas.*

*Aut medios ferra dissecuit*] Medietatem accipe non longitudinis et staturae: sed latitudinis, corporis. Sic enim medios ducto a capite, principio, ferra dissecabant. Vetus poeta apud Clementem Alexandrinum:

Ἄ ὀ ἐπιπυθέσθαι τῆς ἐμῆς χρήζεις Φρενός,  
 Οὐτ' ἂν καταίθων, οὔτε κρατός εἰς ἄκρου  
 Δεινούς καθεῖς πρόνας εἰς ἄκρους πόδας,  
 Πύθοις ἄν.

Familiares olim Orientalibus, etiam Iudaeis supplicium, quod ex sacra historia scimus et extranea quoque. Dio lib. 68. p. 786. de rebellantibus in Africa Iudaeis sub Traiano: Πολλοὺς δὲ καὶ μέσους ἀπὸ κορυφῆς διέπριον. Hebraeis ferra dicitur *מגרה*, *megera*. Inde nomen uulgi Furiarum *Μέγαιρα*. Nam Furiae suppliciorum praefides.

*Parentes supplicio filiorum interesse cogebat*] Notatum et Dioni: sed saevius est, quod narrat Seneca de Ira lib. 2. c. 35.

*Abscissaq. ling. rursus induxit*] Dio lib. 59. p. 647. sic narrat, quasi factum saepius ab eo, sed in iis, quos de spectaculis raptos feris obiecerit: καὶ ὕπως, inquit, μήτε ἐπιβροῆσασθαι μήτε αἰτιάσασθαι τι δυνήσῃσι, τὰς γλώσσας αὐτῶν προαπέτεμε.

Cap. 28. *Misit circum insulas — contrucidarent*] Caedem factam a Caio exulum suorum, et in Legatione ad Caium, et contra Flaccum narrat Philo: causam tamen vel occasionem, quam Suetonius ait, apud illum non leges.

*Lacerandum ceteris traderent*] Dio: περιέσχον τε τὸν συμβουλευτὴν καὶ διέσπασαν,

Cap. 29. *Quam ut ipsius verbo utar ἀδιατρεψίαν*] In vulgatis codd. adiectum est interpretamentum, *hoc est, inverecundiam*: quod et in codice Viterbiensi offendimus et Memmiano: estque non adeo ineptum, ut quibusdam videtur. Quid enim aliud ἀδιατρεψία, quam rigidus animus, qui neminem revereatur, et proinde nemini parcat? quod Graeci Athenienses τυγχάνειν αἰδοῦς et νέμειν αἰδῶ vel αἰδεῖσθαι dicere solent: ἀδιατρεψία est contrarium τῆς εὐτροπῆς. Arrianus de bellis Punicis: Ἐμελλεν οὖν τοὺς ὑπάτους εἰς εὐτροπήν ἢ ἔλεον ἄξειν. Verbum διατρέπειν est adducere aliquem, ut mutet sententiam. Arrianus in Dissertationibus Epicteti lib. 1. Οὐδὲ ταῦτα ἱκανὰ κινήσει τινος, καὶ διατρέψαι πρὸς τὸ μὴ ἀπολιπεῖν τὸν τεχνίτην. Plutarchus: Οὐδὲ τῇ τοῦ Πομπηίου Μάγνου Φωνῇ διατραπέυτες. Inde ἀδιατρεψία pertinacia in exsequendo malo semel cogitato. Similis vox ἀνεπιστρεψία apud Arrianum eundem initio libri secundi. Nec dissimile verbum ἀνεπιτρεπεῖν in sexta Diogenis Laertii historia.

*Praetorium virum ex secessu — desiderantem*]

Per litteras aut per amicos. Particulam *ex* et Memmianus et alii omnes tuentur libri et sententia ipsa multo magis: neque audiendus vir doctus, qui tolli iubet sine causa.

*Propagari sibi commicatum*] Pars librorum prorogari.

*Rationem se purgare dicebat*] Graecum est ἐκκαθάραι λογισμὸν, quod in Evangelio dicitur συναίρειν λόγον. Plutarchus in libro, Quomodo distinguas adulatorem ab amico: Καὶ πιστὸς ἔρωτος ὑπηρετής, καὶ περὶ λύσειν πόρου ἀκριβής, καὶ πόντου δαπάνης ἐκκαθάραι λογισμὸν οὐκ ἀμελής. Sic τὴν ἀμφιλογίαν ἀποκαθάραι apud eundem in commentario de amore inter fratres, et ἐκκαθάραι καὶ διαλύσαι τὰς ἀμφιλογίας, in Agesilao.

Cap. 30. *Ita feri, ut se mori sentiat*] Falluntur, qui putant, ex Turnebi coniectura esse hanc lectionem:



nam et exarati manu nonnulli sic habent: quod et Ursinus testatur, et nos ita correctum in Memmiano offendimus, manu antiquissima: et ita vetustissima editio Lugdunensis, nec non Parisiensis Rob. Stephani.

*Quum Tetrinius latro postularetur*] Melius sic scriptum puto in Mss. quam ut vulgo *Latro*, quod esse cognomen Porciae gentis scimus, non Tetriniorum: nec est absurdum, istum, qui postulatur ad ferrum, insignem aliquem latronem fuisse, damnatum in arenam.

*Et deslevit edicto, et eos, qui — execratus est*] Nihil muto; tamen Viterb. lectio haec est: *Et deslevit, et eos edicto, qui spectare sustinuisent, execratus.*

Cap. 32. *Saepe in conspectu — habebantur*] Viterb. *vel comissantis serie, quaest.* mendose: neque enim satis Latinum putem, *seriem comissantis* pro agmine et thiaso *καμαζόντων*. Doctissimo Petro Fabro *saevae* visum scribendum, non *seriae*: non etiam displiceat, *serio quaestiones, et per tormenta habebantur.*

*Miles decollandi artifex*] Sub Imperatoribus inventum istud artificium: Lucanus lib. 8, 672. de milite, qui Pompeium decollavit:

*Tunc nervos venasque secat, nodosaque frangit*  
*Offa diu: nondum artis erat caput ense rotare.*

*Quum multos e litore invitasset — praecipitavit*] Placet quorundam libb. lectio, *e ponte pro repente*: quod tamen non reiicio; ac fortasse scribendum, *repente e ponte omnes praecipitavit.* Dio lib. 59. p. 653. Συχνούς τῶν εταίρων ἐς τὴν θάλασσαν ἀπὸ τῆς γαφύρας ἔρριψε.

*Quosd. gubernacula apprehendentes — in mare*] Dio paullo aliter: Συχνούς δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἐν πλοίοις ἐμβόλους ἔχουσι, προπλεύσας κατέδυσε, ὥστε καὶ ἀπολέσθαι τινάς.

*Succinctus poparum habitu*] Plutarchus in Aemilio Paulo describens apparatus sacrificii: Οἱ δὲ ἄγοντες

τοὺς χρυσοῦρας τροφίας βουὸς νεανίσκοι. περιζώμασιν εὐπαρύφοις ἐσταλμένοι, πρὸς ἱερουργίαν ἐχώρου.

Cap. 37. *Cunctantem flagellis discidit*] Hic est Apelles Afcalonita tragoedus, in quem adeo invenitur Philo in Legatione ad Caium. De eius caede ibidem habentur haec verba: Ὁ μὲν ὑπὸ Γαίου σιόησιν δαδαίς εἶψ' ἐτέραις αἰτίαις καὶ στρεβλούμενος καὶ τροχιζόμενος ἐν περιτροπῆς ὡσπερ ἐν ταῖς περιοδιζούσαις νόσοις.

*Tam bona cervix, simul ac iussero, demetur*] Dirissimae immanitatis dictum. Sed in historia Turcarum factum legimus hoc etiam dicto crudelius. Capta Constantinopoli, reperta est inter captivas virgo nobilis, exquisitissimae formae, cui nomen Irene. Haec ad Sultatum Muhammed II. adducta, ita illum cepit, ut per aliquot annos cura rerum omissa aut remissa, nihil nisi Irenen cogitaret: quum male audire apud suos eo nomine coepisset, eiusque ignaviam Mustapha liberius increpasset: tyrannus, advocata concione, prodit in medium, Irenen cultu superbissimo adornatam manu tenens: deinde exposita omnium oculis eius forma, ac verbis etiam dilaudata, ut se virum probaret, adversus omnes affectus sortem, prebensa misellae coma, in ipso vestigio caput illi amputavit.

Cap. 54. *Fecitque posthac viventium — poni*] Caussam edicti huius Cais aperit nobis insignis Dionis locus in vita Claudii, cuius similem constitutionem refert: sic ille: Ἐπειδὴ τε ἡ πόλις πολλῶν εἰκότων ἐπιπλοῦτο (ἐξῆν γὰρ ἀνακίθη τοῖς βουλομένοις ἐν γραφῇ καὶ ἐν χαλκῷ λίθῳ τε δημοσιεύεσθαι) τὰς τε πλείους αὐτῶν ἐτέρωσέ ποι μετέδρασε, καὶ ἐς τὸ ἔπειτα ἀτηγόρευσε, μηδενὶ ἰδιώτῃ, ἢ ἂν μὴ ἡ βουλὴ ἐπιτρέψῃ τούτο ποιῆν ἐξεῖναι, πλὴν εἴ τις ἔργον τι φιλοδομητῶς εἴη, ἢ καὶ κατασκευάσαιτο· τούτοις γὰρ δὴ τοῖς τεισυγενέσι αὐτῶν ἵστασθαι ἐν τοῖς χωρίοις ἐκείνοις ἐβῆκε. Id est, *Ut quoniam urbs imaginibus replebatur (licebat enim omnibus, qui vellent, pictura, aere, lapideque suam*

*publicare effigiem) plerasque illarum alio quo trans-  
tulit sanxitque in posterum, ne quis privatus sine  
permissu senatus id faceret: nisi si quis opus aliquod  
aut fecisset, aut etiam refecisset: his enim cognatis-  
que eorum monumentum sui aliquod iis in locis pone-  
re permisit.*

*Ne quid respondere possent praeter eum] Pridem  
doctissimis hominibus negotium fecit hic locus: de quo  
quum ad Iosephum Scaligerum retulissem, responsum  
illud tuli: ipsius enim verba ponam. In Caligula lego  
indubitate: ne quis respondere possit, praeter eum.  
Fox tyrannica, sed satis acuta: se sublaturum Iuris-  
consultos, ita ut ipsius voluntas sit pro iure: et nemo  
superfit, qui consulatur, praeter eum, hoc est, Caligu-  
lam. Quemadmodum enim in animo habebat Caligu-  
la omnia exemplaria Liviana et Virgiliana abolere,  
ita etiam omnes Iurisconsultos: ut nemo superesset,  
qui de iure consuli et respondere posset praeter eum,  
nempe Caligulam. Propterea subiicit Suetonius, quasi  
scientiae eorum omnem usum aboliturus. Haec Scali-  
ger: Memmianus et omnes meliores alii libri firmant  
lectionem. In nonnullis est, ne qui respondere pos-  
sint.*

Cap. 55. Cn. Pompeio — Magni cognomen] Nullam in ullis codd. varietatem hic annotamus, nec sa-  
tis scio, quam recte doctissimus Urinus luxata haec  
esse, et loco suo mota illa verba *stirpis antiquae*,  
pronuntiavit: etsi non diffiteor, probabilem esse illius  
emendationem, scribentis paullo ante, *nobilissimo cuique  
stirpis antiquae ademit*. Hic autem est Cn. Pompeius  
Magnus, qui postea gener fuit Claudii, ut libro se-  
quente narratur: et notat Dio in rebus Claudii, ubi  
hoc quoque commemorat.

*Ob egregiam corporis amplitudinem — dictus] Non male fortasse scripseris, ob corporis amplitudinem  
et egregiam speciem. Utrumque voce Colossiferos ele-*

ganter exprimitur: amplitudo corporis, priore parte compositae huius dictionis: forma venusta et amabilis, posteriore. Miramur igitur non parum, quid moverit viros eruditissimos, ut hanc lectionem, adeo manifeste veram et veterum libb. auctoritate confirmatam, sollicitarent.

*Thraci et mox hoplomacho*] Melius scripseris *Threci*, et ita in cod. Pithoei.

*Essedario Porio*] Iunius Philargyrus in lib. 5. Georg. 204. Latini poetae: *Esseda vehiculi vel currus genus, quo soliti sunt pugnare Galli. Caesar testis est libro ad Ciceronem tertio. Multa millia equitum atque essedariorum habet. Hinc et gladiatores essedarii dicuntur, qui curru certant.* Malim vero scribi, *Essedario Oporio*; aut *Porio*:

*Ob prosperam pugnam*] Scribe, *post prosperam pugnam*, ex Viterb. Pithoei et Memmii.

Cap. 56. *Quibusd. absent. — maritor. referri*] Horum alterum fuit ex more: repudia enim in acta referebantur: alterum contra leges erat. Adi ad Iuriconsultos, quorum haec propria est cognitio.

Cap. 57. *Nepotinis sumptibus omnium*] Libri quique optimi, *nepotatus sumptibus*.

*Pretiosissimas margarit. aceto liquefactas*] Memmii, Cuiacii et Lisl. codd. *pretiosissima margarita aceto liquefacta*. Utrumque dici, notum est.

*E fastigio basilicae Iuliae*] De hac basilica legant studiosi, quae diligenter annotavit praestantissimus Scalliger, ad Chronici Eusebiani numerum MDCCCCLXXI.

*Et de cedris Liburnicas*] In solo Memmii libro reperi lectionem Turnebo annotatam, *de ceris*: unde ille faciebat *deceres*, id est, *δεξήσεις*, quod perplacet: etsi alteram lectionem damnare iure non possumus.

*Totumque illud Tiberii Caesaris — absumpsit*] Dio et in summae numero, et in temporis spatio, quo haec opes sunt absumptae, dilentit: scribit enim sub

initium lib. 58. Πέντε γούν μυριάδας μυριάδων καὶ πεντακοσίας καὶ ἐπτάις χιλίας, ὡς δὲ ἕτεροι ὀκτώ τε καὶ διαχιλίας καὶ πεντακοσίας τεθρησαυρισμένας εὐρών, οὐδὲ ἐς τὸ τρίτον ἔτος μέρος ἀπ' αὐτῶν τι διέσωσεν. Ex quibus verbis apparet, diverse tradi solitum pecuniarum modum, quas Tiberius confiscatas reliquit: aliis scribentibus fuisse vicies ter millies sestertium: aliis tricies et ter millies sestertium: ita namque esserri Latine debent Graeca verba Dionis, non, ut interpretes vertunt: qui de summa, quam auctor ait, plurimum sua interpretatione deterunt. De hac autem pecunia a Tiberio cumulatata loquitur auctor oraculorum Sibyllinorum: quo loco de Tiberio et Nerone hos versus fundit:

Εἷς μὲν πρέσβυς ἐὼν, σιήπτρων ἐπὶ πούλῳ κρατῆσει,  
 Οἰκτρότατος βασιλεύς, ὃς χρήματα κόσμου ἅπαντα  
 Δώμασιν ἐγκλείσει τηρῶν, ἴν', ὅταν ᾗ ἐπανέλθῃ  
 Ἐν περάτων γαίης ὁ Φυγὰς μητροκτόνος ἐλθῶν,  
 Ταῦτα ἅπασι διδοῦς πλοῦτον μέγαν Ἀσσίῃ δῆσῃ.

Vides vanum Sibyllae vaticinium, vel potius ἀνιστορησίαν boni illius viri, qui multo post Neroniana tempora zelo propagandae religionis Christianae sub nomine Sibyllinorum ea carmina fecit et publicavit. Norat ille, ingentem pecuniae vim a Tiberio esse congestam: at eius non meminerat, quod hoc loco scribit Tranquillus. Ideo imaginario illi Neroni falso tribuit, quae omnes Historiae Caligulae.

Cap. 38. *Iulii et Augusti diplomata — deslebat*] Haec scriptura est omnium libb., nec probo emendationem scribentium *delebat*: nam vel *deslebat* retineam, et cum Torrentio interpreter de mimico gestu, quo solitus uti Caius in elevanda auctoritate horum diplomatum: vel cum Lipsio scribam *deslabat*: quam scripturam sciolus aliquis inventam in optimo Memmii libro corruperat: ita tamen, ut illius clarissima invenerimus vestigia et certissima. Sic fere κατὰ Φυσῶν positum notabamus apud Eriphanium, lib. i. κατὰ Μαρκσιῶν· Γυναῖκες, ὡς ὁμοίως ταῖς λοιπαῖς ἐπετῆθευσε, παραπείθειν

μελεύων αὐταῖς προφητεύειν, καὶ καταφυσήσασθαι καὶ καταθεματίσασθαι αὐτὸν ἐχωρίσθησαν τοῦ τοιούτου θιάσου. Idem enim valet eo loco καταφυσῆν, quod apud Sophoclem πτύειν, et vulgo καταπτύειν, *aspernari, contemnere*. Scholia eius poetae in Antigonen ad illa verba, v. 1246. Πτύσας προσώπων ἢ οὐδὲν ἀντειπῶν. Οὐ κυρίως προσπτύσας τῷ πατρὶ· ὡς καὶ ἡμεῖς ἐν τῇ συνηθείᾳ Φαμέν κατέπτυσεν αὐτοῦ, ὃ ἐστι, κατεφρένησε τῶν λόγων αὐτοῦ. Porro voce, qua usus Caligula, exprimitur gestus fastidientis et contemnentis: nam ita erat moris. In Martyrologio veteri id dicitur *exsufflare*: in Ianuario. *In Achaia sancti Satyri martyris, qui transiens ante quoddam idolum, quum exsufflasset in illud, signans sibi frontem, statim idolum illud corruit.* Sulpitius Severus, scriptor politissimus, negat eam vocem satis Latinam. Locus est dialogo tertio, ubi de Martino loquens: *Vidit, inquit, post tergum Avitiani daemonem mirae magnitudinis asfidentem: quem eminus, (ut verbo, quia ita necesse est, parum Latino loquamur) exsufflans, Avitianus se exsufflari existimans, Quid me, inquit, sancte, sic adspicis? Utiur eo verbo et S. Augustinus saepe.*

*Arguebat et perperam editos census*] *Lego, perperam editi census.* Considera: aliter sententia stare non potest. In censum omnia bona erant deferenda: qui fallebant, aut aerarii siebant, et in Caeritum tabulas referrebantur, aut vacuabant ipsi bonaque eorum. Eo spectavit Caius, eo Suetonius.

*Testamenta primipilarium*] Imo omnium centurionum. Ait enim Dio lib. 59. p. 651. Πάσας ἀπλῶς τὰς τῶν ἐν τοῖς ἑκατοντάρχοις ἐστρατευμένων οὐσίας, ὅσοι μετὰ τὰ ἐπιπίκια, ἃ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἔπεμφεν, ἄλλῃ τινὶ αὐτὰς, καὶ μὴ τῷ αὐτοκράτορι καταλελοίπεσαν, αὐτὸς ἑαυτῷ καὶ ἄνευ ψηφίσματος εἰσέπραξε. Similia alia sisei iura, aut iniurias potius, historici et Iurisconsulti referunt. Videtur autem Suetonius primipilarium tantum

fecisse mentionem, quia horum potissimum expetitae hereditates: ut eorum, ad quos pleraque commoda militiae solita pervenire. Vegetius lib. 2. c. 21. *Primipili centurio postquam in orbem omnes cohortes per diversas administraverit scholas, in prima cohorte ad hanc pervenit palmam, in qua ex omni legione infinita commoda consequitur.* Inter alia autem primipilari commoda ea fuerunt, quae ex militum testamentis consequentur. Fere enim milites, qui in castris testamenta condebant, amicis commilitonibus, in primis autem primipilaribus sua relinquebant. Quintilianus lib. 6. c. 5. de ritu: *Optima est simulatio contra simulationem: qualis illa Domitii Afri fuit. Vetus habebat testamentum: et unus ex amicis recentioribus sperans aliquid ex mutatione tabularum, falsam tabulam intulerat, consulens eum, an primipilaris ei testamento suaderet ordinare suprema iudicia.* Est hic locus subobscurus: sed potest primipilaris testamentum bisariam accipi: vel pro eo testamento, quo miles herede primipilari instituto, commilitonibus partem bonorum legavit: vel pro testamento, quo primipilaris Imperatorem scripsit heredem, amicis legata dedit. Utrovis modo accipias, clara mens huius captatoris.

*Venenatas macteas*] Ita prima editio et nonnulli Mss. Athenaeus lib. 4. et 14. *ματτύην* appellat: sed quum a *μάττειν* vox sit deducta, tam potest *c* in hac dictione ferri, quam in aliis eiusdem originis, ut *μάκτης*, *μάκτηρ* et *μάκτηρ*. Obstat tamen, quod affinem vocem *mattici* scribimus, non *mactici*. Memmianus et multi, *matteas*.

*Auctione proposita reliquias — venditavit*] *Reliquiae spectaculorum* sunt gladiatores, qui spectaculo superfluites remanserant. Dio vertit lib. 59. p. 656. *τοὺς περιγενομένους τῶν μονομάχων.* Erant et quaedam reliquiae circensium: quarum facit idem obscuram mentionem. Subiicere *ἀπλάς* pro, subiicere hastae.

*Exquirens per se pretia, et usque eo extendens]*  
 Dio ibidem: Αὐτός τε ἐπὶ τοῦ πρατηρίου καθεζόμενος,  
 καὶ αὐτὸς ὑπερβάλλων.

Cap. 39. *Quidquid instrum. veteris aulae erat]*  
 Minus mirandum, quia alii quoque principes idem fecerunt: etsi non eandem ob causam. Capitolinus in vita M. Antonini Philosophi c. 17. *Quum ad hoc bellum omne aerarium exhausisset suum, neque in animum induceret, ut extra ordinem provincialibus aliquid imperaret; in foro divi Traiani auctionem ornamentorum imperialium fecit, vendiditque aurea pocula et crystallina et myrrhina: vasa etiam regia, et vestem uxoriam sericam et auratam, gemmasque etiam, quas multas in repostorio sanctiore Hadriani repererat: et per duos menses haec venditio celebrata est.*

*Compererat provincialem — interponeretur]*  
 Ammianus Marcell. lib. 15. c. 6. *Homines enim eruditos et sobrios, ut infaustos et inutiles vitant quoque: accedente quod et nomenclatores assueti haec et talia venditare mercede accepta, coenis quosdam et prandiis inserunt subdititios, ignobiles et obscuros.*

Cap. 40. *Pro eduliis]* Cuiacii lib. et e regis antiquiss. nec non Memm. *edulibus*, non minus Latine. Ibidem, *certum statutumque, non statum: at Memm. statum.*

*Ex gerulorum diurnis quaestibus]* Geruli sunt ὁ μισθοῦ φέροντες, ut vocat Appianus 4. Ἐμφυλ. Attici προὔνειους καὶ περιδίνοους: Latini etiam *baiulos* et *gerones*, ut Cicero in epistola quadam ad Atticum.

*Ex capturis prostitutarum]* *Capturae* Latinis dicuntur mercedes artium sordidarum et obscœnarum. Seneca pater *Controversiarum* lib. 1, 2. *Pretia stupri accēpisti, et manus, quae diis datura erat sacra, capturas tulit.* Idem lib. 10, 4. in ea de debilitato mendicante: *Tibi captura quotidiana non respondet: apparet nondum satis hominibus, miserum videri.* Sic



apud Valerium Max. lib. 5. c. 4. lib. 6. c. 10. lib. 9. c. 4. Graeci *μισθωμα* proprie vocant: docent enim Graeci Critici, ita differre *μισθωμα* et *μισθόν*, ut illud sit captura proprie, vel pretium flagitii aut sceleris. Atque ita distinguit eas voces disertissimus scriptor Philo contra Flaccum: Ὁ δὲ ἐνεπορεύετο τὴν λήθην τῶν δικαστῶν, τοὺς μὲν νικᾶν ὀφείλοντας, γράφων ἐν ἠττημένοις, τοὺς δ' ἠττᾶσθαι, μετὰ τὸν ἐπάρατον μισθόν, ἢ κυριώτερον εἰπεῖν τὸ μισθωμα, ἐν νευικησί. Exstat eiusdem magni scriptoris et commentariolus, cuius index περὶ τοῦ μισθωμα πόρνης εἰς τὸ ἱερόν μὴ προσδέχσθαι. In quo capturas huiusmodi *λήμματα αἰσχρὰ* nominat. Sic accipienda vox *μισθωμα* apud Aelianum *Ποικίλης* lib. 4. c. 12., ubi si aliter capias, quam de captura meretricis, friget tota sententia, aut potius nulla est: alii Graeci *ἐμπολάς*. Glossar. Graeco-Lat. *ἐμβολή, caritura*, scribe *ἐμπολή*, ut in altero Glossario recte scriptum. Dio Chrysolomus sermone de invidia priore: Πορνοβοσκῶ δὲ οὐ κερδαλεώτερόν τε καὶ ἄμεινον πρὸς τὴν ἐμπολήν, μόνον ἔχειν τοῦτο τὸ εἶδος; Artemidorus lib. 1. c. 80. Ἀγαθαὶ δὲ καὶ ἐπὶ ἐργαστηρίων καθεζόμεναι ἐταῖραι, καὶ πιπράσουσαι τι καὶ δεχόμεναι ἐμπολάς. Xiphilinus in Pseudoantonino, de quaestu meretricio loquens, quod illud munus instituerat in Palatio, *χρήματά τε παρ' αὐτῶν συνέλεγε, καὶ ἐγαυροῦντο ταῖς ἐμπολαῖς*. Sic interpretor apud Athenaeum titulum comoediae Ephippi, Ἐμπολή. Habet et lingua Hebraea propriam huic rei vocem, *נַפְתָּא, etnah*: unde Graeci suum *ἔθνον* derivarunt: quod donum amatorium significat, et praemium amoris, sed honesti: non enim est ab ἴδω, ut nugaces Grammatici Graecorum somniant.

*Ut tenerentur publico — fecissent*] Vetus malum et probrum multarum rerumpubl. pretio vendere honestatem publicam: nam et Athenis *πορνηκὸν τέλος* fuit, ut ex oratione Aeschini contra Timarchum scimus. Imperatoribus plerisque fuisse id genus lucri non

ingratum, ex Lampridio in Alexandro Severo et Iurisconsultis certum est. Vide XI, 40. Cod. de Spectaculis et scenicis et lenonibus, et Novellam 14. de lenonibus: cui non parum lucis attulerit, qui cum c. 59. lib. 3. Evagrii Scholastici eam contulerit. Similiter aliae quoque artes et sordidae et sceleratae pretio tolerabantur, eratque beneficiariorum principis et curiosorum inquirere, atque in matriculas suas referre eos, qui tali de causa publico tenerentur. Tertullianus in libro de fuga in persecutione: *Evscio dolendum an erubescendum sit, quum in matricibus beneficiariorum, et curiosorum, inter tabernarios et lanios et fures balnearum, et aleones, et lenones, Christiani quoque vectigales continentur.* Iustinus Apologia altera de manigonibus catamitorum et lenonibus loquens: *Καὶ τούτων μισθοὺς καὶ εἰςφορὰς καὶ τέλη λαμβάνετε, δέον ἐκκόψαι ἀπὸ τῆς ὑμετέρας οἰκουμένης.* Similiter mathematici et planetarii pretium dependebant, ut artem possent vanillimam profiteri. Habes exemplum apud B. Augustinum lib. 4. Confessionum, c. 5. in illo optimo sene, qui dicit, se iuvenem ita eam artem didicisse, *ut eius professionem primis annis aetatis suae deferre voluisset, qua vitam degeret:* quid sit alicuius artis professionem deferre, explicant superiora Tertulliani verba. Quod autem genethliaci et curiosarum artium professores certum vectigal pensitantes tolerarentur, declarat et Suidas: ex quo discimus, Alexandriae (qua in urbe frequens fuit id genus hominum) *βλακευόμενον* proprio nomine esse appellatum tale tributum: qua appellatione stultitia consultoribus Astrologorum exprobrabatur. *Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, inquit, τέλος τὸ βλακευόμενον, ὃ οἱ ἀστρολόγοι τελοῦσι· διὰ τὸ τοὺς μικροὺς εἰσιέναι πρὸς αὐτούς.*

*Nec non et matrimonia obnoxia essent*] Vectigali instituto, quod legitimo matrimonio iuncti penderent, quoties liberis operam darent.

Cap. 41. *Lupanar in Palatio constituit*] Dio de Messalina Claudii lib. 60. p. 686. Ἡδὴ γὰρ καὶ ἐπ' οὐκίματος ἐν τῷ Παλατίῳ αὐτῇ τε ἐκαθέζετο, καὶ τὰς ἄλλας τὰς πρώτας ἐκείθειζεν. Xiphilinus in Avito, καὶ τέλος ἐν τῷ Παλατίῳ οὐκίματι τι ἀποδείξαι. et quae sequuntur: piget enim talia describere. Est autem in amborum narratione tanta similitudo, ut videatur Avitus Caligulae exemplum per omnia secutus.

Cap. 44. *Commoda emeritae militiae — rescidit*] Omnino certae et indubitatae fidei est haec lectio, quam auctoritate Dionis ante nos Torrentius et Lipsius, duo rei litterariae lumina, stabiliverunt. Mirum sane, omnes veteres scribere *sexcentorum*, quae absurda lectio nata sine dubio est e vocis *senum* accentu.

*Adminio, Cinobellini, Britannorum regis, filio*] Aliam scripturam Orosius suggerit lib. 7. c. 5. *Quumque ibi Minocynobellinum, Britannorum regis filium* etc.; sed scribendum ex fide librorum Suetonii, *Quumque Adminium, Cinobellini, Br. regis, filium*. Forte etiam in nomine *Adminius d* pro *r* irrepfit: nam in Germania et Belgio atque, ut puto, etiam in Britannia usitatum iam olim, ut nunc quoque, nomen fuit Arminius: vide Tacitum.

*Monitis speculatoribus*] Ita codd. Memmii et Pithoei, Cuiacii vero *spiculatoribus*: aliter Grostotii, ubi est *saepespeculatoribus*.

Cap. 45. *Deficiente belli materia*] Eleganter Philostratus de vita Apollon. 5, 2. de bellicis rebus Caii, ὁ εἰσυννομαυῶν, καὶ λυδίζων τὴν στολήν, καὶ πολέμους νηϊῶν οὐκ ὄντας.

*In hoc quoque mimo*] Etiam Philo furiosi huius facta commemorans, *δραματοργίαν, μῖμον, et μιμίαν* vocat.

*Atque inter haec absentem — obiurgavit edicto*] Egregium vero facinus et imitatione dignissimum. Atque adeo non defuit, qui imitaretur. Antoninus Cara-

calla, Antiochiae vitam per otium et omnia voluptatum genera traducens, ὠδύρετο. ait Xiphilinus Epit. lib. 78. p. 878. ὡς ἐν μεγάλοις ὀή τισι καὶ πόνοις καὶ κινδύνοις ὄν. καὶ τῇ γερούσιμῃ ἐπετίμα, τάτε ἄλλα καὶ φαστωναύειν σφᾶς λέγων.

Cap. 46. *Postremo, quasi perpetraturus bellum*] Confer cum Dione, qui copiose narrat.

*Nemine gnaro ac opinante*] Scrib. aut opin. ut poscit Latinitas, et Mfl.

Cap. 47. *Galliar. quoq. procerissimum quemque*] Perlius 6, 45.

— — — *missa est a Caesare laurus  
Insignem ob cladem Germanae pubis: et aris  
Frigidus excutitur cinis, ac iam postibus arma,  
Iam chlamydas regum, iam lutea gausapa captis,  
Effedaque, ingentesque locat Caesonia Rhenos.*

*Et ut ipse dicebat ἀξιόθριάμβητον*] Scribe ἀξιοθριάμβευτον. ut habet cod. Viterb.: non enim dicimus θριάμβέω. ut στρατηγέω, unde ἀξιοστρατήγητος apud Dionem lib. 45.

*Cogitque non tantum rutilare — comam*] Tacitus de Domitiano in Iulii Agricolae vita c. 59. *Inerat conscientia, derisui fuisse nuper falsum e Germania triumphum, emptis per commercia, quorum habitus et crines in captivorum speciem formarentur.*

Cap. 48. *Inermes, atque etiam gladiis depositis*] Viterbiensi nostro codici debetur haec emendatio, nam vulgati omnes *dispositis*. Perperam. Memmianus recte ut Viterbiensis.

*Capulum gladii crebro verberans*] Non probo γραφήν Viterbiensem, *crebro vibrans*. Sic κόπτων τὴν λαβὴν τοῦ ξίφους in similibus minis apud Appianum Ἐμφυλ. lib. 4.

Cap. 49. *Siquidem proposuerat — commigrare*] De Antio supra, c. 8. De protectione Alexandriam, Philo: Διέγωνος μὲν γὰρ, ὡς λόγος, πλεῖν εἰς Ἀλεξάνδρειαν

τὴν πρὸς Αἴγυπτον. Item: Τοῦτο δὲ πράξειν ἔμελλεν ἐν παράπλῳ κατὰ τὴν εἰς Αἴγυπτον ἀποδημίαν· ἄλεκτος γάρ τις αὐτὸν ἔρωσ κατεῖχε τῆς Ἀλεξανδρείας, εἰς ἣν ἐπόθει σπουδῇ πάσῃ παραγενέσθαι. καὶ ἀδιόμομος πλεῖστον χρόνον ἐνόμιζεν ἤναι. Caullam confilii vide in sequentibus: meminit et Iosephus.

Cap. 50. *Pallido colore*] Scribe, ut in libris Cuicij et Pitthoei, *colore expallido*, neque aliter regia exemplaria, et Memmii.

*Subita defectione ingredi*] Mirum, unde illa inepta lectio, quae vulgatas fere omnes editiones obsidet, in quibus *devectione* scriptum pro *defectione*. Nam et prima editio et inlecuta longo post intervallo Rob. Steph. et omnes Mss. sic recte legunt. In iisdem constanter *gradi* vel *gredi* corrupte pro *ingredi*.

*Invocare identidem lucem*] Εὐχέσθαι ἡμέραν εἶναι, ut in c. 27. Actorum.

Cap. 51. *Diversissima in eodem vitia*] Dio breviter indicat, πρὸς πάντα, inquit, ἐναντίος ἐπεφύκει.

*Ad minima tonitrua et fulgura connivere*] Liss. codd. *conruere*. Non semper autem ita affectus fuit bonus hic Imperator: aulus enim interdum non solum vultum attollere: sed etiam ταῖς βρονταῖς ἐν μηχανῆς τινος ἀντιβροντᾶν, καὶ ταῖς ἀστραπαῖς ἀνταστράπτειν, καὶ ὁπότε κερκυνὸς καταπέσοι, λίθου ἀντακουτίζειν: auctor Dio lib. 59. p. 662. Sed omitamus istum ἀταρτηρὸν. Φρένας ἡλεῶν, et notemus potius veterum consuetudinem admodum laudabilem: moris enim fuit quum tonaret, aut fulgeret, aut terra moveret, continuo pro mutua salute diis vota fundere. Didici ex Philostrato, cuius haec sunt de vita Apollonii lib. 6.; loquitur de Antiochenis Syris, et terrae motu, qui, dum ipsi in concione sunt, factus est, σεισμῶ δὲ γενναίου προσπεσόντος ἐπτήξαν, καὶ ὡς περ ἐν ὁμοσημαίαις εἶωθεν, ὑπὲρ ἀλλήλων ἠΰξαντο.

*Proripere se e strato — condere solebat*] Eo solebant se abdere, qui latere vellent. Basilii: εἰάν τὴν

Θύραν κἀπ' αὐτῆς τις, ὁ χρεώστης ὑπὸ τῆν κλίνην. Plautus Calina 3. vl. 32. *Infectatur omnes domi per aedes, nec quemquam prope ad se finit adire: ita omnes sub arcis, sub lectis latentes metu mussitant.* Dignus sane locus, qui Caligulam adeo furiose insalentem reciperet: nam quod hodie fieri videmus, ut sub lectis vetera calceamenta condantur, idem olim quoque fiebat. Lucianus in commentario de mercede conductis: Νῦν μὲν γὰρ, ὡς περ τὰ καινὰ τῶν ὑποδημάτων ἐν τιμῇ τινι καὶ ἐπιμελείᾳ ἐστίν, ἐπειδὴν δὲ πατηθῆ πολλάνις καὶ ὑπὸ τοῦ πηλοῦ ἀναπλασθῆ, ὑπὸ τῇ κλίνῃ ἀθλίως ἐβρίσεται, κόρων ὡς περ ἡμεῖς ἀνάπλω. Ideo avari Eucliones suas auro repletas ollas in eum locum abdebant, ut ait Bassilius in homilia Lazicis habita. Eodem et in repentino metu se recipiebant, quod de Caligula ait nosier: neque defunt similia in historiis exempla, praeter modo et alata. Sic et Zacharias protospatharius a Iustiniano Rhinotmeto missus, ut Sergium V. coereret, resistente clero et populo Romano, *sub lectum Pontificis ingressus se abscondit*, ait Anastasius.

*Transmarinas sibi superfuturas provincias*] Scribe, *transmarinas certe sibi*, ut in cold. Torrentii, et omnibus nostris, etiam Memmiano.

*Si victores Alpiam iuga occuparent*] Figura est, πρὸς τὸ σημαίνουσι. Praecessit enim, *audita rebellione Germaniae*: at viri docti locum censent emendandum, et scribendam *Germanorum*, quibus non assentior. Infinita sunt hoc genus apud optimos scriptores: notum apud summum vatem. Ἐλθε τέκνον, et quae variis locis congerit Eustathius. Pausanias Arcadicis: Νικῆσι δὲ προσλαβόντες Ἀχαιῶν στρατὸν καὶ Ἄρατον ἡγεμόνα ἐπ' αὐτῶ. Ait ἐπ' αὐτῶ, quasi praecessisset στρατόν.

Cap. 52. *Manuleatus et armillatus*. — *processit*] Seneca de Caio 18. *Haec ipse perlucidus, crepidatus, armillatus*: locum vide in libro de constantia Sapientis.

*Nonnunquam focco muliebri]* Et quod erat indignius, non erubuit foccatus maxima negotia tractare, ut quam de capite consularis viri Pompeii Penni audiret. Seneca de Beneficiis lib. 2. c. 12.

*Plerumque vero aurea barba fulmen tenens]* Philonem suadeo legas, qui Iuse narrat: non alio commentario huic loco est opus.

Cap. 55. *Eloquentiae plurimum attendit]* Iosephus in elogio Caii, Antiq. Ind. 19, 2. "Ἄλλως δὲ ῥήτωρ τε ἄριστος, καὶ γλώσση τῇ Ἑλληνι καὶ Ῥωμαίοις πατρῷω σφόδρα ἡσκημένος. Vide cetera.

*Commissiones meras componere]* Vocem *commissiones* et morem committendi exposuimus ad lib. 2. c. 89. Ea notione accipi hic quoque debet haec dictio, certe potest. Vocantur enim scripta Senecae, *commissiones merae*, ut, si Graece dicas cum Iocrate, λόγοι πρὸς τὰς ἐπιδείξεις καὶ ἀγῶνας γεγραμμένοι. Imo vero *commissiones* sunt ἀγωνίσματα, quo sensu dixit Thucydides de opere suo, κτῆμά τε ἐς αἰεὶ μᾶλλον ἢ ἀγωνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ἀκούειν ἐύγκειται. Ita accipit et philosophus in libro de Poetica, ἀγωνίσματα γὰρ ποιῶντες καὶ παρὰ τὴν δύναμιν παρατείναντες μῦθον, πολλάκις διαστρέφειν ἀναγκάζονται τὸ εφεξῆς. Et Polybius lib. 3. in aureo dicto et dignissimo, quod ubique, non ibi tantum legatur: Ἱστορίας γὰρ εἰς ἀφέλη τις καὶ διατί καὶ πῶς, καὶ τίνος χάριν ἐπράχθη, καὶ τὸ πραχθὲν πότερα εὐλογον ἔσχε τὸ τέλος, τὸ καταλειπόμενον αὐτῆς ἀγώνισμα μὲν, μάθημα δὲ οὐ γίνεται. Quod Thucydides voce ponderosa valde κτῆμα dixit, Polybius aperte μάθημα. Plinius Epist. lib. 7. scribens ad Celerem, et superiorem Thucydidis locum imitans, vocem ἀγώνισμα ita expressit, *Historiam debere recitari, quae non ostentationi, sed fidei veritatisque componitur.* Melius sane quam Quintilianus, qui lib. 10. eundem locum adumbravit his verbis: *Totum historiae opus non ad initium rei pugnamque praesentem, sed ad memo-*

*riam posteritatis, et ingenii famam componitur: sed nemo felicius Caligula: prorsus enim, ut diximus, ἀγωναίματα sunt commissiones.*

*Et harenam esse sine calce]* Credo, quod sententias plerumque loqueretur, breves et nulla admodum connexionione inter se cohaerentes. Tale quid voluit et Quintilianus, quum in Seneca reprehendit, *quod rerum pondera minutissimis sententiis fregisset*: de quo genere dicendi vide eiusdem doctoris iudicium lib. 8. c. 5. Diversa ratio est, cur dicat Epiphanius, haereticos *σχολία ἐξ ἄλλου πλέκειν*, ex harena funiculos nectere, in suis scriptis, dum sacrae scripturae loca male componunt.

Cap. 54. *Thrax et auriga — atque saltator]* Sive *Thrax*, ut in scriptis sere. Adverte autem quatuor artium Caio adamatarum nomina, de quibus eodem ordine, ut semper solet, deinceps agit.

*Magno tiliarum et scabellorum crepitu]* Saltatores et saltatrices quum in scenae pulpito saltabant, praeter ictum pedum varia instrumenta sono edendo apta adhibebant: sere enim iungebantur, ut Lucianus *Περὶ ὀρχήσεως* indicat *πρόματα, περιέσματα*, et *ποδῶν κτύπος*. Inter alia organa eius generis et *scabelli* fuerunt. Eam vocem non magis Latinam puto esse quam *barbitus*, *sambuca*, *nabia*, et alia pleraque omnia instrumentorum musicorum nomina: quae simul cum usu rerum, quas significamus, in civitatem Romanam sunt admissa. Assentior autem doctissimo amicissimoque Scaligero, qui scabellos, sive scabella, esse putat apud Suetonium et Arnobium, quos Hispani et Aquitani *caescabellos* dicunt; quam dictionem Rabbi Iona usurpat in explicatione vocis Hebraicae *תב*. Augustinus de Musica lib. 4. *Quaero ex te, utrum possint copulati sibi pedes, quos copulari oportet, perpetuum quendam numerum creare, ubi nullus finis certus appareat: veluti quum symphoniaci scabella et cymbala pedibus feriantur, certis quidem nu-*



meris, et his, qui sibi cum aurium voluptate iunguntur, sed tamen tenore perpetuo: ita ut si tibias non audias, nullo modo ibi notare possis, quousque procurrat connexio pedum, et unde rursus ad caput redeatur. Erat hoc unum e crepitaculorum generibus, quibus vel cum musicis organis, vel inopia eorum, ut notat Scholiastes Aristoph. ad Ranas, utebantur. Talis fuit testarum crepitus, item acetabulorum tinnitus, sive ὄξυβάφων μουσική, et illa Ἀραδίων μουσική, καὶ Φοινίκων προύματτα, de quibus multa notamus ad Athenaeum, propediem, velit modo τὸ κρεῖττον, edendum.

Cap. 55. *Thracas quondam*] Lislæi cod. *Thracas quosdam*. Memnii, *Threses*.

*Agitatori Cythico comissione*] Ex vestigiis corruptae lectionis in antiquis libris, satis certum est, *Eutycho* scribi debere. Politiani tamen liber sic: *Agitatori Pythico comissione*.

*Incitato equo*] Magna hominis docti et historiae Romanae callentissimi hallucinatio, non uno loco affirmantis, scribendum esse *Incitati equo*. Nimirum oblitus erat eorum, quae pridem apud Dionem absque dubio legerat de hoc equo.

*Nomine eius invitati*] Et Incitati equi nomine alii invitari soliti, et ipse Incitatus a principe. Dio: Ἐν τῷ ἵππον, ὃν Ἰγνίτατον ὠνόμαζε, καὶ ἐπὶ δεῖπνον ἐκάλει.

*Consulatum quoque dicitur destinaſſe*] Id serio affirmat Dio: prorsus enim facturum eum Consulē fuisse, nisi mors occupasset. Καὶ προεπιτιχνεῖτο καὶ ὕπατον αὐτὸν ἀποδείξειν· καὶ πάντως ἂν καὶ τοῦτο ἐπεποιήκει εἰ πλείω χρόνον ἐζήκει.

Cap. 56. *Quum placuisset Palatinis ludis*] Cur ad stabiliendam huius loci scripturam, quae in plerisque libris corrupta est, uti malit Torrentius Dionis auctoritate quam Iosephi, causam non video: nihil enim dilucidius narrari potest, quam ut facit Iosephus. Nos autem Dionis locum de institutione horum ludorum sine

lib. 56. eo proferemus, ut nonnihil optimo scriptori iudicis demus: Ἡ Λιούρα ἰδίαν δὴ τινα ἀντὶ πανήγυριν ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἐν τῷ Παλατίῳ ἐποίησεν, ἣ καὶ δεῦρο ἀεὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν ἀεὶ αὐτοκρατόρων τελεῖται. Editum est ἣ καὶ δευτέρα ἀεὶ. Facilis emendatio: sed quam neque interpretes viderunt, neque viri doctissimi, qui de Iadis Palatinis scribentes eum locum descripserunt. At nuperus corrector ne illud quidem scivit, οἱ ἀεὶ αὐτοκράτορες genus dicendi Græcorum perelegans, qui Latine sit vertendum. Minus vero Beroaldi siuporem, qui verba Iosephi de institutione horum ludorum male accipiens, in honorem Cæsaris dictatoris fuisse institutos auctore Iosepho scribit: atqui de Augusto, qui primus imperium fundavit et munivit, sensisse Iosephum declarant, quæ mox subiicit: Ἐθευ Γάτος τῷ Σεβαστῷ Καίσαρι, ᾧ εἶ καὶ τὰ τῆς Θεωρίας ἤγετο. Sed ignoscendum Beroaldo, qui Iosephum Græce non legerat. In dierum numero, per quos celebrati in Palatio Iudi, dissentit aperte a Dione Iosephus: verum ille locus est corruptus, ut alia multa in eo nobilissimo scriptore, quæ curari non possunt, nisi ab eo, qui trium linguarum studio ingenium probe subegerit et excoluerit.

*Osculandam manum offerret — modum*] Hanc vulgatam lectionem confirmant omnes nostri codd. etiam Menmii: neque audio virum doctum eam mutantem, et monstra quaedam verborum hoc loco comminiscentem. Nam, quæ tanta hæc est omnia mutandi prurigo, quum neque in verbis, neque in sententia ulla sit difficultas, et in edita lectione libri omnes consentiant? Inter alios irridendi modos est, quæ *fauna* proprie dicitur: cum gestu aliquo mimico exprimitur, id quod volumus obicere ei, quem ridemus. Tria eorum genera notavit eleganter Persius Sat. 1. manu pincentem ciconiam exprimere, opposito temporibus pollice auriculas asininas estringere, et linguam castigare instar sitientis canis. Similis hic fauna intelligitur: quod Suetonius elegantissime exprimit per

*formatam et commotam manum in obscenum modum.* Qui meminerit eorum, quae de infami digito apud veteres leguntur, et eorum, quae de voce *συμαλλίζειν* Graeci scholiastae notant, praesertim ad illa ex Pace Aristophanis, *Καὶ τὸν δορυξέβου οἶον ἐσυμαλλίσειν*, facile animo concipiet, quale hoc fannae genus fuerit. Neque est operae, pluribus ista explicare. Obscurius idem Suetonius similem Pyladis fannam refert lib. 2. c. 45. nam ita locus ille accipi debet.

Cap. 57. *Capitolium Capuae*] Non Romae solum Capitolium fuit, sed et aliis in locis: tandemque ea voce omnes arces promiscue appellatae videntur. Sidonius Apollinaris:

*Salve Narbo potens salubritate,  
Urbe et rure simul bonus videri,  
Delubris, Capitoliis, monetis.*

Idem alibi:

*Et quibus primum mihi psallat hymnus,  
Qui Tholosanam tenuit cathedram,  
De gradu summo Capitolorum  
Praecipitatum.*

*Cella Palatini atriensis*] Viterbienfis, *Palatini* minore *p.* Recte: quum de atriensi intelligat Palatii et domus Imperatoris, non autem Apollinis Palatini. *Cellas* Latini vocant omnia gurgustiola infimae fortis hominum. Tales erant cellae servorum, ut atriensis huius et ianitorum: quae erant adstructae magnarum domorum aut insularum foribus. Earum mentio apud Vitruvium, Petronium, Suetonium in Vitellio et alios. Graeci *cellam* vocant *οἴκημα*. Ita enim vertere debes apud Appianum et Pollucem τὸ τοῦ πυλωροῦντος οἴκημα, alii κλισίον, de quo notat Eusebius ad ultimum lib. Ὅδυσσ. Κλισίον οἰκητικὸς οἶκός ἐστιν εὐτελής, καὶ οἶόν τις κλισία, περὶ ἣν ἐμῶς ἴκουν. Sic quas Romani *cellas meretricias*, Graeci vocant κλισία, ut Demosthenes pro Ctesiphonte: Ἡ μήτηρ σου τοῖς μεθήμερινοῖς γάμοις ἐν τῷ κλισίῳ τῷ πρὸς

τῷ Καλαμίτῃ ἤρωϊ χρωμένη. Vocant et στέγας, item στέγος, vel τέγος. Quare quum legis apud Graecos πόρνας ἐπὶ τέγους, vel ἐπὶ στέγους ἐστάσας semper de cellulis meretriciis debes intelligere: quod propterea moneo, quia etiam doctissimos viros in his errare animadverto. Sic ergo accipe, ut pauca de multis exempla proferam, in epistola apocrypha Ieremiae, δέσσουσι δὲ ἀπ' αὐτῶν καὶ ταῖς ἐπὶ τοῦ τέγους πόρνας, id est, *dabunt ea illis etiam meretricibus, quae in cellis prostant: non, ut magni viri verterunt, quae sub tecto ipsorum sunt.* Clemens Alexandrinus Paedagogi lib. 3. Ἐπὶ τέγους ἐστᾶσι παρ' αὐτοῖς τὴν σάρκα τῆς ἐαυτῶν εἰς ἕβριν ἡρόνης πιπράσκουσαι γυναῖκες. Idem Στρωματέων lib. 3. Αἱ προστῆται τοῦ τέγους πόρνοι ἀνάλογην εἰσδεχόμενοι τοὺς βουλομένους ἅπαντας. Qui locus me movet, ne in hoc loquendi genere τέγος exponam *pergulam*: quum alioqui sciamus ex Plauto, in pergulis eas solitas fiare more multorum artificum, qui in pergulis se publicabant, ut in officinis. Quare *pergulas* et *officinas* iungunt Impp. leg. quarta Cod. Theod. de excusationibus artificum, sed eas *pergulas* potius intelligunt Graeci, quum τὰς ἀπὸ τῶν ἐργαστηρίων ἐταίρας memorant, ut Artemidorus non semel, aliique: at τέγος, vel στέγος Graeci Grammatici etiam οἰκημα exponunt: et προστῆναι τοῦ τέγους ita dictum Clementi, ut προστῆναι τοῦ οἰκημάτος aliis. Chrysostronus in homilia de Babylonia: Τὰς ἀπὸ τέγους γυναῖκας ἀναστήσας ἀπὸ τῶν οἰκημάτων, ἐν οἷς προσστήμεσαν. Metaphrasies in vita B. Athanasii, οἷα γυναῖκων ἐν δημοσίου τέγους ἀργυροσθέν, *ceu muliercula e publico lupanari mercede conducta.* Apud Chrysostronum homilia in Matthaeum 31. et alibi, αἱ ἀπὸ στέγους sunt prostituta scorta: sed de his haecenus.

*Sacrificans respersus est phoenicopteri sanguine*] Non ipsum, sed Alprenatem sanguine respersum, qui cum eo caesus est, narrat Iosephus.

*Ludis, quibus rex Maced. Philippus occisus est*] Iosephus aliter narrat; sed qui, puto, rem non satis animo conceperat: scribit enim: 'Ὁμολογεῖται δὲ καὶ τὴν ἡμέραν ἐπεινήν γενέσθαι, ἐν ᾗ Φίλιππον τὸν Ἀμύντου Μακεδόνων βασιλέα πτείνει Παυσανίας εἰς τῶν ἐταίρων· εἰς τὸ θάκτρον εἰσιόντα. Quanto verisimilius, ut narrat Suetonius!

Cap. 58. *Nono Kalendas Febr.*] Qui erat dies ultimus ludorum Palatinorum. Iosephus. At Zonaras longe aliter.

*Hora quasi septima*] Ὁρα ὡσεὶ ἐβδόμη: nam ita et Graeci loquuntur; at in Mss. nostris *fere*, non *quasi*. Pro *septima* scribendum *nona*, si sequimur Iosephum; nisi contra malit aliquis apud illum describere *ἐβδόμη* ex Suetonio: sed verius est, fruatur uterque sua *παραδόσει*.

*Cunctatus, an ad prandium surgeret*] Iosephus praene ad verbum: Ἐνδοιάζοντος Γαίου, εἴτε παραμένειεν εἰς τέλος τῆς θεωρίας διὰ τὸ τελευταίαν εἶναι τὴν ἡμέραν, εἴτε λουτρῶν χρησάμενος καὶ σίτῳ, εἶτα ἐπανοίκαθε καὶ πρότερον. Cum his non consentit Dionis nec Zonarae narratio: qui inter spectandos ludos eo ipso loco eum aliosque edisse ac bibisse tradunt.

*Marcente adhuc stomacho*] Melius sic Viterb. quam *marcescente*, ut vulgati. In Glossario censeo scribas, *Marcidus* et *marcens*, τετημῶς, νωθῆς ἀπὸ κραιπάλης.

*Tandem suadentibus amicis egressus est*] Minucianus et Asprenas auctores et impulsores fuere. Iosephus.

*Quum in crypta, per quam transeundum erat*] Dio στενωπὸν vocat, Iosephus στενωπὸν ἡρεμηκότα. Idem στενὰς ὁδοὺς, quum ait, στενῶν οὐσῶν τῶν ὁδῶν, καὶ ὁ δὲ ἔπραξαν τὸ ἔργον. At Suetonius paullo post *domum*, non semel.

*Pueri nobiles ex — Asia evocati*] Lib. I. c. 39. *Pyrrhicham saltaverunt Asiae Bithyniaeque principum*

*liberi.* Dio de Iudis Claudii lib. 59. p. 680. Παρά-  
 χην τε Ἀσιανοὶ παῖδες μετέπειτοι ἀρχήσαντο. Iose-  
 phus de istis lib. 19. c. 1. "Ἄρα καὶ παῖδας αἱ εὐχάστου  
 ἐκ τῆς Ἀσίας κατανοήσαν, πομπῆς αὐτῶν ἐκείθεν γενε-  
 μένης, ἐπὶ ὕμνοις μυστηρίων, ἃ ἐπετέλει. Ἐνιοὶ καὶ κατὰ  
 πύρριχισμούς, αἱ ἐν τοῖς θεάτροις ἔποιοντο. Dio evoca-  
 tos e Graecia et Ionia scribit, ut hynumum de laudibus  
 Caii factum canerent.

*Duplex dehinc fama]* Compara cum Iosepho:  
 nam Dio rem brevius stringit: neutram famam sequitur  
 Iosephus.

*Cervicem gladio caesum graviter percussisse]* Iose-  
 phus: Μεσσηγύς τοῦ τε ὤμου καὶ τοῦ τραχήλου φερόμε-  
 νον τὸ ξίφος ἐπέσχεν ἢ κλεῖς προσωτέρω χωρεῖν.

*Cornel. Sabinum alterum e coniuratis tribunum]*  
 Non ita Iosephus, apud quem leges parum honestum  
 Sabini huius elogium. At Dio consentit Suetonio: qui  
 praebet ei abunde testimonium magni viri.

*Caio Iovem dante, Chaeream — Accipe ratum]*  
 Nempe signum: quasi diceret, Optas, ut Iupiter, cuius  
 nomen das pro tessera, te servet ac protegat: (nam  
 omnium semper ea mens est, qui nomina superum tesse-  
 rae loco dant) en votum tuum ratum. Dictum εἰρωνικῶς  
 vel etiam simpliciter et serio absque ironia: quia Cali-  
 gulae, Regitiis omnibus et sceleribus dedecorato, non nisi  
 morte poterat succurri, ut dictum est de Nerone. Vide,  
 quae notamus ad Tiberium c. 66. Potest etiam ita ac-  
 cipi: *Accipe ratum*, quod do nempe, hoc est, mortem.  
 Sic mortem ratam dixit Livius lib. 45. *Noxa liberati  
 interfectores; exilium pulsus aequè ratum fuit, ac  
 mors interfectis.* Quod autem viri docti pro *ratum* cor-  
 rigendum consent *iratum* in tanto omnium librorum con-  
 sensu, non temere illis assentiendum putem.

*Nam signum erat omnium, Repete]* Viterb. *Re-  
 pente.* Minus placet.

Cap. 59. *Vixit annis XXIX*] Imo XXVIII tantum, cum mensibus quatuor, et diebus XXIV.

*Imperavit triennio — diebusque VIII*] Exactissime putata ratio, a die excessus Tiberii. Clemens Alexandrinus Stromat. lib. 1. *Τιβέριον διαδέχεται Γάιος Καῖσαρ ἔτη τρία, μῆνας ἑ, ἡμέρας οὐτώ.* At Iosephus: *τέταρτον ἐνιαυτὸν ἡγεμονεύσας Ῥωμαίων λείπονται τεσσάρων μηνῶν.* Dione an eius exscriptores peccarint in isto numero, haud facile dixerim; imperasse autem, ait, triennio et menses novem et dies XXVIII: sed forte tempora aliter putavit Dio, nempe a die, quo de imperio Caii factum fuit decretum senatus. Epiphanius ait, *annos III, menses IX, dies XXII*, vel, ut in eodem scriptum alibi, *ἡμέρας κθ'.*

*Gladio a centurione confossa*] Lupum, qui Caesoniam occidit, Iosephus non centurionem, sed e tribunis unum ait fuisse.

IS. CASAUBONI

IN

SUETONII LIBRUM V.  
ANIMADVERSIONES.

TI. CLAUDIUS DRUSUS CAESAR] In titulo huius libri quinti codex Viterbii olim descriptus, pro DRUSO cognomen NERONIS habet. Sic Dio: Οὕτω Τιβερίος Κλαύδιος Νέρων Γερμανικὸς ὁ τοῦ Δρούσου τῆς Λιουίας παῖς. Aliter Suetonius c. 2.

Cap. 1. Τοῖς εὐτοχοῦσι καὶ τρίμηνα παιδιά] Viterb. εὐτοχοῦσι. An fuit scriptum, εὐτοκοῦσι? Sed cum vulgatis consentit Dio lib. 48.

*Fossas novi et immensi operis effecit*] Scriptura Viterb. *fossas magna vi et immensi operis effecit*; de quo loquendi genere lib. 2. dictum ad caput secundum. Memmianus *navi et immensi*. Non puto, Latine fatis posse dici, *navum opus*. Quod autem viri doctissimi et rerum Germanicarum Belgicarumque peritissimi, fossam Drustianam Rheni fluminis alveum illum esse volunt, quem ab anne, cui Rhennus miscetur, *Iselam* hodie nuncupant, esto penes eos huius asseritionis fides: nam ex Suetonii illis verbis aut Taciti in 1. Annal. id non dicas.

*Species Barbarae mulieris humana amplior*] Dio, γυνή τις μείζων ἢ κατὰ ἀνδρῶπου φύσιν. Usam sermone Latino, non notasse Dionem, miror.

*Post praetaram confestim inito consulatu*] Anno tantum interiecto: Praetor fuit anno DCCXLIII, Consul DCCXLV.



*Per municipiorum coloniarumque primores]* Ab aestivis castris ad hiberna gestarunt tribuni et centuriones: deinde susceperunt οἱ κατ' ἐκάστην πόλιν πρῶτοι. Dio lib. 55. initio: corpus toto itinere pedibus praegrediente Tiberio, lib. 3. c. 7.

*Ad urbem devectum]* Ad hoc loco valet in: nam urbi fuit illatum, non ad urbem tantum. Doceo argumento certo funebris laudationis, quam ei de more pro rostris peregit Tiberius: at Augustus non in urbe, sed ad urbem, eum laudavit in circo Flamínio. Causam docet nos Dio lib. 55. p. 549. Ἐξεστρατεύετο γὰρ, inquit, καὶ οὐκ ἦν οἱ ὅσιον μὴ οὐ τὰ κατὰ τὴν πόλιν ἐπιτελέσαι. *Quia res bello gesserat, fas ei non erat, ea praetermittere, quae post bella confecta in ipso pomœrii introitu de more praestabantur:* quid intelligat Dio, non est obscurum, vel utcunque versatis in historiae Romanae lectione: praecipua siquidem cura urbem ingredientibus post victoriam partam fuit, Iovi Capitolino aliisque diis gratias in ipsorum templis agere: quod Augustus, funesta ipsius domo, facere non poterat; ideo ad urbem mansit. Dionis mentem parum belle interpretes expresserunt. Sed insuper non ferendus castigator nuperus, qui offensus triplici negatione in superioribus verbis, iubet nos locum emendare. At Plato vetat: utri potius obsequemur? Vetat Plato, quum scribit in Menone, οὐκ ἀντιτίθεμαι μὴ οὐ καλῶς λέγεσθαι. In epistola ad Dionysium, οὐ γὰρ ἐστὶ τὰ γραφέντα μὴ οὐκ ἐκπεσεῖν, et cum familiaribus Dionis, τὸ δὲ οὐδαμῶς ῥᾶδιον, πολλὰ κακὰ δρῶντα τοὺς ἄλλους, μὴ οὐ καὶ πάσχειν αὐτὸν πολλὰ ἕτερα. Et passim Plato. Vetat ipse Dio, cuius ista sunt lib. 57. Μηδ' ἀπαρνήσασθαι τινος δυναμένου τὸ μὴ οὐ καὶ τῶν σαρκῶν αὐτοῦ ἠδέως ἐμφαγεῖν. Legi etiam apud Iosephum lib. 19. Origgen. Ἐβραδύνετο οὐδὲν μελλήσει τῇ κατ' αὐτὸν, ὥστε μὴ οὐκ ἐς καιρὸν δεδιακουῆσθαι τοῖς ἀπεσταλκίσι. Et apud Eripha-

nium, scriptorem alioqui piūm doctumque magis quam elegantem, οὐ δύνηται μὴ οὐχὶ τούτοις χρῆσθαι. Possem alia sexcenta his similia Graecorum scriptorum afferre, nec pauca etiam Latinorum: sed aliud iam agamus. Male enim in eadem historia accipiunt ista verba Dionis interpretes: Προφυθόμενος ὁ Αὐγουστος, ἔτι νοσεῖ ὁ Δρῦστος, οὐ γὰρ ἦν πόρρω, τὸν Τιβερίου κατὰ τάχος ἐπεμφεν. Erant Ticini Augustus et Tiberius, quum ad eos de morbo Drusi nuncius est allatus: quo accepto, Tiberium statim ad fratrem misit. Auctor Valerius Max. lib. 5. c. 5. Male igitur illi, ἐπεμφεν, *accerpsit*, non solum contra τὸν ἑλληνισμόν, sed etiam contra historiae fidem.

*Exercitus honorariam ei tumulum excitavit*] Dio: Τιμὰς καὶ εὐπρόνων καὶ ἐψίδος. νεοταφίου τε πρὸς αὐτῷ τῷ Πήγῳ λαβίων. Tacitus Annal. lib. 2. c. 7. de Germanico verba faciens profecto ad liberandum obsidione castellum Lupiae flumini adpositum: *Tumulum nuper Varianis legionibus fiructum, et veterem aram Druso sitam disiecerant: restituit aram, honorique patris princeps ipse cum legionibus decucurrit.*

*Marmoreum arcum cum tropaeis*] Dio simpliciter ἐψίδα nominat: alibi ἀψίδα τροπαιοφόρον.

*Et Germanici cognomen ipsi posterisque eius*] Dio: Γερμανικὸς μετὰ τῶν παιδῶν μετονομασθεῖς.

*Non minus gloriosi quam civilis animi*] Velleius Paterculus 11, 97. *Cuius ingenium utrum bellicis magis operibus, an civilibus suscepit artibus, in incerto est.*

Cap. 2. *Iulo Antonie, Fabio Africano, Cassi.*] Constante scripti libri *Julio*: ut apud Dionem bis in fronte et sine ipso lib. 54. Ἰουλίῳ pro Ἰούλου. Perperam. Errare vero Suetonium, qui Africani cognomen Fabio tribuat, quod fuit Iuli Antonii, ex Dione eodem et Cassiodoro pridem observatum a doctissimo Sigonio: qui etiam fastos Siculos citat, in quibus ita scriptum legimus: Λ. Β. Α. Κ. Ἰού. ζ'. ἐπ' Ἀφρικανῶ καὶ Μαξιμου

τὸ β'. In Graecis Excerptis Chronici Eusebiani, quae publicavit Iosephus Scaliger, invenio hos Consules ita notatos: ΙΟΥΛΙΟΣ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΣ ΦΑΒΙΟΣ ΑΦΡΙΚΑΝΟΣ. Quod equidem vehementer admiror.

*Ulli publico privatoque muneri]* Scrib. *privatove.*

*Barbarum et olim superiumentarium]* Falluntur interpretes, qui putant *superiumentarium* et *iumentarium* idem significare: quae sententia a veritate tantum abest, quantum homo distat a brutis. *Iumentarius* dicitur, qui praestit iumentis eaque curat, ut *asinarius* ὁ ἐπὶ τῶν ὄνων vel ὁ πρὸς τῇ τῶν ὄνων ἐπιμελεία, ut quidam auctores loquuntur: possis et magistrum iumentorum dicere, ut apud Victorem, *magister pecoris camelorum*, qui et *camelarius* dicitur apud Victorem Uticensem: at *superiumentarius* est is, qui praefectus est iumentariis. Ut Graeci ἐπὶ usurpant in officiis denotandis, ita Latini *super* aut *supra*; sic qui in Caesarum aulis obvenientes hereditates administrabat, aut vigesima hereditatum praepositus erat, dictus *super* vel *supra hereditates*, ὁ ἐπὶ τῶν κληρονομιῶν. Scribonius Largus c. 41. *Hoc Anteros Tiberii libertus supra hereditates remediatus est.* Similiter *supra velarios*, in veteri inscriptione, quae Neapoli visitur, (apud Gruter. DXCIX, 8.) SUPRA. VELARIOS. DE. DOMU. AUG. qui et *praepositus velariorum* dicebatur: alius lapis, (ibid. 8.) TI. CL. THALLUS. PRAEPOSITUS. VELARIORUM. DOMUS. AUGUSTANAE. FECIT. SIBI. ET. FILIIS. SUIS. L. L. POST. EORUM. Denique ut primicerius iumentariorum dicitur hic *superiumentarius*: sic stationariorum, de quibus multa in Codice, praepositum vocabant *superstationarium*: eius mentio apud Optatum Milevitanum lib. 1.

Cap. 4. *Si est ἄρτιος, ut ita dicam, ὀλίγηρος]* Haec scriptura nostrorum omnium: nisi quod fere *artius* pro ἄρτιος scriptum est in Mss. Scripserim, *si est*

ἄρτιος, et, ita dicam, ἐλόκληρος. In hoc loquendi genere τὸ ut solet interdum omitti: ut libro priore c. 1. *populum Rom. vel dicam hominum genus, compotes fecit.* In Memm. artius et *holoclerus* Latinis characteribus.

Quin per eosdem articul. et gradus — fuit] Scripsimus cum Viterb. Alii *perducendus*, et *perductus*; non male, sed illud aptius: sic *προάγειν* et *προηγμένα* vocabula Stoicorum Cicero vertit *producere ad dignitates et producta.* *Articulos* et *gradus* vocat, quae A. Tullius 2. Tusc. 26. *puncta*, quum dicit, *omnibus punctis honorem colligere.*

Μὴ προὔποιεμένου ἡμῶν] Mutavimus priorem lectionem, secuti codices manu exaratos, qui omnes et nostri et aliorum sic habent: elegantior erat et ἀττινωτέρω vulgata, μὴ προὔποκείμενου ἡμῶν. Supple ὄν.

Cap. 6. *Circa festertia vicies*] Scrib. *circa festertium vicies*, ut in scriptis nostris: vel *circiter*, ut in aliis.

Cap. 8. *Interdum ferula flagrove — a copreis*] Lislæi codd. *interdum ferulae flagro velut per ludum.* In eadem liquido scriptum *a copreis*: quam veram esse lectionem diximus ad lib. 3. c. 61. De his copreis sentit Tacitus Annal. lib. 12. c. 49. *Erat Cappadociae procurator Iulius Pelignus ignavia animi, et deridiculo corporis iuxta despiciendus: sed Claudio perquam familiaris, quum privatus olim conversatione scurrarum iners otium oblectaret.* Legimus enim ita cum Lipsio: cuius emendationem habemus pro verissima. Non celabo scripturam, quam inveni in codice Viterbiensi, etsi monstruosam plane, *excitabatur a copreis* (recentior manus fecerat *capreis*: sed certa manebant prioris scripturae vestigia) *XL trophæis.* Memmianus ita profusus, ut edidimus.

Cap. 9. *Sed ne discriminibus quidem caruit*] Iosephus de Claudio lib. 19. c. 2. *Κινδύνοις οὔτι μετρίοις ἐπὶ τῆς Γαίτου ἀρχῆς ὠμιληκότα.*

*Etiam vitae periculum adiit]* Dio: Τὸν Κλαύδιον ἀπέκτεινεν ἄν, εἰ μὴ κατεφρόνησεν αὐτοῦ· τὰ μὲν τῇ Φύσει, τὰ δὲ καὶ ἐν προνοίᾳ πολλὴν νωθεῖαν προσποιημένου.

*Sestertium octogies pro introitu — impendere]* At Dio ait, centies sestertium, lib. 58. p. 662. Κλαύδιον ἄλλους τε τοὺς πλουσιωτάτους ἱερέας προσέδετο, πεντήκοντα καὶ διακοσίας ἐπὶ τούτῳ παρ' ἐκάστου μυριάδας λαβάν. Postquam coepere Imperatoribus tamquam diis templa exstrui, redempta statim sunt ab improbissimis adulatoribus sacerdotia ista vi magna pecuniae, non in urbe solum, quod testatur haec historia, sed etiam per provincias. Declarat Arriani locus, quem tractamus lib. 2. ad c. 17. et vetus ille lapis, quem Capuae descripsisse aiunt viri docti, positus a quodam, qui gratis eum honorem esset consecutus: quod haec verba indicant: HUIUS. ORDO. DECURIONUM. OB. MERITA. EIUS. HONOREM. AUGUSTALITATIS. GRATUITO. DECREVIT.

*Venalis pependerit sub edicto praefectorum]* Videtur ex veteri iure servatum in causis fiscalibus, ut qui non solverent, ipsi bonaque ipsorum venum exponerentur edicto praefectorum aerarii. Hi sunt, qui pependisse dicuntur: non quorum bona solum in tabula proscripta fuerunt.

Cap. 10. *Quinquagesimo anno imperium cepit]* Philostratus in vita Apollonii lib. 5. loquens de Claudio: Καὶ τοι πεντηκοντούτης ἐς τὸ ἄρχειν παρῆλθεν, ὅτε νοῦς μάλιστα ὑγιαίνει ἀνθρώπων. Idem et Dio.

*In diactam, cui nomen est Hermæum]* Frustra est vir doctus, qui ad hunc locum probare ninitur falsum esse, quod de διᾱ in ζᾱ mutari solito in nonnullis vocibus erudite Cuiacius aliique observarunt: nam quare negat, quod tot locis et exemplis asserunt Grammatici Graeci? Οἱ γὰρ Αἰολεῖς, inquit, τὸ διᾱ, ζᾱ Φασί· καὶ τὸν διάπλουτον ζάπλουτον. Reperies apud eos.

dem et *ζαβάλλω* pro *διαβάλλω*, et *ζαβουλιών* ab eadem origine pro calumniatore et infidioso, et id genus plurima. Hermaeum vero, cuius hic meminit, illud est, opinor, cuius mentio in inscriptione veteri, quam superiore libro descripsimus, quum de Gelotiana domo tractarem: nam ut domus Gelotiana, sic et Hermaeum videtur inhabitatum a parte familiae Caesarianae.

*Prorepsit ad solarium proximum*] In antiquissimis membranis regiae bibliothecae, Memmii et Cuiacii, *scolarium* scribitur. An fuit aliquis in urbe locus eo nomine? an destinatum habendae scholae locum, cuiusmodi fuit domus Catilinae in Palatio Augusti, vocabant *scholarium*? eadem analogia *vestiarium* dixerunt et similia. Quidam *scalarium*.

*Latentem discurrens forte gregarius miles*] *Gratum* vocat Iosephus: nec gregarium, sed praetorianorum unum.

*Et studio sciscitandi, quisnam esset, agnovit*] Iosephus explicat: Προσῆει τε ἐγγύτερον, καὶ ὑποχωρεῖν ἤξιωκότος ἐπέπειτο, καὶ καταλαβὼν ἐπιγυρῶζει. *Accedit Gratus propius, ac quum illum rogaret Claudius, ut recederet, instare coepit: ita apprehensum eum agnovit.*

*Et quia ferri diffugerant*] Omnes nostri, etiam Memmii et Cuiacii, *quia sui diffugerant*. Iosephus: Ἐπεὶ καὶ οἱ τὸ Φορσῶν αὐτοῦ Φέρουτες, περὶ τὴν ἀρπαγὴν αὐτοῦ παραγενομένης Φυγῆς, ἔσωζον αὐτούς. *Leticarii eius, dum ipse rapitur, oblata fugae facultate, se periculo eripuerant.* Quod ait, *vicissim succollantibus*, id eleganter significat, quod pluribus verbis Graeci dicunt, ἀμοιβαίως ἐπὶ τῶν ὤμων Φέρειν. *per vices ferre super humeros*, quo modo alicubi loquitur Eusebius.

*In castra delatus*] Errat Iosephus, ut videtur, qui in Palatium statim faulie delatum narrat.

*Accitusque et ipse — quae viderentur]* Liber Cuiacii, *ad censenda quae iud.* Scribendum etiam *per tribunos populi*, ut liquido scriptum est in Viterbiensi, et docet Iosephus, *οἱ πρεσβευταὶ Οὐγγράνιος καὶ Βροῦχος· ὁ ἡμαρχοὶ δὲ ἦσαν ἀμφοτέροισι.* Dio alios quoque cum tribunis pl. missos refert.

*Unum rectorem iam et nominatim exposcente]* Malim, *et nominatim eum poscente.*

*Promisitque singulis quina dena sestertium]* Nihil mutō; tamen Iosephum si audimus, vicena millia dedit: ait enim: *Δικρεῖται τοὺς σωματοφύλακας πεντακισχιλίαις δραχμαῖς κατὰ ἑκάστου ἀνδρα. τοῖς τε ἡγεμόσιν αὐτῶν ἀνάλογον τοῦ ἀριθμοῦ. καὶ τοῖς ὅποι ποτὲ στρατοπέδοις ὑπισχεῖται τὰ ὅμοια.* Huius liberalitatis nulla apud Dionem mentio: fallitur enim eruditissimus Torrentius, qui huc refert verba accuratissimi eius scriptoris, quibus centenos nummos militibus praetorianis ait fuisse donatos. Nam eius donationis alius fuit titulus, nempe natalis imperii eius: quem diem soliti Imperatores prosequi aliquo donativo: neque primo die imperii ea summa data, sed anno primo vertente mos ille institutus, et deinceps per singulos annos imperii Claudiani servatus. Declarant Dionis verba: *Ἐν τε τῇ ἡμέρᾳ, ἐν ᾗ αὐτοκράτωρ τῷ προτέρῳ ἔτει ἀπεδείχθη, αὐτὸς μὲν οὐδὲν ἐξαίρετον ἔπραξε, πλην ὅτι τοῖς δορυφόροις πέντε καὶ εἴκοσι δραχμαῖς ἔδωκε, καὶ τοῦτο ἔπειτα κατ' ἔτος ἐποίησε.* Hoc vero munus, quod hic narratur et apud Iosephum, quasi merces fuit traditi imperii, et proinde statim est persolutum.

Cap. 11. *Veniam et oblivionem — praestitit]* Renovato Atheniensium exemplo induxit omnium ἀναστασίαν, inquit Dio, et Orosius lib. 7. c. 4.

*Iusiurandum — quam PER AUGUSTUM]* Sive, ut frequentior formula fuit, PER GENIUM AUGUSTI. Sic *per genium Caesaris* aut *salutem* iurabant, iam inde ab Augusti temporibus, quando hoc primum

fuit institutum, ut notissimus Horatii versus probat 2. Epist. 1, 16. *Iurandasque tuum per nomen ponimus aras.* Quod autem hic Suetonius de Claudio observat, id Tertullianus in more positum fuisse omnibus affirmat. Ait enim Apologetici c. 28. *Citius apud vos per omnes deos, quam per unum genium Caesaris peieratur.*

Cap. 12. *Silentio ac — religione transegit*] Dio lib. 60. p. 668. Οὐδὲν ἐξαιρέτων ἔπραξε.

*Ut sibi in curiam — tribunosque militum*] Hoc primus Tiberius petierat et impetraverat post caedem Seiani. Tacitus lib. 6. c. 15. *Dein redditis absentiae causis admodum vagis, flexit ad graviora et ad offensiones ob rempublicam coeptas: utque Macro praefectus, tribunorumque et centurionum pauci, secum introirent, quoties curiam ingrederetur, petivit, factumque large et sine praescriptione generis aut numeri, senatus consultum.*

*Cognitionib. magistratuum ut unus — interfuit*] Quos magistratus potissimum intelligat, declarat Dionis de eadem re locus lib. 60. p. 667. Πολλάκις δὲ καὶ τοῖς ὑπάτοις τοῖς τε στρατηγοῖς καὶ μάλιστα τοῖς τὴν διοίκησιν ἔχουσι συνεξετάζετο, καὶ ὀλίγα παντελῶς τοῖς ἄλλοις δικαστηρίοις ἐπέτρεπε. *Saepe etiam cognitionibus Consulum et Praetorum, eorum maxime, qui aerarii curam gerebant, intererat, ac pauca aliis iudiciis committebat.* Miratus sum aliquando praetermissum in hoc albo Praetorem urbanum, cuius maxima fuit in urbe iurisdictio: verba tamen Dionis alio trahere non possis; nam στρατηγοὶ οἱ τὴν διοίκησιν ἔχοντες vel οἱ ἐπὶ τῆς διοικήσεως, semper apud eum scriptorem de Praetoribus aerarii intelligendum, ut declarant quum alii loci, tum hic in eodem libro: Τοὺς στρατηγούς τοὺς ἐπὶ τῆς διοικήσεως καταλύσας, ταπεινὰ αὐτὴν κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἐπέτρεψεν. Id est, *Praetoribus aerarii solutis, Quaejtoribus eam curam antiquo more tradidit.* Non igitur causata erat, cur nuperus emendator versionem Xylandri incrustaret.



*Excusavit, quod propter angustias — stantes]*

Atqui hic mos videtur fuisse servatus, ut qui principem alioquerentur, starent. Quare etiam Consules in senatu verba ad illum facturi, de curuli surgebant ac descendebant: quos tamen civiliter admodum solitos excipi a Claudio, notatum Dionii reperio. Τῶν ὑπάτων, inquit, ἐν τῷ συνεδρίῳ καταβάντων ποτὲ ἀπὸ τῶν δίφρων, ἵνα διηλεχθῶσιν αὐτῷ, προσεξάνεστη τε καὶ ἀντιπροσῆλθε σφίσιν. Eodem pertinent et quae sequuntur paullo post: ubi notat idem Dio, Claudium, si quando aliquid in curia recitaret, solitum propter corporis imbecillitatem sedere: sed, si qui surgebant in senatu, diutius stetissent, eum quoque assurrexisse.

Cap. 13. *Neque aquila ornari]* Sic in omnibus codd. etiam Turonensi, non *aquilae*. Quod apud Orosium, hunc locum describentem, legitur: nec dubium, fuisse plures aquilas: sed an omnes in hoc ostento conspiraverunt?

*Neque signa convelli moverique potuerunt]* Melius *convellive potuerunt*, et ita exscripsit Orosius.

Cap. 14. *Ius et Consul et extra honor. — dixit]* Dio lib. 60. p. 667. assiduitatem tantam fuisse ait in iure dicendo, ut singulis ferme diebus, aut cum toto senatu aut solus, in foro quidem ut plurimum, sed et alibi sedens pro tribunali ius redderet.

*Etiam suis suorumque diebus solemnibus]* Huc pertinet, non ad sequentia verba, locus Dionis de diebus, quibus sponsalia filiarum suarum Claudius celebravit: Καὶ αὐτὸς ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐδίνασε καὶ ἡ βουλή ἡθροίσθη. De diebus privatarum solemnium notavimus lib. 2. ad c. 53.

Cap. 15. *Absentibus — facillime dabat]* Nove dictum *absentibus ἀπλῶς*, pro quoties altera partium aberrat: sed Dio lib. 60. p. 684. rem pluribus exponens causam reddit, cur hoc a Claudio ita factum. Ἐπειδὴ, inquit, πλεῖστος τε δικῶν ἀμύθητον ἦν, καὶ οὐκ ἀπόντων

ἐπ' αὐταῖς ἔτι (malim οἷ τι) προσδοκῶντες ἐλαττωθήσεσθαι, προεῖπε διὰ προγράμματος, ὅτι καὶ κατὰ ἀπόντων αὐτῶν ἐντὸς ῥητῆς τινὸς ἡμέρας διαύσει, καὶ ἐνεπέδωσε τοῦτο. Etiam illud elegans, *dabat, pro litem dabat*: nam ita explendum hoc genus loquendi apud Cicero-  
nem, Plinium, et alios.

*Cum machaera mensaque lanionia*] Liffaei cod. *lanioniaris*. Memmii, *lanionia*. Graeci ἐλεόν vel ἐπι-  
κόπανον una voce dicunt, item ἐπίξηνον, ut apud Ari-  
stophanem in Acharnensibus, act. 2. sc. 2, 38.

Κ' ἂν γε μὴ λέγω δίκαια, μηδὲ τῷ πλήθει δοκῶ,  
Ἵτέρῃ ἐπιξήνου θελήσω τὴν κεραιὴν ἔχων λέγειν.

Unde apparet, ex more veteri esse, quod mensae lanio-  
niae in hos usus adhibentur. Cassandra apud Aeschylum  
in Agamemnone vl. 1286. de suo supplicio loquens:

Βωμοῦ πατρός μ' ἀντεπίξηνον μένει  
Θερμῷ κοπέλης Φοινίῳ προσσφάγματι.

*Orta inter advocatos levi contentione*] *Membra-  
nae, levi concertatione.*

*Mortuus est, inquit, Puteolis*] Ita scriptum in  
Viterb. quomodo et in aliis libris legi tellantur viri do-  
cti: at Pithoei Liffaeique codices vulgatam confirmant,  
*puto, licuit*. Quae scriptura plus aceti atque acuminis  
videtur habere. Atque hoc regiae bibliothecae antiquis-  
simus codex firmat: ubi sic liquido scriptum; nec multo  
aliter in regis aliis duobus, antiquae item manus. In his  
ita corruptus est locus: *Mortuus est inquit puteoli  
cui talius gratias agens*. Vel ex his constat, veram le-  
ctionem esse, *puto, licuit*. Ita prorsus liber amplissimi  
Memmii.

Cap. 16. *Gessit et censuram intermissam diu*] Ad hanc Claudii censuram refero cum Iosepho Scaligero  
verba Eusebii in Chronico ad numerum MMLXI: *De-  
scriptione Romae facta sub Claudio, inventa sunt ci-  
vium Romanorum LXXIII centena, XLII millia.*

*Quum orantibus familiaribus dempsisset — exstet*] Quid adeo ridiculi visum fuerit Suetonio contineri hoc Claudii dicto, equidem non intelligo: nam mens certe illius paret optima fuisse. Quum enim precibus amicorum condonaret illi censoriam notam; sui tamen iudicii cupiit exstare aliquod testimonium: neque dubium est, idem variis rationibus factum saepius a Censoribus. Simile est, quod narrat Dio lib. 40. p. 150. de Appio Censore, qui quum nota dignum Curionem censeret, ac notae tamen gratiam rogata quorundam facturum se promississet, sententiam de eo suam in senatu prius apernit. Haec ita Dio narrat, ut nos quidem emendamus: Τὸν μὲν τοι Κουρίωνα μελλήσαντα καὶ αὐτὸν ἀπαλειφθῆσθαι ἐξητήσατο μετὰ τοῦ Παύλου, οὔπερ συγγενῆς ἦν· καὶ ὃς οὐ διήλειψε μὲν αὐτὸν διὰ τοῦτο· τὴν μὲν τοι γνώμην, ἣν περὶ αὐτοῦ εἶχεν, ἐδημοσίευσεν ἐν τῷ βουλευτηρίῳ. Scriptum est in vulgatis libb. καὶ ὃς οὐ διήλλαξε. Cuius scripturae mendum non observatum ab interpretibus, traxit eos in errorem. Neque enim Dionis mentem assequuntur.

*Splendidum virum — sermonis ignarum*] Simillima historia est, quam de legato Lyciorum quodam, oriundo quidem e Lycia, sed nato Romae, narrat Dio lib. 60. p. 676., cui historiae subiungit haec verba: Συχνούς δὲ δὴ καὶ ἄλλους ἀναξίους (apertior sententia fuerit, si scripseris ἀναξίως) τῆς πολιτείας ἀπήλασε. Id est: *Multos quoque alios nullo suo merito, in peregrinitatem redegit.*

Cap. 17. *Leviorem maiestati principali titulum*] Plerique antiquorum, *principalem*: unde Torrentius, *maiestati principis talem titulum*. Duo regii consentiunt: tertius *principali*.

*Neque tentatam ulli post divum Iulium*] At exstitit nuper Romae, qui argumento aliquot locorum Horatii et unius e commentariis Pseudo-Servii probare conaretur, falsam esse hanc Tranquilli sententiam. De

Horatio satisfactum pridem per Torrentium aliosque viros eruditos: Suetonium vero abunde tueatur unius Taciti auctoritas, idem tradentis in libro de vita Iulii Agricolae. Sed summe ego inscius et ineptus, qui hominis rationem habendam censeam, cuius scripta praeter insignem otii abundantiam nihil habent, quod mireris? O factum male! quod non ante centum quinquaginta annos nati sunt et ille Iuriscōsultus, et qui similia scribunt: poterant videri aliquid scisse, aliquid disisse.

*Quare a Messilia Gessoriacum usque — confecto]* Vel, ut Dio ait, partim pedesiri itinere, partim fluminibus vectus: sic ille: Καταπλεύσας ἐς τὰ Ὠστια, ἐκείθεν Μεσσαλίαν παρεκομίσθη· κἀντεῦθεν τὰ μὲν περὶ τὰ δὲ καὶ διὰ τῶν ποταμῶν πορευόμενος πρὸς τὸν Ὠκεανὸν ἀφίκετο.

*Parte insulae in deditio. recepta]* Orosius 7, 6. *Ibique, ut verbis Suetonii Tranquilli loquar, sine ullo proelio ac sanguine intra paucissimos dies plurimam insulae partem in deditioem recepit. Orcadas etiam insulas ultra Britanniam in Oceano positas Romano adiecit imperio.*

*Intra paucissimos dies]* Sedecim ait Dio lib. 58.

*Currum eius Messalina uxor — secuta est]* Emennda Dionem in hac sententia. Narrat ille, senatum, accepto nuntio de subacta per Claudium Britannia, inter alios honores Claudio uxoriq̄ eius Messalinae tributos, permisisse Messalinae carpenti usum. Supplendum autem diebus festis et ludorum circensium, sicut supra scriptum de matre Claudii: *Decernendum curavit matri carpentum, quo per circum duceretur*, verba Dionis: Ἐψηφίσαντο τῇ Μεσσαλίῃ τὴν προεδρίαν, ἣν καὶ ἡ Λιούλα ἐσχέμει, καὶ τῷ κερπέντῳ χρῆσθαι ἔδωσαν. Ad-dendum vero, aut certe subintelligendum, ἐν τοῖς πανηγύρεσι χρῆσθαι ἔδωσαν. Ex ipso Dione paullo post p. 688. de Paulina Lollia, altera Claudii coniuge: Καὶ ἡ μὲν ταχὺ καὶ αὐτὴ Μεσσαλίνα ἐγένετο, καὶ μάλιστα

ὅτι καὶ τιμὰς ἄλλας τε καὶ τῷ καρπέντων ἐν ταῖς πανηγύρεσι χρῆσθαι παρὰ τῆς βουλῆς ἔλαβεν. Tacitus Annal. lib. 12. c. 42. *Suum quoque fastigium Agrippina extollere altius: carpento Capitolium ingredi: qui mos sacerdotibus et sacris antiquitus concessus, venerationem augebat feminae.*

*Secuti et triumphalia ornamenta — adepti]* Iam enim invaluerat mos, ut ex eodem bello vel triumphos, vel triumphalia certe ornamenta comites expeditionum consequerentur: non ita olim, ut diximus ad lib. 2. c. 38. Hic vero notat Dio, triumphalia ornamenta adeptos esse per Claudium, non solum consulares viros ex senatoribus, sed alios quoque dignitate longe inferiores.

Cap. 18. *Repraesentaturus pro opera]* Viterb. Lisl. et vetus Rob. Steph. *repraesentans.*

*Arctiore autem annona]* Tacitum vide in anno DCCCIV, Annal. 12, 43. Meminere et scriptores ecclesiasticae historiae famis huius: quae ea esse videtur, cuius mentio in Actis c. 11, 28.

*A turba — fragminibusq. panis instratus]* Non desunt in historia Augustorum exempla similis furoris, Marcellinus Comes Indictione 14. consulatu Antiochi et Bassi: *Hoc tempore dum ad horrea publica Theodosius processum celebrat, Imp. tritici in plebem ingruente penuria, ab Orientis populo lapidibus impetitus est.*

*Fragminibus panis ita instratus]* Cuiacii cod. et Viterb. Memmii et Rob. Stephani, *infestatus:* et ita describunt Orosius et Paulus Diaconus, sive Anastasius.

*Ut aegre, nec nisi postico evadere — valuerit]* Lib. 8. de Othone c. 6. *Proripuitque se postica parte Palatii ad constitutum.* Orosius; et Diaconus *pseudothyrum* vocant.

Cap. 19. *Pro conditione cuiusque civibus]* Corrupisse hunc locum foedissime, qui Suetonium in capita distinxerunt, recte Torrentius monuit: nam ad navium fabricatores, de quibus ante dictum, haec Claudii con-

stitutiones sunt referendae: leget, qui me audiet, quae super his eruditissime observata sunt a clarissimo amplissimoque viro Petro Fabro Semestrium lib. 1. c. 25. Totum autem locum sic scribe: *Et naves mercaturae causa fabricantibus magna commoda constituit pro conditione cuiusque: civibus, vacationem legis Papiae Poppaeae*: ita scriptum paullo minus in cod. Viterb. tantum illud *civibus* e libro Cuiacii est: nam in Viterb. est *civis*. Possis et *civi* scribere, et mox *Latino ius Quiritium*, sic habet Lislacii cod., et Memmii.

Cap. 20. *Opera — quam necess. quam multa*] Haec scriptura cod. Viterb. Memmii et Pithoei aliorumque. *Quam multa* aequè Latinum ac *quam plurima*. Itaque censentibus tollendum *quò* *quam* ante *multa* non assentior, etsi in quibusdam codd., ut Lislacii, non exstat. Vetus Politiani, *perquam multa fecit*, eleganter.

*Item emissarium Fucini lacus*] Negat perfecisse Dio: frustra enim sumptus maximos in eam rem esse factos. De hoc opere et de portu, Ostiae facto, consule Plinium lib. 36. c. 15.

*Curtio et Aludino*] Viterb. Memmii, Pithoei et Lislacii, *Aludigno*: vide Frontinum de Aquaeductibus.

*Rivum Anienis novi lapideo opere*] Peccat vir doctus, qui lectionem probat, quam et nos reperimus in cod. Viterb. *novo lapideo opere*: nam passim apud veteres Claudia aqua et Anio novus coniunguntur. Dicitur et Anio nova, ut in sequenti inscriptione:

TI. CLAUDIUS. DRUSI. F. AUGUSTUS. GERMANICUS.  
PONTIF. MAXIM.

TRIBUNICIA. POTESTATE. XII. COS.  
V. IMPERATOR. XXVII. PATER. PATRIAE.  
AQUAS. CLAUDIAM. IX. FONTIBUS.  
QUI. VOCABANTUR. CAERULEUS. ET.  
CURTIUS. A. MILLIARIO. XXXXV.  
ITEM. ANIENEM. NOVAM. A. MILLIARIO.  
LXII. SUA. IMPENSA. IN. URBEM.  
PERDUCENDAS. CURAVIT.

*Ad introitum profundo iam solo]* An potius *sal*: nam portum ἀγχιβραθῆ intelligit, cui proprium est profundum salum.

Cap. 21. *Pompeiani theatri, quod — restituerat]* Dio lib. 60. p. 669. sic narrat, quasi scenam incendio absumptam Tiberius refecisset, (quod et Velleius lib. 2. c. 150. scribit) Claudius autem dedicasset: Ἀπέδωκε τῷ Πομπηίῳ τὴν τοῦ θεάτρου μνήμην· καὶ αὐτῷ καὶ τὸ τοῦ Τιβερίου ὄνομα ἐν τῇ σκηνῇ προσθεῖς ἔγραψεν, ἐπειδὴ καυθεῖσθαι αὐτὴν ἀνωμοδομήσει· τὸ γὰρ εαυτοῦ ἐνεῖναι μὲν οὐχ ὅτι κατεσκευάσεν, ἀλλ' ὅτι καὶ καθιέρωσεν αὐτήν· ἄλλω δὲ οὐδενὶ ἐνεκόλαψεν: quae tamen verba non negant, imo affirmant potius, Claudium et refecisse eandem scenam, quam et Tiberium, et dedicasse.

*Quum prius apud superiores aedes supplicasset]* Non aliter scriptum in omnibus codd. nostris, neque puto mutandum: *superiores aedes* videtur appellare partem illam theatri, in quam soliti conscendere Imperatores missilia sparsuri. De eo Dio in historia Titi: Σφαίρια ξύλινα μικρὰ ἄνωθεν εἰς τὸ θεάτρον ἐβρίπτει. Id est: *Ligneos globulos parvos* (tesseras intelligit) *de superiore loco in theatrum iaciebat*. Similiter e basilica, sive regia, quae foro imminabat, populo missilia iaciebant. Iosephus Origg. lib. 19. c. 1. loquens de coniuratis in Caium, occasionem captantibus tollendi eius: Καὶ ὑπὲρ τῆς βασιλικῆς ἰστάμενον, καὶ δῆμῳ χρυσίου καὶ ἀργυρίου χρήματα διαβρίπτοῦντα ὥσπερ κατὰ κεφαλῆς παρῆν· ὑψηλὸν δὲ ἐστὶ τὸ στέγος εἰς τὴν ἀγορὰν φέρον. Illum theatri locum eruditi quidam viri putant *κορυφὴν* appellari Dioni lib. 49. in munificentia Agrippae Aedilis describenda: Σύμβολά τέ τινα εἰς τὸ θεάτρον κατὰ κορυφὴν ἐβρίψε· τῷ μὲν (ita recte scriptum, non, ut iidem emendant, τὸ μὲν) ἀργύριον, τῷ δὲ ἐσθῆτα, τῷ δὲ ἄλλο τι φέροντα. Sed falluntur, qui ita sentiunt: nam κατὰ κορυφὴν βρίπτειν est, de superiore loco in caput inferiorum iacere. Sic apud Polybium lib. 8. Ταῖς τῶν

κατὰ κορυφὴν λίθων καὶ ὀκνῶν ἐμβολαῖς διασφαιρέσθαι. Ceterum, quod Suetonius ait, supplicasse Claudium in superioribus aedibus, antequam spectatum in inferiora descenderet; refero eo, quod narrat Dio, Claudium iis ludis triumphali veste initio tantum esse usum (nempe dum rē̄m divinam faceret) ludis vero in praetexta veste praefuisse. Verba Dionis ita scribe: Οὐ μὲν οὐδὲ τῇ στολῇ τῇ ἐπινικίῳ παρὰ πᾶσαν τὴν πανήγυριν, καὶ τοὶ ψηφισθῆν, ἐχρήσατο, ἀλλ' εὐθὺς ἐν ἀρχῇ (perperam libb. editi, ἐν αὐτῇ) μόνον, τὰ δὲ ἄλλα ἐν τῷ περιπορφύρῳ ἱματίῳ διψύχσεν. Haec nos olim ad hunc locum. Nunc vero placet magis Lipsii interpretatio, qui Veneris aedem Pompeiano theatro adiunctam putat intelligi. Tertullianus in libro de spectaculis: *Pompeius Magnus solo suo theatro minor, quum illam arcem omnium turpitudinum exstruxisset, veritus quandoque memoriae suae censoriam animadversionem, Veneris aedem superposuit.*

*Propria senatoribus constituit loca — solitis]*  
 Prorsus interpretamenti eget vox illa *promiscue*, quod non aliunde mutuari debemus, quam ex comparatione verborum Dionis lib. 60. p. 669. hac ipsa de re agentis: Ἐν δὲ τῷ ἵπποδρόμῳ, ἑώρων μὲν που πρότερον ἰδίᾳ, καὶ κατὰ σφᾶς ὡς ἕκαστοι, τό τε βουλευῶν καὶ τὸ ἵππευῶν καὶ ὁ ὄμιλος, ἀφ' οὐπὲρ τοῦτο ἐνομίσθη, οὐ μέντοι καὶ τεταγμένα σφίσι χωρὶα ἀπεδέδεικτο· ἀλλὰ τότε ὁ Κλαύδιος τὴν τε ἑδρᾶν τὴν νῦν οὖσαν τοῖς βουλευταῖς ἀπέκρινε, καὶ προσέτι τοῖς ἐθέλουσι σφῶν ἑτέρωθί που καὶ ἐν γε ἰδιωτικῇ ἐσθῆτι θεάσασθαι, ἐπέτρεψε. Id est: *Spectabant quidem iam ante in circo separatim et per se singuli ordines, senatorum, equitum, et plebis, ex quo primum id institutum fuit: non tamen certi loci singulis ordinibus assignati fuerunt. At tunc secessit Claudius senatoribus eas sedes, quas nunc quoque obtinent; fecitque ipsis potestatem, si vellent, alio quocunque loco in vulgari veste spectandi.* Hic est



sensus Dionis, cuius verba male accepisse videtur eruditissimus vir, qui de hac re tota cum cura disputat ad cap. 12. lib. sequentis.

*Nec ullo spectaculi genere communior — erat]* Hoc est μάλλον κοινὸς καὶ ἐπιεικὴς ἦν: ut de eodem Claudio loquitur Dio lib. 60. p. 672. Magis tamen explicat hunc locum, quod paullo post de eodem principe scribit ξυγγραφεὺς ille diligentissimus: Σφίσι κοινῶς τε τῇ θείᾳ συνῆν, καὶ παρεῖχεν ὅσα ἐβρούλοντο. Quorum locorum comparatione confirmatur vulgata lectio huius loci, quae in omnibus quoque scriptis exsistat, *communior*, non *comior*; ut videri queat, atque adeo visum quibusdam legendum esse, sicut in Vespasiano c. 22. *et super coenam autem et semper alias comisissimus multa ioco transigebat.* Verum ibi quoque Viterb. cod. praefert *communissimus*. Servius ad 8, 275. COMMUNEQUE VOCAT DEUM, *humanum, beneficium, Φιλάνθρωπον: unde et communes homines dicimus.*

*Adeo ut oblatos victoribus aureos]* Moris fuit victoribus aurigis aurum postulare: quod postea etiam equis victoribus coeptum postulari. Capitolinus in Vero Imperatore c. 6. *Voluceri equo prasino mortuo sepulcrum in Vaticano fecit. In huius equi gratiam primum coeperunt equis (ita omnino legendum, non equi) aurei vel bravia postulari. In tanto autem equus ille honore fuit, ut ei et a populo prasinianorum saepe modius aureorum postularetur.*

*Prolata sinistra]* Alii libb. *sinistraque*: sorte, *sinistra quoque*; ut in eo sit Claudii ἀσχημοσύνη, quod non solum dextram extra togam proferret, sed etiam sinistram.

*Accersitis iocis]* Id est, frigidis, longe petitis, ἀνοικείοις, οὐκ ἐπιτετευγμένοις. Memmii et Pithoei cod. *arcessitis*.

*Qualis est ut quum Palumbum]* Sic Viterb. et Pithoei: magis tamen vulgata placet, sine *ut*, vel, ut in aliis libris; *qualis est hic, quum*.

*Praefeditque paludatus]* Lislæi cod. *paludamentatus*. Memmii *paludatus*.

*Ave, Imperator, morituri te salutant]* Dio lib. 60. p. 687. legit *salutamus*: Χαῖρε, αὐτοκράτορ, οἱ ἀπολούμενοι σὲ ἀσπαζόμεθα.

*An omnes igni ferroque absumeret]* Sic omnes membranae, etiam Memmianae; non, ut viro docto placitum emendare, *vi ferroque*.

*Duodenarum triremium singulae]* Numerus est aperte corruptus: Dio lib. 60. p. 687. Οἱ δὲ ναυμαχησχυτες θανάτῳ δὴ καταδεικασμένοι ἦσαν, καὶ πευτήμοντα ναῦς ἐκάτερον εἶχον, οἱ μὲν Ῥόδιοι, οἱ δὲ Σικελοὶ ὀνομασθέντες. Ita fuerit legendum *quingugenarum*. Firmat Taciti narratio.

*Exciente buccina Tritone argenteo — emerferat]* Duplex hic artificium: quod repente e medio lacu excitatur Triton: et quod prodit iste non mutus, sed canorus, ac buccina sonans. Illud per machinam factum annotat Suetonius: hoc vero rationibus artis hydraulicae organarii effecerunt, quos scimus aquae vi et impulsu omnis generis voces atque organa suavissima imitatione exprimere, sicut ex Hierone novimus et Vitruvio. Atque hoc spectaculum transtulit Claudius in naumachiam suam e theatris. Nam ibi soliti produci Tritones buccina mugientes. Cornelius Severus in Aetna vl. 291.

*Nam veluti resonante diu Tritone canoro,  
Pellit opus collectus aquae, victusque movere  
Spiritus, et longas emugit buccina voces,  
Carmineque irriguo magni cortina theatri  
Imparibus numerosa modis canit arte regentis,  
Quae tenuem impellens animam subremigat undam.*

Non igitur necesse est, quod olim suspicati sumus, legere, *exciente buccina Tritone argentea*: quasi fuerit hic Triton homo Tritonis ornamenta gestans: cuius σκευήν docet nos luculenter Nonnus Dionysiacoꝝ lib. 56.

Τρίταν δ' εὐρυγένειος ἐβόμβεεν ἠθάδι κόχλω,  
Ἀνδροφύης ἀτέλεστος ἀπ' ἰχθύος ἐγγλοος ἰχθύς.

Cap. 23. *Addito abrogavit*] Plane scriptum in Memmii, Lisslaei codd. et veteri Rob. Stephani edit. *addito*, non *edito*, aut *edicto*, ut in libb. aliis sere reperitur. In iisdem *obrogavit* offendimus, non *abrogavit*. Utrumque manifesto rectum. Iacobus vero Cuiacius, profundissimae vir eruditionis, ausus hic facinus *παρκεκινδυνευμένον*, huiusmodi lectionem sibi fabricabat: *Capiti Papiae Poppaeae legis, quasi sexagenarii generare non possent, edicto abrogavit*. Mirari hunc Alexandrum liceat nobis: imitari non lubet: de re ipsa vide Ulpianum tit. de solidi capacitate, et recentiores Iurisconsultos.

*De maiore negotio acturus, in curia — sedebat*] Dabunt et accipient magnam lucem collata cum hoc loco Dionis lib. 60. p. 675. verba, loquentis de supplicio affectis a Claudio: Ἐκρίνοντο δὲ ἐν τῷ συνεδρίῳ, τοῦ δὲ Κλαυδίου, τῶν ἐπάρχων τε καὶ τῶν ἐξελευθέρων αὐτοῦ παρόντων· τὴν μὲν γὰρ ἐσήγησιν ἐν μέσῳ τῶν ὑπάτων ἐπὶ δίφρου ἀρχικοῦ ἢ καὶ ἐπὶ βῆθρου (tribunicium subsellium intellige ex Suetonio) καθήμενος ἐποιεῖτο· μετὰ δὲ τοῦτο αὐτός τε ἐπὶ τὴν συνήθη ἔδραν μετήρχετο καὶ ἐκείνοις οἱ δίφροι ἐτίθευτο· καὶ ταῦτα καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν μεγίστων (Suetonius, *de maiore negotio acturus*) ὁμοίως ἐγίνετο. Ex eiusdem auctoris lib. 42. discimus, Caesari dictatori summi honoris loco decretum fuisse a senatu, ut in subselliis tribunicis sedere ei liceret: qui honos postea etiam aliis est delatus.

*Commeatus a senatu peti solitos beneficii sui fecit*] Senatus enim consultum curavit Claudius faciendum, quo ea sibi potestas concederetur. Auctor Dio. Elegans est dicendi genus, quo utitur hic Tranquillus. Sic apud Iustinum lib. 13. *Et ut munus imperii beneficii sui faceret*. lib. 24. *Non quoniam eripere his regnum, sed quod id facere muneris sui vellet*: et alibi non semel.

Cap. 24. *Ornam. consularia — indulisit*] Quum institutum est ab Augusto, ut mutato veteri more sala-

ria certa euntibus in provincias darentur, simul etiam hoc institutum, ut procuratores Caesaris a numero pecuniarum, quas acciperent stipendii nomine, appellationem fortirentur. Hoc ita clare Dio lib. 55. p. 506. declarat, ut mirer, tam prolixè quaesivisse quosdam, qui isti sunt *ducenarii procuratores*.

*Senatoriam dignitatem recusantibus*] Vel oblatam, quoties senatum legeret Claudius, vel iure acquisitam, quando aliquis tribunatum gesserat: vide lib. 2. c. 40.

*Detractaque Ostiensi et Gallica provincia*] Hae sunt provinciae, in quas solitus mittere Quaestores Augustus. Docuit me Dio lib. 55. p. 551. Ταμίαις ἔν τε τῇ παραλία τῇ πρὸς τῇ πόλει καὶ ἐν ἐτέροις τισὶ τῆς Ἰταλίας χωρίοις ἄρχειν ἐποίησε· καὶ τοῦτο καὶ ἐπὶ πλείω ἔτη ἐποίησε. Id est: *Quaestores praefecit orae maritimae ad urbem* (haec est Ostiensis provincia) *et quibusdam aliis Italiae locis, idque in plures annos ab eo servatum.* Inter ista Italiae loca pars aliqua Galliae Cisalpinae fuit. Atque haec est Gallica provincia quaestoria, quam Suetonius hoc loco intelligit. Torrentii conjectura emendantis *callium provincia*, etsi erudita est et acuta, non placet tamen nobis, repugnantibus omnibus scriptis libris: a quorum scriptura nunquam nisi plane necessariis de causis recedendum esse, scio mihi assensurum ea eruditione virum: nam quod ait ille, qui *Gallicam provinciam* nominat ἀπεριορίστως, eum omnem Calliam intelligere: id vero, pace illius dixerim, inane proflus est: nam ex verbis ipsis Suetonii apparet, non de quavis Gallica provincia eum loqui, sed de quaestoria. Quare nihil in verbis obscuri esse potuit attendentibus.

*Triumphalia ornamenta*] Facilitatem hanc Claudii in dandis triumphalibus ornamentis breviter notat etiam Dio: Ἐνειμε τὰς ἐπινικίους τιμὰς ἀφθονώτατα καὶ ἐπὶ προφάσεως τῆς ἐλαχίστης.

Cap. 25. *Equestres militias ita ordinavit*] Hunc quoque locum ad tractatum Polybii de militia Romanorum explicamus. Viri docti coniecturam, qui nuper emendavit *Semestres militias*, non probamus; quum et alibi saepius militiarum equestrium fieri mentionem liceat observare: ut lib. 2. c. 10. et in Plinii vita eiusdem auctoris; item apud Velleium.

*Instituit imaginariae militiae genus — numerum*] Ita Mil., vulgo *supra numerum*. Diversi ab his sunt supernumerarii illi equites peditesque, quorum meminit Vegetius: item illi *ὑπεράριθμοι σχολάριοι*, quos instituisse Iustinianum in ordinanda militia Palatina, refert Procopius. Mentio habetur supernumerariorum in Cod. Theodosiano, de Palatinis sacrarum cognitionum et rerum privat. lege 15. et 17.

*Quum quidam aegra et affecta — exponerent*] Antiquorum haec fuit dira immanitas, ut et recens natos infantes liceret vel tollere vel exponere ad caedem: et liberos aut servos aegrotos exponere taedio curandi. Atque hoc ius tam barbarum non statim sustulerunt Christiani Imp., sed cum progressu temporis. Vide in Cod. Theodosiano titulum de expositis.

*Ingratos et de quibus — revocavit in servitutem*] Ergo ex constitutione Claudii omnes ingrati potuerunt in servitutem revocari? Cave putes, neve temere assentiaris Suetonio, qui rem certa conditione concessam laxè et *ἀπεριόριστως* enuntiat. Unus enim tantum est casus, quo libertus redigitur in servitutem patroni, ex hac constitutione Claudii: si delatores submiserit, qui patrono libertatis facerent quaestionem. Vide legem 5. Dig. de iure patroni.

*Puteolis et Ostiae singulas cohortes — collocavit*] Sub Othone stationem habebat Ostiae cohors septima decima. Tacitus Histor. 1, 80. *Septimam decimam cohortem e colonia Ostiensi in urbem acciri Otho iusserat.*

*Civitatem Romanam usurpantes*] Arrianus Dissertationum Epicteti lib. 3. c. 22. Οἱ τῆς Ῥωμαίων πολιτείας καταψευδόμενοι κολάζονται πικρῶς.

*Provincias Achaïam et Maced.* — *transtulerat*] De Achaïa in rebus Tiberii dubitanter narrat Dio lib. 57. Καὶ γὰρ ἡ Μακεδονία, ὡς δέ τινές Φασι, καὶ ἡ Ἀχαΐα ἀκληρωτεὶ προσετάσσοντο. Semper autem Dioni ἄρχοντες κληρωτοὶ dicuntur, quos populus ad regendas provincias suas mittebat: αἵρετοὶ ἄρχοντες, quos princeps suis praeficiebat. Caussam earum appellationum explicat ipse diligenter lib. 53. Sic igitur in Claudio lib. 60. p. 680. constitutionem hanc illius exponit: Τὴν τε Ἀχαΐαν καὶ τὴν Μακεδονίαν αἵρετοῖς ἄρχουσιν, ἐξ οὗπερ ὁ Τιβερίος ἤρξε διδομένας, ἀπέδωκεν ὁ Κλαύδιος τότε τῷ κληρω. Factum anno DCCXCVII.

*Sedentes in senatu*] Notum loquendi genus, quod observamus etiam apud Graecos. Lucianus περὶ ὀρχήσεως: Καταβάς γὰρ εἰς τὸ μέσον, ἐν τῇ βουλῇ δύο ὑπατιῶν μέσος ἐκαθέζετο. Aristophanes pro eo dixit ἐν βουλευτικῷ, illo versu in Avibus: Κἄθ' ὄρε' ἄνδρα τῆς γυναικὸς ἐν βουλευτικῷ. Sic alibi *in equite spectare*, pro federe in equestribus.

*Druidarum religionem apud Gallos* — *abolevit*] Hoc est, edicto iussit aboleri exercerique vetuit. Sed non obtinuit Claudius. Nam multo post scribit Tertullianus Apologetico: *Maior aetas apud Gallos Mercurio profecatur.* Sic in Africa aliisque locis vetitae a Romanis ἀνθρωποθυσίαι, nihilominus tamen longum tempus in occulto perseverarunt, ut praeter Cypriani magistrum alii Patres scripserunt, nec silet Porphyrius.

Cap. 26. *Plantiam Urgulanillam*] Amplexi sumus lectionem, quam ex libro veteri profert Torrentius: cuius clara vestigia in cod. Pithoei, in quibus scriptum vacillante manu hic quidem *Urgulanillam*, mox vero *Ergulanillam*. In Viterb. scriptum liquido *Herculanillam*: sed quod manifestò apparet, ἐκ δευτέρως Φροντί-

δος: nam prius aliter exaratum fuerat principium eius dictionis, et quidem utroque loco. In regijs exemplaribus duobus *Sirgulanilla*: in tertio *Herculanilla*.

*Quatenus sibi matrimonia male cederent*] *Quatenus* scriptum in Mss., non *quatinus*, ut praecipit Festus, et scribi observavimus in antiquis Iuvenalis membranis, quarum copiam nobis fecit V. Cl. et amicissimus Dionysius Gothofredus, Iurisconsultus. Eandem scripturam constanter servatam in veteribus libris Pauli Diaconi de gestis Longobardorum, et aliis nonnullis notare inter legendum meminimus. At apud Florum et alios non paucos non minore constantia *quatenus* pro quoniam, exaratum reperias.

*Subornavit proximo senatu, qui — eam uxorem*] Plane istum Claudii nimum multis post saeculis retulit Michael Imperator: qui uxore mortua coelibatum initio professus, mox in Euphrasyae virginis Christo devotae amorem pellectus, ne levitatis notam subiret, subornavit, qui cogendum Imperatorem censeret ad ducendum uxorem. Urgere igitur senatus: ille recusare et abominari. Quid multa? vix tandem multis senatus precibus exorari se passus Imperator est. Lege Cedrenum.

*Dandamque ceteris veniam — habebantur*] Non est dubium, ante hanc constitutionem Claudianam incesta Romae esse habita coniugia, sive patrum cum fratris filia, sive avunculi cum fratris sorore. Utriusque coniunctionis eadem est et par ratio. Neque sunt audiendi, qui tradunt, illa quidem fuisse permessa, at non ista. Haec quoque Claudii constitutio non diu obtinuit; hoc est, non ultra Nervam, de quo scribit Xiphilinus e Dione: Ἐνομοθέτησε δὲ ἄλλα τε καὶ περὶ τοῦ μὴ εὐνοουχίσεσθαι τινα, μήτε ἀδελφιδῶν γαμεῖν. *Constitutiones quum aliis de rebus fecit, tum de non castrandis maribus, et ne fratris filiam ducere uxorem liceret.* Atque hunc Dionis locum opportune suggestit mihi Fredericus Okeni Guntherus, adolescens Germanus: quem

praestantissimi viri Ioannis Caselii commendatio quum mihi primum conciliaffet, sua mox virtus et eruditio carissimum reddiderunt.

Cap. 28. *Nec minus Felicem*] Claudium Felicem, qui et Antonius Felix in lib. 5. c. 9. Histor. Tacito dictus. Notus homo e sacra Actorum historia, Iosepho, aliis.

*Trium reginarum maritum*] Ad amores vagos Felicis eruditi homines referunt. Ita simile fuerit illi de Iulio Caesare, *omnium mulierum virum fuisse*. At *maritum* hic Suetonius ait, non *virum*. Hoc igitur sine dubio significare voluit, pullo huic Veneris tres diversis temporibus nupuisse regio sanguine prognatas mulieres. Drusillam Iudaeam, Agrippae regis sororem, ductam in uxorem a Felice, Iosephus narrat lib. 20. Antiquitt. Sunt, qui existiment, de altera eiusdem uxore loqui Tacitum in lib. 5. c. 9. Histor. sic scribentem: *Antonius Felix, per omnem saevitiam ac libidinem ius regium servili ingenio in Iudaeae provincia exercuit, Drusilla, Cleopatrae et Antonii nepte, in matrimonium accepta: ut eiusdem Antonii Felix progener, Claudius nepos esset*. Neque potest dubitari, quin vera sit haec sententia: nisi probetur Agrippa Magnus praeter Cypron Phaseli filiam, alteram quandam uxorem habuisse, Cleopatrae et Antonii filiam: quod nemo veterum, opinor, scriptum reliquit.

*Cui spectacula publice edendi ius tribuit*] Id enim iuris promiscui non fuit, sed ratio census habita: exiit namque apud Tacitum senatus consultum, quo *cautum, ne quis gladiatorium munus ederet, cui minor quadringentorum millium res esset*, lib. 4. c. 63. Annual. Spectata etiam persona: neque enim id fuit libertini generis hominibus permittum, saltem in urbe, ut declarat hic locus: neque alias vilibus hominibus, unde illa indignatio duorum aequalium poetarum Iuvenalis Sat. 3, 54.



*Quondam hi cornicines, et municipalis arenae  
Perpetui comites, notaeque per oppida buccae;  
Munera nunc edunt.*

et Martialis 3, 11.

*Das gladiatores, futorum regule cerdo:  
Quodque tibi tribuit subula, sica rapit.*

*Ac super hos Polybium a studiis]* Seneca Conso-  
latione ad hunc ipsum, c. 24. *Eum animum esse, tu  
credis, fratris tui, ut te velit abducere ab occupatio-  
nibus tuis, id est, a studio et Caesare?* Sed de hu-  
ius ministerio in aula Claudii ibid. c. 26.

*Quaestoriis praetoriisque ornans. — passus est]*  
Scribe e Memmiano et pluribus aliis, *honorari libens  
passus est.*

Cap. 29. *His, ut dixi, uxoribusque addictus]*  
Non placet, quod quidam existimant, reiiciendas esse  
voces, *ut dixi*: respicit enim sine dubio, quae scripsit  
ante c. 25. Huc pertinet, quod elegantissime Philo-  
stratus ait, de Claudio loquens in vita Tyanei lib. 5.  
Ἄλλὰ κἀκεῖνος θηλυκὸς δὲ ὢν πολλὰ μεिरαισιώδη ἔκαθε  
καὶ μηλόβοτον γυναίκοις τὴν ἀρχὴν ἀνῆκεν. Et iterum  
paullo post: Ἐννοῶν τὸν χρηστὸν Κλαύδιον ὡς ὑπὸ γυ-  
ναίων ἐμβροντηθεὶς, ἐπελάθετο τοῦ ἄρχεῖν, ἀλλὰ καὶ  
τοῦ ζῆν. Venustissime etiam Iulianus, qui Claudium abs-  
que uxore et libertis suis ait esse instar earum persona-  
rum, quae in fabulis mutae introducuntur. Id enim  
δορυφόρημα Graeci vocant in hoc proverbio: Ἔστι γὰρ,  
ait, ἐκεῖνων, δίχα τουτὶ τῆς τραγωδίας τὸ δορυφόρημα  
μικροῦ δέω φάναι καὶ ἄψυχον. Simillime Plutarchus in  
extremo Alexandro, Arridaeum, qui mortuo illo ali-  
quamdiu aliis, sibi nunquam rex fuit, δορυφόρημα regiae  
maiestatis vocat, quasi dicas simulacrum et mutam ima-  
ginem. Ἦν γὰρ, inquit, de Perdicca loquens, ἐκεῖνος  
εὐθύς ἐν δυνάμει μεγίστη, τὸν Ἀρρίδαϊον ὡςπερ δορυ-  
φόρημα τῆς βασιλείας ἐφελκόμενος. Apud Athenaeum  
et Lucianum δορυφόρημα idem valet ac κωφὸν πρόσωπον.

*Datorum officiorum codicillos*] Principes enim officia deferebant, missis traditisve codicillis. Postea adiecta sunt codicillis etiam insignia, de quibus multis locis Iustinianus in Novellis et assatim in Notitia utriusque Imperii, et in eorum temporum historicis persaepe. Graeci interdum Latina voce utuntur, et *κωδικέλλους* vocant, ut Arrianus *Disertationibus Epicteti* lib. 3. c. 9. interdum *πινακίδας*. Sic accipi ea vox debuit apud eundem Arrianum lib. 1. c. 10., ubi de quodam loquens, qui ab exilio revocatus et Romam tendens, in itinere Epicteto affirmaverat, se pedem nunquam in aula positurum. Νῦν οὖν, inquit, τί ἐποίησες, πρὶν ἐλθεῖν εἰς τὴν Ῥώμην, ἀπήντησαν αὐτῷ παρὰ Καίσαρος πινακίδες· ὁ δὲ λαβὼν πάντων ἐσειῶν ἐξελάθητο, καὶ λοιπὸν ἐν ἐξ ἑνὸς ἐπισπεσώρευκεν. Synesius epistola quadam ad fratrem: Μετὰ τὸν ἡμερώτατον καὶ φιλοσοφώτατον Πεντάδιον τὰς πινακίδας, αἷς ἡ πολιτεία σύνδημα ποιεῖται τῆς Αἰγυπτίας ἀρχῆς, Εὐθάλιος ὁ Λαοδικεὺς ἔχει λαβὼν. Sozomenus lib. 7. c. 24. δέλτους vocat. Et lib. 9. c. 7. quum ait, ὡς δέοι δέλτους αὐτὸν τιμῆσαι στρατηγοῦ δυνάμεως ἑκατέρας. Cassiodorus non semel *chartas*. Suetonius in Vespasiano c. 8. *litteras*. Symmachus *Epistolarum* lib. 2. *sacras litteras*. Ita accipienda vox *γράμματα* apud Herodianum lib. 1. c. 6. hoc loco: Ἐγκειμένων δὲ τῶν περὶ αὐτὸν θεραπόντων, οὐκ ἔτι μὲν τοῖς φίλοις οὐδὲν ἐκοινώσατο, ἐπέμψας δὲ γράμματα, καὶ διανείμας, οἷς ἐδοκίμασε τῆς ὄχθης τοῦ Ἰστροῦ τὴν πρόνοιαν, προστάξας τε αὐτοῖς ἀνέχειν τὰς τῶν βαρβάρων ἐπίδρομας, ἐπαγγέλλει τὴν ἔξοδον. Doctissimus Politianus interpretatur, litteras Romam missas a Commodō: nos putamus, codicillos intelligi, quibus varia variis officia mandavit Commodus, quum exercitus suos ordina- ret, quos erat mox relicturus. Ad huiusmodi codicillos dignitatum alludens Basilus in homilia de hominis fabrica, Σύ μέντοι, inquit, παρὰ Θεοῦ ἔλαβες οὐκ ἐν ξύλοις γεγραμμένην, οὐδ' ἐν πτυξί Φιερταῖς σιγῶν παρκα-

ναλώμασιν (ἀρχῆς ἐξουσίαν) ἀλλ' ἀνάγραπτον ἢ Φύσις ἔχει τὴν θείαν Φωνὴν, Ἀρχέτωσαν. Sic litteris missis traditisve dignitatem adimebant, ut apud Zosimum lib. 4. de Valentiniano Arbogastem exauctorante, δέδωκεν αὐτῷ γράμματα τῆς ἀρχῆς παραλύοντα. Unde est, *epistolam vel codicillos ab aliquo auferre*, pro exauctorare et dignitate spoliare, ut in lege 20. Cod. Theodof. de decurionibus. In historia veteris ecclesiae διαπέμπειν κατὰ τὸν αἰρετικὸν hoc sensu non raro legere memini.

Cap. 30. *Auctoritas dignitasque — vel sedenti*] Eginhartus de Carolo Magno: *Unde formae auctoritas ac dignitas tam stanti quam sedenti plurima inerat.* Radevicus de Friderico I. Imperatore: *Tali corporis forma et dignitas et auctoritas tam stanti quam sedenti acquiritur.* Porro *dignitas formae* in viro idem quod pulchritudo in femina, ut observat Agraetius e Cicerone pro Coelio: atque ita Iacobus Cuiacius interpretatur *dignitas certa* apud Papirium Iustum leg. pen. D. de decurionibus. Velleius Paterculus de Pompeio: *Fuit hic forma excellens, non ea, qua flos commendatur aetatis, sed ex dignitate constanti.*

*Opimis cervicibus*] Quod signum esse hominis ἐναυσθήτου, consentiunt omnes τῆς Φυσιογνωμονικῆς auctores, et confirmat unice hoc exemplum.

*Practerea linguae titubantia — tremulum*] Adde et manus ex Dione: qui linguae titubantiam ex tremore capitis profectam scribit: *Τὸ δὲ σῶμα, inquit, νοσώδης, ὡς τε καὶ τῇ κεφαλῇ καὶ ταῖς χερσὶν ὑποτρέμειν, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τῷ Φωνήματι ἐσφάλλετο.*

Cap. 32. *Ut plerumq. sexcenteni — discumberent*] Memmianus corrupte *fesceni*. Mihi non displicet Iusti Lipsii coniectura, *sexageni*, maxime propter vocem *plerumque*. Neque enim sit mihi verisimile, Claudianis plerisque convivii tantam interfuisse turbam.

*Flatum crepitumque ventris in convivio emittendi*] Ita Viterb., non *efflatum*, ut vulgo: cod. Lislæi, et

*flatum.* Vere autem docuit ad Catullum Scaliger ex Cicerone et optimo Glossario, *flatum* hunc proprio nomine *visionem* Latinis dici, et τὸ βθεῖν *visire* vel *visfire*. Probat hoc ipsum veteris commentatoris elegans et acuta nota ad Horatii ista verba in *Arte*, *Quamvis est monitus.* Hic scribit ille, *Quamvis est, pro quamvis sit propter cacemphaton: ut Maro, quamvis sit rustica Musa.* Plane cacemphaton, quod intelligit vetus hic magister, est eiusmodi, quale Cicero notat (lib. 9. ad Fam. epist. 22.) in voce *divisio*. Quorum neutrum assequetur, qui veterem hanc vocem ignoraverit.

Cap. 33. *Pinna in os inderetur — stomachum*] Fit hodie, et factum olim. Apud Suidam scriptum ex Aristophanis Scholiis, εὐθασιν οἱ δυσχεαῖντες πτέρω χρῆσθαι πρὸς τὸ εὐχερῶς ἐμεῖσαι. Galenus et alii Graeci medici πτερῶν καθέσει εἰς ἔμεινον παροξύνειν τὴν γαστέρα. Vide ad Athenaeum lib. 11. c. 10.

*Solitus etiam in gestatione ludere*] Falluntur, qui occasione loci cuiusdam e Prosperi Chronico legendum suspicantur, *gestatione ludere*, non *in gestatione*: nam auctoris hic nostri non minus scriptura liquida et certa, quam mens plana et aperta. *In gestatione* est, interea dum gestaretur, vel in ipso geliamine; ludere autem in gestatione nihil vetabat. Seneca epist. 15. *Gestatio et corpus concutit, et studio non officit: possis legere, possis dictare, possis loqui, possis audire.* Idem epist. 29. *Ostendit mihi lepidum philosophum Aristonem, qui in gestatione diserebat.* Pellime hic codices nonnulli, *in gestatorio.*

Cap. 34. *Poenasq. parricidarum repraesentabat*] Hoc est, sine dilatione exigebat. Valerius Max. lib. 6. c. 5. *Quum liceret culpam vel dissimulare vel errore defendere: poenam tamen repraesentare maluit, ne qua fraus fieret iustitiae.* Ab hac mente interpretor in Apologetico Tertulliani, *potestatem repraesentaneam, potestatem repraesentandi poenas contemptorum imperatoriae*

maiestatis. Verba doctoris Afri sunt: *Maiore formidine et callidiorē timiditate Caesarem observatis, quam ipsum de Olympo Iovem. Et merito, si sciatis. Quis enim ex viventibus non cuilibet mortuo potior? Sed nec hoc vos ratione facitis, potius quam respectu repraesentanae potestatis. Idem libro de patientia: Non illi saltem civitati, quae eum recipere noluerat, iratus est: quum etiam discipuli tam contumelioso oppido caelestem ignem repraesentari voluissent.*

*Et meridie dimisso ad prand. pop. persederet]* Dio: Τὸς διὰ μέτου τῆς θείας παρὰ τὸν τοῦ ἀρίστου καίρῳ κατακοπτομένου ἥδιστα ἐθεώρει.

*Si auctōr, vel pagma — cessisset]* Petro Fabio placet alicui pro aliud. Quid si ita? *tale aliquid alicui.*

*Induxit et unum — sicut erat togatus]* Lego, *sicut erat, togatum.*

Cap. 55. *Nisi explorato prius cubiculo]* Viterb. *scrutato prius cubiculo.*

Cap. 56. *Foedum in modum — confugit]* Tacitus II. Annal. 35. *Trepidabatur nihilominus a Caesare: quippe Getae praetorii praefecto haud satis fidebat ad honesta seu prava iuxta levi.*

Cap. 58. *Repente tantum — veniam modo dedit]* Magnam et nos librorum varietatem hic offendimus. Viterb. et Lissaei *satisfacientes m. v. d.* Pithoei, *rep. tantum non satisf. v. m. d.* Alii, *tantummodo satisf. veniam dedit.* Ego probem cum Torrentio, *tantum non satisfacientis modo veniam dedit.* Non dissimilis illa ad eosdem Osienses oratio, quae c. 40. refertur: *Nihil habere se, vociferatus est, quare eos demereatur: si quem alium, et se liberum esse.* Neutrum principi conveniebat, neque haec oratio, neque superius factum. *Satisfacere* est vultu gestuque ad humilitatem composito delicti veniam petere. \*Ita hic Suetonius accipit: ita alii et ita etiam in his libris alio loco. Sic accipe in isto Martialis argutissimo disticho:

*Nil in te scripsi, Bithynice: credere non vis,  
Et iurare iubens malo satisfacere.*

Lulit elegantissime in ancipiti significato vocis *satisfacere*. Amici offensa tollitur duobus modis: vel si fecisse negemus: vel si factum excusemus, et peccatum nobis condonari supplici prece petamus. Bithynicus Martialem iurare voluit, non esse factum a se, quod ille arguebat. Recusat poeta iurare, et ait, *malo satisfacere*. Potest intelligi malle illum, ut hominem religiosum, deprecari culpam quam iurare: at ille sentit, paratum se potius fateri id, cuius arguebatur.

*Cui index erat μωρῶν ἀνάστασις*] Multi codd. quibus consentit Viterb. *ἐπανάστασις*. At interpretamentum eidem codici manu veteri appictum ad oram, *stultorum exultatio* indicio est, lectum fuisse in quibusdam libb. *ἀγαλλίασις*: sed fortasse verius scriptum fuisse *exaltatio*, qua voce imperitus aliquis linguae Graecae vocem *ἐπανάστασις* voluerit exprimere, quae conspirationem significat.

*Argumentum autem, stultitiam neminem fingere*] Puto legendum, *stultitiam stultum neminem fingere*.

Cap. 59. *Μετewρίας καὶ ἀβλεψίας*] Theophrastus *ἀναισθησίαν* vocat: nam plane *ἀναισθησίας* Theophrasteae exempla sunt, quae hoc loco commemorantur. Quare merito irrita illa olim sive Senecae sive Neronis orationis pars, qua laudabatur *providentia sapientiaque Claudii*, ut refert Tacitus initio lib. 15. Idem magnus scriptor *oblivionem* vocat in sine 11., quam Suetonius *μετewρίας καὶ ἀβλεψίας*. Vocem *ἀβλεψία* usurpat et Servius: apud quem sic lege, ad lib. 7. Aeneid. v. 647. *Primus inicit bellum*. Notat ibi Servius: *et scienda est poetae affectatio: nam ablepsiam nefas est dicere*. Non multum dissent *ἀπὸ τῆς μετewρίας*, quam vocant iidem Graeci *ἐμβρονησίαν*: cuius datur hoc exemplum ab Athanasio: *medicus ad aegrotum ex vulnere vocatus ubi venit, ὃν μὲν χάριν εἰσῆλθε σιωπῶν, τῶν δὲ ἄλλων,*

ὅν οὐκ ἔστι χρεία αὐτοῦ, διαλέγεται. In Suetonio scribe cum Memm. et aliis μετεωρίζην et ἀβλεψ. non καί.

*Occisa Messalina — requisivit*] Scribo paullo post, quum in triclinio decubuit, aut decubuisse. Paulo aliter narrat Tacitus II. Annal. 58. *Nuntiatumque, inquit, Claudio epulanti, periisse Messalinam, non distincto, sua an aliena manu, nec ille quaesivit, poposcitque poculum, et solita convivio celebravit.* Prorsus contraria videtur dicere Suetonio, qui requisitam Messalinam a Claudio scribit: cuius rei causam ipse assignat stuporem hominis mirum: sed videamus, ne verior causa sit, amoris, nondum penitus extincti, impatientia: nam idem plane accidit Herodi Magno, principi nihil minus quam μετεώρω καὶ ἀναισθήτω, quum uxorem suam Mariam occidisset. Iosephus Origg. lib. 15. c. 11. Τοσοῦτον, inquit, ἤττητο τοῦ πάθους, ὥστε αὐτὸν ἤδη καὶ καλεῖν τὴν Μαριάμνην προστάξαι τοῖς ὑπηρεταῖς, ὡς ζῶσαν ἔτι καὶ δυναμένην ὑπακούειν.

*Postero statim die — admoveri iussit*] Probamus hanc lectionem quorundam Mss. ut testatur etiam Ursinus. Tamen in plerisque est *concilium*. Dio simpliciter verbo ἐπιζήτησιν hoc ipsum significavit, et causam simul adiecit: nam hoc illi solitum evenire, quoties metu percussus, aliquem repente in illa subita animi perturbatione duci iussisset: Πολλάκις, inquit, ἑξαπιναιῶς ἐκπλαγεὶς καὶ κελεύσας τινα ἐκ τοῦ παρὰχρημα περιδεοῦς ἀπολέσθαι, ἔπειτα ἀνευεγκιῶν καὶ ἀναφρονήσας ἐπεζήτηι τε αὐτὸν, καὶ μηδὼν τὸ γεγονός, ἐλυπεῖτό τε καὶ μετεγίνωσκεν. Est et apud Tacitum similis ex parte historia initio lib. II. *Messalina, inquit, ad perniciem Poppaeae festinat, subditis, qui terrore carceris ad voluntariam mortem propellerent: adeo ignaro Caesare, ut paucos post dies epulantem apud se maritum eius Scipionem percontaretur, cur sine uxore discubisset.*

*Non cessavit omni oratione filiam — praedicare*] Quid hoc stultius, aut magis absurde poterat dici? nam

qui nuptias appetunt personarum sibi coniunctarum, id potius agunt, ut cognationem disimulent, aut penitus negent. At Claudius tam fatuus fuit, ut Agrippinam subinde filiam et alumnam appellitans, suae ἀνομιᾶς et flagitii circumstantes sedulo admoneret. Filiae nuptias appetere, nefas est omnium maximum: proximum huic, alumnae, quae quidem filiae γνησίᾳς loco fuerit habita. Imperatoris Iustiniani sunt verba: *Nec enim homo sic impius invenitur, ut, quam ab initio loco filiae habuit, eam postea in suo collocet matrimonio*: vide legem 24. Cod. de nuptiis. Legendum vero est, *in omni oratione* cum Memmiano codice, et optimo quoque, *non ratione*.

Cap. 40. *Unde solitus esset vinum — petere*] Nihil dici potuit ineptius aut indecentius: nam imprudens exilium suae hac oratione plurimum detrahebat Caesar. Quippe apud veteres vilissimorum tantum hominum fuit, e taberna vinum petere, non e cella sua. Cicero in L. Pisonem c. 27. *Pistor domi nullus, nulla cella: panis et vinum a propola atque de cura*. Plutarchus in Timoleonte, p. 242. loquens de Dionysio iuniore Corinthi in summa tenuitate, post auissam tyrannidem, degente: Οὐδὲν γὰρ οὔτε Φύσεως ὁπότε καιρὸς, οὔτε τέχνης, ἔσον ἐκεῖνο τύχης ἔργον ἐπεδείξατο, τὸν Σικελίας ὀλίγον ἔμπροσθεν τύραννον. ἐν Κορίνθῳ διατρέβοντα περὶ τὴν ὀφώπωλιν, ἣ καθήμενον ἐν μυροπωλίῳ πίνοντα κερκαμένον ἀπὸ τῶν καπηλείων. Hic locus Plutarchi et, quid sit *vinum de cura* apud Ciceronem, explicat; et quam insulse Claudius princeps haec de se verba apud senatum fecerit. Aliud est *petere vinum de cuppa* apud beatum Augustinum lib. 9. Confessionum, c. 8. Vide locum.

*Quid? ego tibi Theogonius videor et λογιώτατος*] Scribe cum Pithoei libris *Telegonius*. Inter gentes Romanas fuit et isto nomine una. Lapis vetus, cuius mihi testis et index Iosephus Scaliger, (ap. Gruter. DCXXVII, 7.) DIS MANIBUS C. TELEGENNI OPTATI. *Non du-*



*bito*, inquit idem Scaliger, (ep. 57. et 40.) *quin haec vera apud Suetonium lectio*. Fuit autem Telegennius hic notae aliquis fatuitatis homo per illa tempora. Graeca vox in Viterbiensi non erat, sed adscripta est in margine haec interpretatio, *dic et loquere*: unde pronum divinare, lectum sic olim fuisse, λέγε καὶ εἶπέ, quod huic loco optime videtur convenire. Quid enim ineptius quam habere semper in ore λέγε καὶ εἶπέ. Sic in Aeschilo ridet Aristophanes ἦμω καὶ κατέρχομαι, et κλύειν καὶ ἀνοῦσαι. At Memmii, Pith. et Groll. libb. expressissima servant vestigia eius lectionis, quam pridem vulgavit Turnebus, λάλει καὶ μὴ θίγγανε, *loquere et noli tangere*. Non praetermittam lectionem veterum quarundam editionum, in his Rob. Stephani longissime a superioribus omnibus recedentem, *et ἀδινά τε ἀληθῆ θάμα*. Forte pro ἀληθῆ θ' ἄμα.

*Pertinaciter liberalibus studiis dedito*] Philostratus lib. 5. loquens de Claudio, παιδείας δὲ ξυμπάσης ἐδόκει ἐρᾶν.

Cap. 41. *Aegre perlegit refrigeratus a semetipso*] Frigus et favor contraria sunt: ut favore excitatur studium, ita frigore minuitur. Inde *refrigerari* καινοπρεπῶς dictum Suetonio pro frigore et parum secundis acclamationibus excipi. In vita Lucani legitur: *Lucanus aegre ferens recitante se subito ac nulla nisi refrigerandi sui causa indicto senatu quum recessisset Nero, neque verbis adversus principem neque factis exstantibus temperavit*. Vocem *frigus* ita usurpat Seneca pater Controversiarum lib. 2. *In hac controversia Triarius dixerat: Non scies an exores, nisi ultimus dies venerit: quoad is lucebit, perseverabo*. Deinde cum scholasticorum summo frigore: *Et tu, quisquis es, carnifex, quum strictam sustuleris securim, ante quam ferias patrem, respice*. In omnibus, quas videre licuit, editionibus scriptum est *fragore*: sed *frigore* asserimus nos ex vet. codd. Quid autem appellet Seneca *frigus*.

declarant quae statim sequuntur, *belle deridebat hoc Asinius Pollio*. Nec alienum est ab hoc loco, quod notant Graeci Grammatici: Οἱ ἀρχαῖοι, inquit, τὰ μὲν ἀγῶν καὶ λυπηρὰ ἀπὸ τῶν ψυχρῶν ὠνόμασαν· τὰ δὲ ἡδέα καὶ τερπνὰ ἀπὸ τῶν θερμῶν. Et apud Patres et scriptores alios ecclesiasticos voces *refrigerium* et *refrigerari* contra, in bonam partem aliquando accipiuntur: imitatione videlicet Evangelistarum. Apud Iosephum *Ἀλωσ.* lib. 2. ψύχειν valet tardare alicuius studium et impetum. Τοῦτο ἐψύξε τὴν Φλώρου πλεονεξίαν, *hoc modo refrigerata est Flori avaritia*.

*Sed et transit ad inferiora tempora*] Corruptunt hunc locum docti viri suis emendationibus: quibus nullum locum esse, itaque legi debere, ut est in omnibus libris, statim intelligent, ubi ad illa verba, quae mox sequuntur, oculos mentemque adiecerint: *Prioris materiae duo volumina, posterioris unum et XL reliquit*. Ad posteriores historias pertinet hic corruptissimus apud Priscianum locus lib. 6. *Cancer neutrum etiam invenitur, sed quando morbum significat. Claudius IV. Historiarum: Ut videret ne respueret, verminaret litteris addivalis, quod verminatione ad cancer pervenerit. Divinabam, lateris ulcus in alis*.

*Novas etiam commentus est litteras tres*] Petelucem illi Suetonii loco ex Lipsii Commentariis ad lib. 11. *Annal. Taciti*, ubi auctor ille hoc ipsum narrat. Sed labitur ille vir eruditissimus vehementer, quum eodem loci verba haec Taciti contendit tantopere esse corrupta: *Quippe fama est, Cadmum classe Phoenicum vectum, rudibus adhuc Graecorum populis, artis eius auctorem fuisse. Quidam Cecropem Atheniensem, vel Linum Thebanum, et temporibus Troianis Palamedem Argivum memorant sexdecim litterarum formas, mox alios, ac praecipuum Simonidem, ceteras reperisse. Negat vir doctus, verum esse, Palamedem sexdecim litteras invenisse, quare locum varie instituit*

emendare. Nos scimus, numerum litterarum, a Palamede inventarum, varie tradi a veteribus; neque in verbis Taciti quidquam omnino esse mutandum. Exstat Gorgiae, veteris rhetoris, pro Palamede oratio, in qua litterarum inventor ἀπλῶς praedicatur Palamedes: obsecro, an propter litterarum trium aut quatuor, ut aiunt quidam, formas excogitatas? Non sane: sed sequitur declamator ille auctores, qui maximam litterarum partem, ab eo inventam, memoriae prodiderant: eosdem dubio procul et Tacitus est secutus, et cum Tacito alii multi, atque adeo fere omnes. Cedrenus: Ὁ Παλαμήδης εὔρε καὶ τὰ 15' γράμματα τοῦ ἀλφαβήτου, α, β, γ, δ, ε, ι, κ, λ, μ, ν, ο, π, ρ, σ, τ, υ. Ioannes Tzetzes chiliade 5. Hifior. Ὁ Παλαμήδης ὁ υἱὸς Ναυπλίου καὶ Κλυμένης λέγεται Πανέλλησιν ἐφευρετῆς γραμμάτων, γραμμάτων δὲ ἐκκλίθενα. Idem chiliade 12. Λέγουσι γὰρ οἱ σύμπαντες εὔρεϊν τὸν Παλαμήδην, οὐ τὰ εἴηοσι τέσσαρα γράμματα καὶ στοιχεῖα, μόνα δὲ ἐν πάντων δεκαέξ. Ecce confianter ait sexdecim litteras inventas Palamedi, itaque omnes tradere. Reperi et qui septemdecim illi tribueret. Vetus Euripidis scholiastes ad Orestem vl. 452. Οὗτος ὁ Παλαμήδης λέγεται εὔρημέναι 15' γράμματα μήπω τότε ὄντα, nisi scribendum eo loco 15'.

Cap. 42. *Quum utroque — sis peritus*] Memmii, Pithoei et Liffaei paratus.

*Ac saepe in senatu legatis respondit*] Graece nempe, ac sortasse ita scribendum, *legatis Graece perpet. orat. respondit.*

Καρχηδονιακῶν octo] Reperio in Graecorum commentariis, ut apud Stephanum de urbibus et in Etymologico magno, laudatum Iulium Claudium, qui scripsit Φοινικικά. Quae licet interpretari *Punica*, id est, *Καρχηδονιακά*. An igitur hic est Claudius Imperator? an aliquis potius, qui per manumissionem id nomen sibi nactus?

*Veteri Alexandriae Museo — ex ipsius nomine]*  
 Omnino ita scribendus hic locus et ex libris, et ex historia. Museum (vel *Mysium*, ut scribitur in antiquis libb. et hic et apud alios) Alexandriae appellatum est collegium doctorum virorum, qui publico sumptu ibi alebantur, ut litterarum studiis vacarent. Philostratus in vita Dionysii Milefii sophistae: Ἀδριανὸς σατράπην μὲν αὐτὸν ἀπέφηνεν οὐκ ὀλίγων ἐθνῶν· κατέλεξε δὲ τοῖς δημοσίᾳ ἰπεύουσι, καὶ τοῖς ἐν τῷ Μουσεῖῳ σιτουμένοις· τὸ δὲ Μουσεῖον τρέπεζα Αἰγυπτία ξυγκλοῦσα τοὺς ἐν πάσῃ τῇ γῆ ἔλλογιμους. Idem in Polemone, κατέλεξε δὲ αὐτὸν Hadrianus, καὶ τῷ τοῦ Μουσείου κύκλῳ ἐς τὴν Αἰγυπτίαν σίτησιν. Dio Chrysolomus in Oratione Alexandriae habita: Ἀλλὰ μᾶλλον Εὐριπίδην μιμεῖσθε οὕτω λέγοντα, μὴ παυσαίμην τὰς χάριτας μούσαις ἀνακρινεῖς, ἀδίσταν συζυγίαν, ἵνα μὴ τὸ Μουσεῖον ὑμῖν ἄλλως εἶναι δοιῆ, τόπος ἐν τῇ πόλει, καθάπερ οἶμαι καὶ ἄλλοι τόποι μάτην προσαγορεύονται, τὸ πρᾶγμα μὴ ἔχοντες μετὰ τοῦ ὀνόματος. Musei huius institutio antiquissima est: ac videtur a Ptolemaeo Philadelpho, qui Biblia Graece vertenda curavit, et bibliothecam illam admirabilem comparavit, institutum: redacta vero Aegypto in provinciae formam, non minore liberalitate doctos ibi Augustus, Tiberius, ceterique principes foverunt. Strabo: Τῶν δὲ βασιλείων μέρος ἐστὶ καὶ τὸ Μουσεῖον ἔχον περίπατον καὶ ἐξέδραν καὶ οἴκου μέγαν, ἐν ᾧ τὸ συσσίτιον τῶν μετεχόντων τοῦ Μουσείου φιλολόγων ἀνδρῶν· ἐστὶ δὲ τῇ συνόδῳ ταύτῃ καὶ χρήματα κοινὰ καὶ ἱερεὺς ὁ ἐπὶ τῷ Μουσεῖῳ τεταγμένος, τότε μὲν ὑπὸ τῶν βασιλέων, νῦν δὲ ὑπὸ τοῦ Καίσαρος. Exstat et Tyanei Apollonii epistola missa τοῖς ἐν τῷ Μουσεῖῳ σοφοῖς. Huic Museo alterum a Claudio adiectum *Claudium* est appellatum. Meminit eius, quod sciam, praeter Sucton. unus Athenaeus lib. 6. c. 9. his verbis: Ἀντίδοτος ἐν τῷ ἐπιγραφουμένῳ πρωτοχόρῳ παράγει τινὰ παραπλήσιον τοῖς ἐν τῷ Κλαυδίῳ νῦν σοφιστεύουσι, ὧν οὐδὲ μεμνήσθαι καλόν.

Cap. 43. *Britannicum — ut cresceret*] De Narcisso idem Tacitus 12. Annal. 65. narrat: *Haec atque talia dictitans amplecti Britannicum, robur aetatis quam maturrinum precari, modo ad deos, modo ad ipsum tendere manus, adolesceret, patris inimicos depelleret, matris etiam interfectores ulcisceretur.*

‘Ο ἔρως δ’ ἐπείγεται] Haec scriptura eli cod. Viterbiensis et veteris Romanae editionis. Meimnii, Pithoei et Liffaei praeferunt, quod Turnebus vulgavit, ὁ τρώσας πείσεται. Placet vero unice, quod Petrus Victorius divinavit, ὁ τρώσας καὶ ἰάσεται. Proverbium est ex oraculo natum, quod olim Telepho est editum. Eustathius: ‘Ὡς δὲ ὁ Τήλεφος τὸ τραῦμα εἶχεν ἀθεράπευτον, χρᾶται καὶ ὁ χρησμὸς ἀνεῖπε τὸ θρυλλούμενον, ὡς ἄρα ὁ τρώσας ἰάσεται. Eadem verba apud Lycophronis Graecum interpretem.

*Quando statura permitteret*] Nam, ut testatur ex Dione Xiphilius, Britannicus τῆ τοῦ σώματος ἀκμῆ καὶ ὑπὲρ τὸν τῶν ἐτῶν ἀριθμὸν ἦνθει.

Cap. 44. *Ubi autem — discrepat*] Locum mortis Claudii nusquam reperio notatum. Ut Taciti narratio est, non Romae, sed vel Sinuessae, vel in itinere, quo Sinuessam pergebat, occisus prima fronte videatur: sed attendenti quae de Agrippina narrantur ibidem, mortuum Claudium in Palatio non est dubium.

*Quae boletum medicatum — cib. tal. obtulerat*] Boleti per se non occidunt. ‘Υπὸ τῶν βολητῶν μόνων, inquit Galenus, οὐδεὶς ἰστόρηται τεθνεώς. At Claudii boletus medicatus fuit, ut omnes scribunt. De hoc scribit Ptolemaeus Hephaestionis F. lib. 3. ‘Ὡς Κλαύδιον κύουσα ἢ μήτηρ, βολητῶν τοὺς μύκητας ἐπιθυμήσασα Φάγοι, καὶ Κλαύδιος μύκητας πεΦαρμακευμένους Φαγὼν, ἀποβιάθη.

Cap. 45. *Excessit III. Idus Octobris*] Dio: Μετήλλαξε τῆ τρίτῃ καὶ δεκάτῃ τοῦ Ὀκτωβρίου.

*LXIV. aetatis, Imperii XIV. anno*] Utrumque tempus diligentius notatum est Dioni. Ζήσας ἐξήμουντα καὶ τρία ἔτη αὐταρχήσας δὲ ἔτη δέκα καὶ τρία, καὶ μῆνας ὀκτώ καὶ ἡμέρας εἴκοσι. Iosephus simillime: Ἐτελευτᾷ Κλαύδιος Καῖσαρ, βασιλεύσας ἔτη δέκα καὶ τρία, μῆνας ὀκτώ, πρὸς ἡμέρας εἴκοσι. Peccatum est ab Alexandrino Clemente in postremo dierum imperii Claudiani numero. Ἐβασίλευσαν, ait, Κλαύδιος, ἔτη ἑνὶ, μῆνας ἑπτά, ἡμέρας κη΄: nam scribendum fuerat κ' tantum; non enim plures invenies a die caedis Caligulae ad necis Claudii diem. Ne mutemas tamen eam γραφήν, facit aliorum Graecorum in eo numero consensus, ut Eusebii, apud quem etiam novem menses falso pro octo scribitur, et Eriphanii, cuius verba: Κλαύδιος ἔτη ἑνὶ, μῆνας ἑννέα (ita scribendum) παρ' ἡμέρας δύο. At Theophilus, ἡμέρας κδ'. Alii chronologi etiam longius a vero abeunt: quos miseros facio. Tempus vitae nec Dio nec Suetonius exacte notarunt: quippe dum ambo ἀπαρτιλογοῦσιν, umbo veritatem deserunt. Sed hic fere Suetonii mos est, ut annum inchoatum pro pleno numeret. Quare male ariolantur, qui ex Dione volunt scribi in nostro, *LXIII. aetatis*; nam praeter omnes veteres codices tenentur vulgatam Eutropius, Paeanius et alii, qui e Suetonio acceptum eum numerum servant. Vixit autem Claudius κατὰ τὸν ἀκριβῆ λογισμὸν annos LXIII, menses duos, dies XIII.

Cap. 46. *Tactumque — monument. Drusi patris*] Aliter longe Dio, qui inter varia portenta, quae excessum Claudii praecesserunt, ita huius meminit: "Ὅτε συγκητὸς ὁ εἰς τὰ δορυφορικὰ σημεῖα ἔμπροσθεν, et summen, quo tacta sunt militum praetorianorum signa.

*Sed ipse nec ignorasse, aut dissimulasse*] Lege, *Sed nec ipse quidem ignorasse.*

I. S. C A S A U B O N I

I N

S U E T O N I I L I B R U M V I .

A N I M A D V E R S I O N E S .

Cap. 1. *Quo facilius appareat — Neronem]* Placet scriptura Viterb. et Liflæi, *Nero*. Ita et Memm.

Cap. 2. *Ius sacerdot. subrogand. — transtulit]* Quod postea Sylla mutavit, antiquata lege Domitia, quam extremo Ciceronis consulatu Labienus retulit, annitente Caesare. Dio lib. 37.

*Ac in consulatu Allobrogibus — superatis]* Errat Suetonius, ac duos Domitios patrem ac filium confundit, ut ratio temporum docet, ac pridem moniti sumus a viris doctis, qui Fastos concinnarunt.

*Per provinciam invectus est]* Viterb. et Liflæi *vectus est*.

*Cui esset os ferreum]* Dieterium in homines impudentes iacitatum: quos similiter Graeci vocabant χαλκοπροσώπους. B. Chrysofomus adversus Iudaeos: "Άκουε τί Φησιν ὁ μεγαλοφωρότατος Ἡσαΐας: Γινώσκω ὅτι σιληρὸς εἶ σύ, (πρὸς τὸν λαὸν τὸν Ἰουδαϊκόν) καὶ νεῦρον σιδηροῦν ὁ τράχηλός σου (τουτέστιν ἀκαμπὲς) καὶ τὸ μέτωπόν σου χαλκοῦν· τοῦτ' ἔστι ἀναίσχυτον· οὕτω γοῦν καὶ ἡμῖν ἔθος πολλάκις, τοὺς εὐρυθριᾶν μὴ εἰδότας χαλκοπροσώπους καλεῖν. Catullus: *Ruborem ferreo canis exprimamus ore*. Lege Artemidorum Onirocr. lib. 1. c. 24.

*Vir neque satis constans et ingenio truci]* Hunc Cicero stultum appellat, ad Atticum lib. 8. *Nec me M. Lepidi, L. Volcatii, Ser. Sulpitii comitum poeniteret: quorum nemo nec stultior est quam L. Domitius: nec inconstantior quam Appius Claudius.*

Cap. 5. *Is inter conscios — damnat. lege Pedia]* Caussam eius contra Octavium tuetur Antonius apud Appianum 5. Ἐμφυλ. iure damnatum negans, quum tempore necis Caesarianae nondum senatoria aetate esset. Ita accipio Appiani haec verba: Ἀγνόβαρβος δὲ οὐκ ἔστι τῶν ἀνδροφόνων. ἡ δὲ ψῆφος αὐτῷ κατ' ὄργην ἐπῆνται· οὐ δὲ γὰρ τῆς βουλῆς πω τότε μετεῖχεν.

Cap. 5. *Sed et in viae Appiae rivo — obtrivit]* Veteres libri consentiunt in hac lectione omnes. Non absurda tamen recens viri docti emendatio, *repentem puerum*. Stabo nihilominus a libris, et fidem eorum potius sequar. Traiectio namque est vocis *repente*, quae non cum verbo *obtrivit*, sed cum dictione *citatis* iungi debet. *Obtrivit*, inquit, *puerum citatis repente iumentis*, ut videlicet puero non fuerit evitandi facultas.

*Querentibus dominis factionum]* Scrib. *quae querentibus dominis factionum.*

Cap. 6. *Nero natus est Antii — Tiberius excessit]* Corrupti sunt hoc loco et Viterb. et Lislacii codd., qui legunt, *natus est ante nonum mensem quam Tib. excessit*. Etsi autem Torrentii industriam in explicanda ea lectione plurimum laudo, non persuadet tamen ille mihi, ita scriptum a Suetonio fuisse: imo vero falli Torrentium, ut dicam *σκάφην σκάφην*, nullus dubito. Nam quae ista ratio loquendi est, ut *natum ante nonum mensem quam Tiberius excessit* dicat Tranquillus, quum velit intelligi, natum esse ultimo die noni mensis a morte Tiberii? Diceret saltem *ante decimum mensem*: id siquidem verius; tot namque menses sicut a die XVI. Martii, qua Tiberius obiit, ad XV. Decembris, qua natus est Nero. Nunc vero ante mensem ἀπλῶς pro ulti-



mo mensis die fuisse unquam ab ullo probato scriptore dictum, nedum a Suetonio, cuius pura ubique et clara dictio est, οὐ με πείσει τίς ποτε οὐδ' ἦν πείση.

*Tantum quod exor. sole — terra contingeretur]*

Hoc inter praefagia, quae Neroni imperium portenderunt, ita commemoratur a Dione: Ἀκτῖνες τικτόμενον αὐτὸν ὑπὸ τὴν ἑω ἐξ οὐδεμιᾶς τοῦ ἡλίου Φανερωῶς προσβολῆς περιέσχον. Id est: *Nascentem eum sub auroram radii circumfulserunt, a sole, quod quidem appareret, non immissi.*

*Negantis quidquam — nisi detestabile et malo]*

Vertit Dio prope ad verbum: Εἶπεν ὅτι ἀδύνατόν ἐστιν ἄνδρα τινὰ ἀγαθὸν ἐκ τε ἐμοῦ, καὶ ἐκ ταύτης γεννηθῆναι.

*Eiusdem futurae infelicitatis signum]*

Quidam emendant, *Eidem futurae felicitatis signum*, absurde, et repugnantibus libris universis. Probem magis, quod placet iisdem, legendum mox: *Addita fabula est: tamen quod est editum, Mss. tuentur.*

*Deprehensis in lecto eius — serpentis exuviis]*

Tacitus lib. 11. c. 11. istud aliter narrat; sed Dio plane ut Suetonius: Προϊόντος τοῦ χρόνου λεβηρῆς περὶ τὸν αὐχένα τοῦ Νέρωνος παιδίου ἔτ' ὄντος εὐρεθεῖσα παρέδωκε τοῖς μάντεσι λέγειν, ὅτι ἰσχὺν παρὰ τοῦ γέροντος μεγάλην λήψεται· ἐπειδὴ τὸ γῆρας διὰ ταῦτα οἱ ὄφεις ἐκδύεσθαι νομίζονται.

*Cap. 7. Undecimo aetatis anno — adoptatus est]*

Ex Tacito clarum, debuisse scribi *duodecimo*, vel *tertio decimo*, quemadmodum recte Torrentius observavit. Constant tamen sibi in hoc errore omnes nostri codices.

*Annaeoque Senecae — in disciplinam traditur]*

An ut ipse ad Senecam migrarit? Non puto, etsi suadent verba Dionis, ἢ Ἀγριππῖνα τὸν υἱὸν παρὰ τῷ Σενεκᾷ ἐξεπαίδευε. Senator autem factus Seneca, quum posito ipsi in exilio Agrippina simul reditum et praeturam impetravit.

C. Caesari praecipere] Ἀντὶ τοῦ praecceptor esse: Sic Graeci ἀρμόζειν pro ἀρμοστής εἶναι, et apud Philostratum ἐπιστέλλειν pro magister epistolarum esse: ut in Alexandro Seleucensi, Μάρκου τοῦ βασιλέως δεδωκότος αὐτῷ τὸ ἐπιστέλλειν Ἑλληνισι. Id est: *Fecerat enim magistrum epistolarum Graecarum*, et in eodem: *Obiit*, inquit, *ut quidam aiunt, ἐν Κελτοῖς ἔτι ἐπιστέλλων· οἱ δ' ἐν Ἰταλίᾳ πεπαυμένον τοῦ ἐπιστέλλειν.*

*Auspiciatus est et iurisdictionem praefectus urbis]* Mos et publice et privati olim religiose servatus. Columella lib. 11. c. 2. *Per hos quoque dies abstinent terrenis operibus religiosiores agricolae: ita tamen, ut ipsis Kalendis Ianuariis auspicandi causa omne genus operis insiurent.* Mitto, quae aliis sunt observata. Simillimus huic locus habetur apud Tacitum 4. Annal. 56. de praefecto urbis Druso, auspicandi gratia tribunal ingresso.

*Ediditq. pro Claud. salute circens. et venationem]* Ita soliti et gladiatores in arena committi pro salute principis: cuius rei causam ante indicabamus. Id vero Claudius quum invidiosam sibi esse intelligeret, munus pro salute sua edi prohibuit. Dio: *Τοῖς τε στρατηγοῖς τοὺς ἀγῶνας τοὺς ὀπλομαχιμῶς ἀπηγάρευσε μὴ ποιεῖν, καὶ εἰ δὴποτε ἐπιτελοῖη, ἀλλὰ μῆτι γε ὡς καὶ ΠΙΕΡ ΕΑΥΤΟΤ ΣΩΤΗΡΙΑΣ γιγνομένων σφῶν ἢ γράφασθαι ἢ καὶ λέγεσθαι ἐκέλευσε.*

Cap. 8. *Ut de Claudio palam factum est]* Vetus formula, qua utebantur, quum alicuius obitum divulgabant. Lib. 5. c. 22. *excessum Augusti non prius palam fecit*, lib. 4. c. 6. *et ut demum fato functum palam factum est.* Sic et in Tito cap. ultimo et apud alios. Inde *palam facere de republica* apud Senecam pro reipublicae interitum significare, quod Tullius dixit. *palam facere, concidisse rempublicam*: ut erudite nuper aIANO GRUTERO, viro doctissimo, est observatum.

Cap. 9. *Memor. Domitii — honor. max. habuit*]

Huc pertinent verba ista ex vetero inscriptione fratrum Arvalium, ab Urfino edita: ..... IDUS. DECEMB. .... M. ARVALIUM. NOMINE. IMMOLAVI. IN. SACRA. VIA. .... MORIAE. CN. DOMITI. AHENOBARBI. B. M.

Cap. 10. *Divisis populo — quadringenis nummis*]

Viterb. et Lislai quadragenis nummis: non recte, ut ex aliis constat. Mutanda autem huius loci distinctio, et ponenda *τελεία στιγμή* post *redegit*: deinde reliqua continuanda, quibus liberalitas omnibus ordinibus a Nerone exhibita recensetur.

*Item praetorianis cohortibus — gratuitum*]

Tacitus in anno DCCCXVIII: *Bina nummum millia viritim manipularibus divisit: addiditque sine pretio frumentum, quo ante ex modo annonae utebantur.*

*Respondit, quum meruero*]

Imitatur illam Augusti vocem; *si merebuntur*; lib. 2. c. 56.

Cap. 11. *Per catadromum decucurrit*]

Catadromus pro funambulorum sive schoenobatarum fune, ut apud Graecos etiam *δρόμος καὶ περιδρομος ἀπὲ ποιῶν σχοινίων* usurpantur.

Cap. 12. *Quadringent. senatores — equit. Rom.*]

Non discrepat lectio librorum, ne illius quidem omnium optimi, quem ab amplissimo Memmio accepimus.

*Iuxta cubiculum eius decidit*]

*Cubiculum* est *οὐρανίσκος*. Mos principum virorum in Asia fuit, ut quum vel ad ius dicendum, vel ad spectandum ludos, vel aliam ob causam propalam sederent, papilionibus magnificis tegerentur, quos Graeci *οὐρανίσκους* vocant. Plutarchus in Phocione: *Ἐνταῦθα δὴ θείας ὁ Πολυπέρχων τὸν χρυσοῦν οὐρανίσκον, καὶ ἐκάθισεν ὑπ' αὐτῶ τὸν βασιλέα, καὶ τοὺς φίλους*. Sic de Alexandro aliisque regibus notant historici, solitos *χορηματίζειν ὑπὸ χρυσῶ οὐρανίσκῳ*. Unde est, quod *σηνάς χορηματῆτινάς* Polybius lib. 5. hos *οὐρανίσκους* vocat. De eorum magnifi-

centia et fabrica Athenaeus lib. 12. Idem scriptor vocat alibi *σκηναὶς οὐρανοφόρους* illiusmodi tentoria. Ex eo more est, quod principibus Romanis ludos spectantibus suggestum exstruxerunt in orchestra: sic appellavit auctor c. 76. lib. 1. nam coepit hic mos cum nascente principatu: suggestus autem dictum id pegma, quia instar tribunalis sublime fuit. Vocatur et *cubiculum*, ut hic, a forma: quoniam exstrui soliti hi suggestus, sive *οὐρανίσκοι*, in modum parvi cubiculi: utroque modo nominat Plinius in Panegyrico c. 51. Graeci interdum et *κωνάπια* vocant, Nicetas alicubi τὸ βασιλικὸν ἐδράσιμα.

[Quod appellavit NERONIA] Vide Chronicum Eusebianum, numero MMLXXIX, et quae eo loco a Iosepho Scaligero sunt observata.

[Citharam autem a iudicibus — adoravit] Haec lectio Mf. Viterb. et multorum aliorum codd. quae mihi visa ante proba, argumento, opinor, non omnino vano. Quum enim haec referantur a Suetonio inter ea, quae laudem potius mereantur quam reprehensionem, ut ipse ait c. 19., interpretabar ita hunc locum, certaminis huius praesides, qui non ignorarent, quam libenter Nero inter citharoedos, si auderet, esset certaturus; missa cithara ipsum invitasse, ut prodiret, et artis experimentum palam daret: ceterum Neronem pudorem tenuisse, et citharam quidem adorasse, non eam tamen pulsasse. Similia celeusmata et invitamenta Neroni fuisse gratissima, narrat auctor c. 21. et 22. Vide omnino in Vitell. c. 4. Haec ita nos ante: nunc movemur librorum regiae bibliothecae, item Pithoei, Liffaei, Roberti Stephani atque aliorum veterum consensu, in quibus *citharae* scriptum, mutata distinctione hoc modo: *Et orationis quidem carminisque Latini coronam, de qua honestissimus quisque contenderat, ipsorum consensu concessam sibi, recepit: citharae autem.* Hanc igitur scripturam magis probem: utique quum cogito, vero esse similis, coronam quam citharam ad Augusti flatuam

suiffe delatam: accedit et Cuiaciani libri auctoritas; in quo suiffe scriptum *citharae*, docuit me, qui et re et consilio studia mea saepe adiuvit, exactissimi vir iudicii, Iacobus Bongarsius.

*Conditamque in auream pyxidem*] Arbitr: *Venerisque signum marmoreum et pyxis aurea non pu- filla, in qua barbam eius conditam esse dicebant.*

Dio de Nerone: Καὶ τὰς τρίχας ἐς σφαιρίον τι χρυ- σοῦν ἐμβλῶν, ἀνέθηκε τῷ Διὶ τῷ Καπιτωλίῳ. Emen- davimus in *Iovi Capitolino* depravatam vulgi lectionem, secuti et rem ipsam et codicem Viterbiensem, in quo sic liquido scriptum.

*Quia Olympiae Cereris — spectare conceditur*] Vel potius *Olympia*.

Cap. 13. *Iuxta se latere dextro collocavit*] Ho- noris illius caussa. Eunapius in Aedesio: Καὶ ἐς τοσοῦ- τόν γε ἐξίκετο σοφίας καὶ δυνάμεως, ὡς ὁ μὲν βασιλεὺς, ἐαλῶκει τε ὑπ' αὐτοῦ, καὶ δημοσίᾳ συνέδρον εἶχεν εἰς τὸν δεξιὸν καθίζων τόπον· ὃ καὶ ἀκοῦσαι καὶ ἰδεῖν ἄπι- στον. At eo devenit quorundam παραδοξολογομανία, ut non erubuerint, huius moris contrariam esse caussam, asseverare. Sed profecto in auctorem eius sententiae, si in quenquam unquam, vetus dictum competit, ἐπ' ἀρι- στερά ἔμαθες, ὧ βενικεσέληνε, γράμματα. Sed istum παραδοξομανῆ minus miror: doctissimum virum idem nu- per scripsisse, quasi olim Hebraei sinistram dextrae prae- tulerint, equidem non possum non mirari. Nam id fal- sissimum esse, sacra Testamenti utriusque pagina multis locis declarat. Verius S. Basilius: Ἡ δεξιὰ χώρα δηλοῖ τὸ τῆς ἀξίας ὁμότιμον: *Locus dexter dignitatis aequa- litatem indicat.* Alibi dicit, demonstrari per dextrum locum, τὴν πρὸς τὸ ἴσον σχέσιν. Clarius docet hoc ipsum beatus Chrysostomus in epistolam ad Hebraeos: Ὅτι διὰ τοῦτο οὕτως εἶρηκε δῆλον ἐκ τοῦ τόπου τῆς κα- θέδρας· εἰ γὰρ ἐλάττωσιν ἤθελε δηλωῶσαι, οὐκ ἂν εἶπεν ἐκ δεξιῶν, ἀλλ' ἐξ ἀριστερῶν. Similia his multa apud

Patres alios Graecos Latinosque. Enimvero vel unus Evangelii locus de agnis ad dextram et ad sinistram, absurditatem huius sententiae palam fecerit.

*Laurea in Capitolium lata*] Quasi magnum aliquid et triumpho dignum patraffet: nam qui triumphaverunt, lauream in gremio Iovis Capitolini collocabant. Vide Tranquillum in Domitiano c. 6., et quae ibi notamus.

*Ianum geminum clausit — residuo bello*] Ita plane distinguitur hic locus in optimi amici nostri Manesserii optimo cod. Viterb., in quo etsi capitum, in quae secatur vulgo Suetonius, nulla toto opere mentio, aliquot tamen locis paragraphi minio notati conspiciuntur. Ita ergo hic posita virgula ante vocem *Ianum*: post vocem vero *bello* sequitur paragraphus. Omnino autem suadere videntur Tranquilli verba, saepius a Nerone clausum esse Ianum. Quamobrem scribi fortasse debet, *Ianum geminum clausit: clausit enim tam nullo quam residuo bello.*

Cap. 15. *In cognoscendo morem eum tenuit*] Alii Codd. *cognoscendi eum morem tenuit*. Postrema periodi huius ita exhibent nonnulli, *singulatim quaeque per vicos ageret*. Nihil muto.

Cap. 16. *Ut ante insulas — porticus essent*] Ab hac forma est illa aulae descriptio apud Isidorum lib. 15. c. 3. *Aula domus est regia, sive spatiosum habitaculum porticibusque quatuor conclusum.*

*De quarum solariis incendia arcerentur*] Isidorus itidem: *Maenius, collega Crassi, in foro proiecit materias, ut essent loca, in quibus spectantes insisterent, quae ex nomine eius Maeniana appellata. Haec et solaria, quia patent soli: post haec alii lapide, alii materia aedificavere super porticibus Maeniana, et foribus et domibus adiecerunt. Ita putamus scribendum illum locum.*

*Interdictum, ne quid in popinis cocti — veniret]*

Dio: *Ἡρώτη δὲ ὡς εἰπεῖν τὸν βίον ἐν κατηλικῇ διαίτῃ ποιούμενος, ἀπέστρεψε τοῖς ἄλλοις μηδὲν ἐφθόν ἐν κατηλειῷ, πλὴν λαχάνων καὶ ἔγνουσ πιπράσκει.*

*Tititi quadrigariorum lufis]* Non alios Iustus intelligo, quam similem istorum hominum lasciviam petulantiae illi Neronis, quam describit auctor c. 26. et Dio prolixè.

Cap. 17. *Ut in testamentis primae duae cerae]* Viterb. *ut testamentis*, ita saepe τὸ *in* omittitur eleganter. Non assentiar magnae famae iurisprudenti, qui contendit, scribendum hoc loco *imae duae cerae*: aliter enim omnes libri: neque in vulgata lectione quidquam incommodi. Primae duae cerae institutionem heredis et substitutionem continebant, quam testamenti partem non divulgari, plurimum saepe testatoris, et primi quoque heredis intererat.

*Ac ne quis alieni testam. script. — adscriberet]* Quum in Pandectis Claudianum hoc edictum auctorem habuisse dicatur divum Claudium, neque temere sit invenire, Neronem *divi* appellatione affectum, labor ut assentiar viris eruditis, qui errasse hic Suetonium existimant, et Neroni perperam tribuisse, quod erat Claudii: qua de re plura Iacobus Cuiacius ad tit. Cod. De his, qui sibi etc. scribunt in testamento.

*Mercedem pro subselliis nullam omnino darent]* Iudicia praeter centumviralia exercebantur in foro a Praetoribus aliisque magistratibus, sed illis maxime. Neque tribunalia vero, neque subsellia, ulla firma erant: verum ad tempus exstruebantur, quoties iis esset opus: videntur igitur, ut aliarum rerum publico praestandarum, ita tribunalium et subselliorum fuisse mancipis: qui ad mandatum ius dicturi, pecunia sua illa exstruerent, eamque postea pecuniam a litigatoribus repeterent, Similimum est, quod olim Athenis et Romae etiam fieri solitum circa theatra, priusquam perpetuae voluptatum

sedes fuissent aedificatae: erant enim Θεατροπῶλαι et Θεατροῶναι, ut dicebamus ad Theophrasti caput περὶ ἀναίσχυντίας.

Cap. 19. *Ipsimum perfodere aggressus*] Non primus Nero hanc insaniam insaniit: clara res ex Herodoto, Strabone, Philostrato, Luciano et Pausania. Omnium irritus cecidit labor. Vera et pia vox Pausaniae in hoc sermone, quam adscripsisse pretium sit operae: Οὕτω χαλεπὸν ἀνθρώπῳ τὰ Θεῶν βιάσασθαι. Vide Paulum Aemilium in Carolo Magno, sub finem lib. 2.

*Primus rastro humum effodit*] More magnorum ducum, quoties opus aliquod egregium a militibus perfici vellent. Sic Germanicus apud Tacitum primus exstruendo tumulo caesorum Variana clade cespitem posuit. Vide lib. 8. ad Vespasianum de aedificatione Capitolii. De Neronis facto auctor dialogi, cuius index Nero: Ὁρέξαντος αὐτῷ χρυσῆν δίκελλαν τοῦ τὴν Ἑλλάδα ἐπιτροπεύσαντος, ἐπὶ τὴν ὄρυχὴν ἤξει κροτούμενός τε καὶ καθικόμενος τῆς γῆς τρεῖς, οἶμαι, τοῖς τε τὴν ἀρχὴν πεπιστευμένοις παρακελευσάμενος ξυμπόνως ἀπτεσθαι τοῦ ἔργου, ἀνῆει εἰς τὴν Κόρινθον, τὰ Ἡρακλέους δοκῶν ὑπερβεβλήσθαι πάντα. Quod ait de ligone Neronis aureo, similem historiam narrat Theodoretus lib. 3. c. 20.

*Parabat et ad Caspiae portas expeditionem*] Tacitus 1. Histor. c. 6. *Multi ad hoc numeri e Germania ac Britannia et Illyrico, quos idem Nero electos praemissosque ad claustra Caspiarum et bellum, quod in Albanos parabat, opprimendis Findicis coeptis revocaverat*: non male referas haec verba Dionis in fragmentis de cogitata expeditione in Orientem a Nerone, etsi ille aliter rem narrat: Τὸν Κορβούλων αὐθις κατ' αὐτῶν πολέμῳ προσέταξεν· ἐβουλεύσατο μὲν γὰρ αὐτὸς συστρατεύσαι, ἐπεὶ δὲ θύων ἔπεσεν, οὐκ ἐτόλμησεν ἐξορμηῆσαι, ἀλλὰ κατὰ τὴν χώραν ἔμικεν.



*Quam Magni Alexandri phalangem vocabat*] De phalange Macedonica res omnibus nota. Observo autem, moris fuisse Macedonicis regibus cohortem praetoriam habere, aut legionem, e tironibus siaturae prioris, Neronianae illi plane similem. Suidas de Antiochi Macedonica phalange, quae dicebatur e re Ἡλικες: quod essent omnes eiusdem aetatis. Ἡλικες, inquit, ἐλέγοντο οἱ Ἀντίοχου τοῦ Ἐπιφανοῦς. Μακεδόνων ἦν στίφος· ὑψηλοὶ πάντες, ὀλίγον ὑπὲρ ἀντίπαιδας, τὸν Μακεδονικὸν τρόπον ὠπλισμένοι τε καὶ πεπαιδευμένοι, ὄθεν καὶ τὴν ἐπίκλησιν εἶχον.

Cap. 20. *Quae gen. eius artifices — factitarent*] Phonascos intelligit: qui velut medici erant τῶν Φωνασκούτων, puta citharodorum, praeconum, et hiliionum, qua comicorum, qua tragicorum. Habes apud Galenum in hanc rem multa quum alibi, tum maxime lib. 7. initio de compositione med. κατὰ τόπους.

*Sed et plumbeam chart. supinus pectore sustinere*] Nemo miretur cum eruditissimo viro, *chartam plumbeam* dici Tranquillo, quae dicatur Plinio lib. 34. c. 18. usitatus *lamina*. Sic enim plurima dicuntur, praesertim in libris medicorum, ob aliquam figurae similitudinem: quid autem similius quam plumbi lamina et chartae expansa pagina? quin etiam in plumbi laminis interdum ita scribebant, ut in chartae paginis, quod veteris scriptoris verba declarant apud Suidam, εἰς ἐλασμοὺς μόλυβδων γραφέντες. Tacitus 2, 69. *nomen Germanici plumbeis tabulis insculptum*. Quare etiam pagina dicitur omnis πλάξ levigata. Sic *panes* medici vocant, quamcunque materiam in morem panum formatam: ut apud Marcellum Empiricum, *panis, ex fimo bubulo factus*, et saepe alibi: unde *aerei panes* apud Plinium lib. 34. c. 11. et *panes aphronitri* apud Statium Papium inter munera Saturnalia; ut apud Marcellum Empiricum *tortula aphronitri*. Sed ut omnem admirationem adimamus hominibus eruditis, proferemus vetu-

stiffimi scriptoris Graeci locum, qui χάρτας μολυβδίνους multo ante Suetonium dixit. Lyfimachus: Τὸν δὲ Βόχωριν τοὺς χρησμοὺς λαβόντα, τοὺς τε ἱερεῖς καὶ ἐπιθικίτας προσκαλεσάμενον, κελεῖσθαι ἐπιλογὴν ποιησαμένους τῶν ἀναδέρτων τοῖς στρατιώταις τούτους παραδόναι κατάρχειν αὐτοὺς εἰς τὴν ἔρημον· τοὺς δὲ λεπρούς εἰς μολυβδίνους χάρτας ἐνόησαντας, ἵνα καθῶσιν εἰς τὸ πέλαγος. Exstat hic locus apud Iosephum lib. priore de antiquitate Iudaeorum. Galenus, qui non semel facit mentionem plumbearum chartarum, quibus athletae olim uti soliti, ἴσχε λεπιδῶς ἐκ μολύβδου λεπτίας vocat. Apollonius Tyrius: *Fabris navalibus convocatis iubet consecari et compaginari tabulas: rimas et foramina liniri praecepit, et facere loculum, et charta plumbea in rus posita obturari iussit.*

*Donec blandiente profectu]* Venuste, pro, hortante successu. quomodo loquitur Iustinus lib. 25. Virgilius: *Successu acrior ipso.*

*Quamquam exiguae vocis et fuscae]* Dio lib. 61. Καίτοι καὶ βραχὺ καὶ μέλαν ὡς γε πυροδέδοται, Φώνημα ἔχων. Etiam apud alios scriptores Graecos μέλαιναν Φωνὴν καὶ λευκὴν dici scimus, notante ipso Aristotele.

*Occultae musicae nullum esse respectum]* Ad verbum est interpretatus versiculum Graecum, Τῆς λαυθαρούσης μουσικῆς οὐδεὶς λόγος, ut in Tiberio alterum: *Si non dominaris, filiola, iniuriam te accipere existimas?* Scio tamen apud Lucianum Harm. p. 586. paullo aliis verbis conceptam legi hanc adagionem sic: Οὐδὲν ὄφελος ἀποδρήτου καὶ ἀφανοῦς τῆς μουσικῆς. Sed quis nescit, idem proverbium varie solitum enuntiari, mutatis verbis, non mutata sententia?

*Hi prodit Neapoli primum]* Tacitus initio anni DCCVII lib. 15.

*Si paullulum subbibisset, aliquid — promisit]* Verba Neronis, εἰς μικρὸν ἐποπία, ἐπέπικυόν τι τουθορύσω. Recte enim Turnebus lectionem multorum codd. *sufferti*

aut *suffertim* explicat Graeca voce *στέπνονον*. Vide Plutarchum de Musica, et Martianum Capellam lib. 9. et si possumus etiam Graecam vocem accipere, ut apud Homerum *πυκνὸν ἔπος*, et apud Pindarum *πυκνὰί Φρένες*. At multi veteres libri non *sufferti*, sed *sufferi* legunt. Id esset *ὑπάγειόν τι*: in quo tamen Suetonium vertentem *sufferum* non nimis probarem: maluissem enim ad verbum vertens dicere, *aliquid subrustici*.

*Modulatis Alexandrinorum laudationibus*] Vide lib. 2. ad c. 98.

*Qui de novo commeatu Neapolim confluxerant*] Quid sit commeatus, docuimus ad lib. 2. c. 98. Tacitus Annal. lib. 14. c. 33. Suetonius Londinium perrexit, cognomento quidem coloniae non insignis, sed *copia negotiatorum et commeatuum maxime celebre*.

*Quinque amplius millia e plebe — elegit*] Dio apud Xiphilinum: Ἦν τι καὶ ἴδιον αὐτῷ σύστημα ἐς πεντακισχιλίους στρατιώτας παρεσκευασμένου. Αὐγούστειοί τε ὠνομάζοντο, καὶ ἐξῆρχον τῶν ἐκλήνων· ἠναγκάζοντο δὲ σφίσι καὶ ἄλλοι πάντες καὶ ἄκουτες πλὴν τοῦ Θραπέα ἐμβοῶν. Vide infra c. 25.

*Plausuum genera condiscerent*] Erat enim plausuum ars quaedam. Ovidius de Arte, 1, 113.

*In medio plausu (plausus tunc arte carebat)*

*Rex populo praedae signa petenda dedit.*

*Bombos*] Quid sit βομβεῖν et βόμβος, notum omnibus Graecarum litterarum non ἀμύητοις: hic vero *bombus* secundae et faustae acclamationis genus est. Sic accipiunt et Graeci scriptores. Philostratus in Alexandro Seleucensi: Εὐσταλῆς δὲ οὕτω τοῖς Ἀθηναίοις ἔθοξεν, ὡς καὶ βόμβον διελάθειν αὐτοῦ ἐτι σιωπῶντος, ἐπαινεσάντων αὐτοῦ τὸ εὖσχημον. Themisius ille re et cognomento Euphrades, initio orationis, cui titulus Sophista: Ἄρα οἷ-εσθέ με, ὦ ἄνδρες, ἐπιθεῶς ἔχοντα ἐτι κρότου τε καὶ ἐμβουβήσεων, ὧν θαφιλῶς μοι εἰώθατε χορηγεῖν ἐκάστοτε, ὅταν λέγω. Paulo aliter Martianus Capella lib. 2. Sed

ecce magno tympani crepitu crotalorumque tinnitu universa disfultant, eo usque ut Musarum cantus aliquanto bombis tympani obtusior redderetur. Utitur et alibi. Agathias Scholasticus: Αὐτῆς Μελπομένης βόμβον ἀπεπλάσαστο. Sed et Nero ipse eam vocem usurpavit, quum cecinit, *Torva Mimalloncis implerunt cornua bombis*. Qui versus cum ceteris, qui apud Persium Sat. 1, 99. habentur, satis indicant, quantum Nero modulatis carminibus et ῥυθμικαῖς ἐμβοήσεσι delectaretur: quando etiam in versus, quos componebat, rhythmum admisit, ut pluribus exponimus ad Persium. Observabamus apud Eriphanium, vocem βόμβησις poni pro inconcinnitate quadam orationis, ut quum bis eadem vox ponitur in eadem periodo: cui inconcinnitati sive asperitati ipse opponit λειότητα, id est, laevitatem et comptum dictionis. Sic ille de LXX interpretibus loquens in libello de mensuris: Ἄντι τοῦ εἰς δύο τόπους κείσθαι τὸ ὄνομα τοῦ ἔτους, ἐνὶ τόπῳ χρῆσάμενοι, τὴν δοκοῦσαν εἶναι βόμβησιν εἰς λειότητα μετέβαλον.

*Et imbrices*] Sic appellatum est plausus genus ad similitudinem crepitantis super tegulas pluviae: eum sonitum voce καχλάζειν eleganter exprimit Lycophron in diluvii descriptione, vs. 79.

Ὅτ' ἠμάθυνε πᾶσαν ἀμβρήσας χροῖον  
Ζηνὸς καχλάζων νασμός.

De eodem et Sophocles:

— — — — Κ' ἂν ὑπὸ στέγη  
Πυκνᾶς ἀκούειν ψευδὸς εὐδουση Φρενί.

*Et testas vocabant*] Puto ad similitudinem crepitus, quem edebant collis testis. Aristophanes Ranis, act. 5. sc. 2, 49. — Πούστιν ἢ τοῖς ὀστράκοις Αὐτὴ κροτοῦσα. Juvenalis sat. 11. vs. 169. — *audiat ille Testarum crepitus*. Similis et illa ὄξυβάφω μουσική, cuius ante fecimus mentionem: fortasse etiam imbrices talem aliquem usum habuerunt, et locum crepitaculorum non minus quam testae, couchae, acetabula, et id genus alia

praebuerunt: quod si est, non aliunde peti ratio debet, cur plausuum certum genus *imbrices* appellarint.

*Insignes pinguiſſima coma*] Graeci una voce λιπαροπλοκάμους.

*Nec sine annulo laevis*] Scriptura Viterbienſis, *volis* pro *laevis*: Cuiacii, *fortis*: neutrum recte.

*Quadrageſa millia HS. merebant*] Memmii et Pithoei codd. *quadringena millia ſeſtertia merebant*.

Cap. 21. *Flagitantibusq. cunctis caeleſtem vocem*] Ita vulgo appellabant, et ita Nero appellari voluit. Tacitus de accuſatione Thraſeae Paeti: *Quin et illa obiectabant, nunquam pro ſalute principis aut caeleſti voce immolaſſe*. Philoſtratus lib. 4. Ἀργότερον ἀκρωμέων ὁ μὲν ἀσεβεῖσθαι Νέρωνα ὑπ' αὐτῶν ἔφασκε, καὶ πολεμίους τῆς θείας Φωνῆς εἶναι. Dio vertit τὴν ἱερὰν Φωνήν.

*In hortis ſe copiam volentibus facturum*] Intelligo hortos circa Tiberim, publice populo relictos a Iulio Caefare. Is locus inſtar minoris theatri fuit iis, qui ſe praepararent Pompeiano, aut quibus in illo eſſe locus, quamcunque ob cauſſam, non potuerat. Plin. lib. 27. c. 2. *Idem conſularis in reliquis generis eius quantum voraverit, licet exiſtimare ex multitudine: quae tanta fuit, ut auferente liberis eius Nerone Domitio, theatrum peculiare trans Tiberim hortis expoſita occuparent: quod a populo impleri, canente ſe, dum Pompeiano praeludit, etiam Neroni ſatis erat*.

*Non dubitavit etiam priv. ſpectaculis — dare*] Recte hunc locum Torrentius interpretatur de ſpectaculis etiam magistratum: nam principis reſpectu omnes privati cenſentur. Sic Tacitus Agricolaſum variis functum magistratibus *privatum* vocat: et Plinius epiſtola quadam ad Voconium, *conſulatum*, ait, eſſe *ſaſtigiū ſummum privati hominis*. Herodiano quoque magistratus *ιδιωται* nominantur, quum ait lib. 7. Αἱ βάρδοι ἐδαΦνηφόρου, ὅπερ ἐſτὶ σύμβολον εἰς τὸ διαγνώσθαι τὰς βαſιλι-

καὶ ἀπὸ τῶν ἰδιωτικῶν. Sic *privatum* accipio etiam apud Lampridium in Elagabalo c. 23. *Fertur*, inquit, *iunctisse camelos quaternos ad currus in circo, privato spectaculo.*

Quodam Praetorum HS. decies offerente] Male, qui prebant lectionem quorundam librorum veterum praetorio: est enim ineptissima. Iuvenalis Sat. 8, 149. *Nec dubitant Celsi Praetoris vendere ludis.*

Cap. 22. *Plurimusque. — de circensibus erat]* Auctor libri de caulis corruptae eloquentiae c. 29. *Iam vero propria et peculiaris huius urbis vitia, paene in utero matris concipi mihi videntur, hisirionalis favor, et gladiatorum equorumque studia: quibus occupatus et obsessus animus quantum locum bonis artibus relinquit? quotumquemque inveneris, qui domi quidquam aliud loquatur? quos alios adolescentulorum sermones excipimus, si quando auditoria intravimus? nec praeceptores quidem ullas crebriores cum auditoribus suis fabulas habent.* Lucianus in Nigrino: Ἡδὲ τοῦτον ἀποστὰς, τῶν ἄλλων αἰθρῆς ἀνθρώπων ἐμέμνητο, καὶ τὰς ἐν τῇ πόλει ταραχὰς διεξήει, καὶ τὸν ὠδισμὸν αὐτῶν, καὶ τὰ θεάτρα καὶ τὸν ἱππόδρομον, καὶ τὰς τῶν ἡμιόχων εὐδονίας, καὶ τὰ τῶν ἱππῶν ὀνόματα, καὶ τοὺς ἐν τοῖς στεναπαῖς περὶ τούτων διαλόγους. Iuvenalis eandem ἱππομανίαν sic notat Sat. 8, 156. — *iurat Solam Eponam et facies olida ad praesepia pictas.*

*Obiurgante magistro]* Viterb. et Cuiacii, *obiurg. paedagogo.*

*Eburneis quadrigis quotidie in abaco luderet]* Satis constat, hoc genus lusus expressisse in abaco circensium simulacrum: nam ea manifesto meus est Suetonii. Huc refer. quod de Elagabalo narrat Lampridius, eum sibi in triclinio quadrigas pransuantem et coenitantem semper exhibuisse. Fortasse etiam ad hanc παιδικὴν pertinent illa Lucani in Paenagyrice ad Calpurnium Pisonem:

— — — — *hic ad maiora movetur,*  
*Ut citus et fracta prorumpat in agmina mandra,*  
*Clausaque, deiecto populetur moenia vallo.*

*Commeabat secessu]* Viterb. *secessu commeabat.*  
 Memmii et Cuiacii, *e secessu commeabat.*

*Isa die utique assuturum]* Nempe in urbe: vel  
 iuge, *assuturum:* ut ad domesticos referatur, qui cum  
 eo in secessu erant: quos ille fallebat et ad omnem sa-  
 mam vel minimorum circénsium delerebat.

*Univerforum se oculis in circo maximo praebuit]*  
 Plinius longe modestiorem facit: *quum ipse,* ait, *auri-*  
*gaturus esset introducta opificum turba.* lib. 53.

*Omnes citharoedorum coronas ad ipsum mittere]*  
 Tamquam videlicet ad deum Musices et Apollinem no-  
 vum Μουσῶν προστάτην.

*Et studiis suis dignos]* Ita Nero, ita eius adulator-  
 res soliti loqui. Tacitus notat 16. Annal. 4. *Mox flagi-*  
*tante vulgo, ut omnia studia sua publicaret, (haec*  
*enim verba dixerē,) ingreditur theatrum.*

Cap. 25. *Quae — sunt cogi in unum annum]*  
 Exempli gratia, Olympicum agonem, qui ex veteri insti-  
 tuto priore anno celebrari debebat, iussit differri ad su-  
 um adventum. Philostratus lib. 5. c. 2. Πατρίου μὲν  
 γὰρ τοῖς Ὀλυμπίοις τοῦ Πέρυσιν ἐνιαυτοῦ ὄντος, ἐκέλευ-  
 σε τοὺς Ἡλείους Νέρων ἀναβαλέσθαι αὐτὰ ἐς τὴν ἑαυτοῦ  
 ἐπιδημίαν, ὡς ἐκείνῳ μᾶλλον ἢ τῷ Διὶ θύσοντας. Euse-  
 biius in Chronico: *Olympias CCXI non est acta, Nerone*  
*in suam praesentiam differente.*

*Olympiae quoque — agona commisit]* Neque  
 enim Olympiae agone musicus solitus celebrari. Philo-  
 stratus ibid. Ἐκέλευσε τοὺς Ἡλείους Νέρων τραγωδίαν  
 ἀπαγγεῖλαι καὶ κωμωδίαν, οἷς μήτε θεατρὸν ἐστὶ, μήτε  
 σκηνὴ πρὸς τὰ τοιαῦτα, στάδιον δὲ αὐτοφύεος καὶ γυμνὰ  
 πάντα. Idem de Isthmico agone refert Lucianus.

*Quum — a liberto Helio admoneretur]* Argumen-  
 tum istarum Helii epistolarum, (plures enim scripsit) indi-

cat Dio, qui narrat, coactum eum tandem venire in Graeciam, quum frustra saepe illum per litteras de coniuratione urbica fecisset certiore. De hoc Helio accipe verba Aeliani apud Suidam: Ὁς ἦν (nempe Ἡλιος) Νέρωνος ἀπελεύθερος, ἀπολειψθεὶς μελεδωνός τῶν ἐν Ῥώμῃ καὶ ἔφορος, ὅτε Νέρων ἐς Αἰγαίαν ἐξωρμήθη.

*Quam autem trepide anxieque certaverit*] Philostratus lib. 5. c. 2. Δέδιεν ὁ χρηστός Νέρων τὰς Ἡλείων μάστιγας· παρακλυευσόμενων γὰρ αὐτῷ τῶν πολέμων νικῶν τὰ Ὀλύμπια, καὶ ἀνκηρύττειν τὴν Ῥώμην, Ἦν γε, ἔφη, μὴ βασκῆνῳσι Ἡλεῖοι· λέγονται γὰρ μαστιγοῦν καὶ φρονεῖν ὑπὲρ ἐμέ. Vide Tacitum.

*Iudices autem — reverentissime alloquebatur*] Ita fuit moris. In veteri epigrammate Pantomimo in Catal. Pith. p. 157.

*Ingressus scenam populum saltator adorat,  
Solerti pendet prodere verba manu.*

Neronis vero in scenam prodeuntis illa vox fuit, Κύριοί μου εὐμενῶς μου ἀκούσατε. Auctor Dio.

Cap. 24. *Nunquam excreare ausus*] Haec theatro reverentia praestabatur ab histrionibus, tamquam templo: in templis enim excreare aut mungere nefas. Arrianus in Epicteto lib. 4. c. 11. Οὐχ ἤξεις κηθαρός, ἵνα σοι χαίρωσι οἱ συνόντες, ἀλλὰ καὶ εἰς τὰ ἱερά ἡμῶν στείρηχῃ τοιοῦτος ὅπου πτύσαι οὐ νερόμισται εὐδὲ ἀπομύξασθαι ὄλος ὧν πτύσμα καὶ μύξα.

*In quodam tragico actu — resumpsisset*] Constat ex lectione veterum Graecorum, histriones in scenam prodeuntes, semper in manu baculum habuisse: erat enim ornatus histrionici pars illa necessaria. Quot autem erant diversae ornamentorum species, tot genera diversa baculorum: differebant enim et forma et materia pro argumento fabulae, quae docebatur: in tragoediis qui regem saltabant, pro baculo sceptrum gerebant. De eo accipiendus hic locus, ut declarant illa verba, *in tragico actu*: nam, in tragoediis reges semper induceban-



tur: quam personam sustinere quis dignior Nerone? Iuvat hanc interpretationem Philostratus scribens de Nerone lib. 5. Καὶ τὰ μὲν Κρέοντος καὶ Οἰδίποδος οὕτως ἐξυκριβοῦν, ὡς δεδιέναι μὴ που λάθοι ἀμαρτῶν θύρα, ἢ στολῆς, ἢ σκῆπτρου, ἐαυτοῦ δὲ οὕτως ἐκπίπτειν, ὡς ἀντὶ τοῦ νομοθετεῖν, νόμους ἔδειν. Videtur allusisse ad hanc confusionem Neronis post elapsum baculum: ac possumus suspicari ex hoc Philostrati loco, quando id accidit, saltasse Neronem, vel Oedipum, vel Creontem. De baculis histrionum habes apud Eustathium, Pollucem, Plutarchum, Laertium, aliosque plurimos.

*Victorem autem se ipse pronuntiabat*] Contradicit expresse Dio lib. 63. p. 721., qui usum narrat praeconio Cluvii Ruli, viri consularis. Praeconii formulam apponit idem, τὸ δὲ δὴ κήρυγμα ἦν· ΝΕΡΩΝ ΚΑΙΣΑΡ ΝΙΚΑΙ ΤΟΝΔΕ ΤΟΝ ΑΓΩΝΑ ΚΑΙ ΣΤΕΦΑΝΟΙ ΤΟΝ ΤΕ ΤΩΝ ΡΩΜΑΙΩΝ ΔΗΜΟΝ ΚΑΙ ΤΗΝ ΙΔΙΑΝ ΟΙΚΟΤΜΕΝΗΝ.

*Et praeconio ubique contendit*] Erant enim Olympiae et aeneatorum et praeconum agones. Pausanias Eliacorum lib. priore: "Ἔστι δὲ βωμὸς ἐν τῇ Ἄλτει τῆς εἰσοδοῦ πλησίον τῆς ἀγούσης εἰς τὸ στάδιον· ἐπὶ τούτου θεῶν μὲν οὐδενὶ θύουσιν Ἕλεῖοι· σαλπικηταῖς δὲ ἐφεστηκόσιν αὐτῷ καὶ τοῖς κήρυξιν ἀγωνίζεσθαι κατέστηκε. Erant et alis in locis, ubicunque Graeca certamina edebantur. Seneca epist. 76. *Theatrum Neapolitanorum factum est: et hoc ingenti studio, quis sit pithaulus bonus iudicatur. Habet tibicen quoque bonus et praeco concursum.*

*Ac ne cuius alterius hieronicarum — usquam*] Omnes veteres istorum statuas ex omnibus fere Graeciae partibus, Rhodo excepta, fuisse a Nerone sublatas, narrat Dio Chrysostrmus in Rhodiaca: eum vide.

Cap. 25. *Distinctaque stellis aureis chlamyde*] Olympionicae olim amicti veste ἀνθινῆ, ut Graeci vocant. Lucianus Demonacte, aliique. Ceterum ad hunc

Neronis triumphum pertinet vetus Diodori Sardiani epigramma, quod de reditu eius in urbem ex Graecia fecit:

Αιγυβότου Σαύροιο λιπών πέδον Ἴλιον ἔπλω  
 Τίος Ἀχιλλεΐδης πρόσθε Νεοπόλεμος.  
 Τοῖος ἐν Αἰνεσίῃσι Νέρων ἀγός ἔστυ Ῥέμοιο  
 Νεῖται, ἐπ' ἀκυρόην θύμβριν ἀμειψάμενος,  
 Κοῦρος ἐτ' ἀσπιγένοιον ἔχων χυρόν· ἀλλ' ὁ μὲν ἔγχει  
 Θῦεν· ὁ δ' ἀμφοτέροις καὶ δορὶ καὶ σοφίῃ.

*Incedenti passim victimae caesae]* Vide quae notamus ad lib. 4. c. 15., quibus, si lubet, adde Ovidii hos locos: in epistola Paridis Helenae vl. 351.

*Ibis Dardanias ingens regina per urbes:  
 Teque novam credet vulgus adesse deam.  
 Quaque feres gressus adolebunt cinnama flammae:  
 Caesaque sanguineam victima planget humum.*

Metamorph. 15, 752. de nave, quae serpentem Epidaurium ferebat:

*Quaque per adversus navis cita ducitur undas,  
 Ihura super ripas, aris ex ordine factis,  
 Parte ab utraque sonant, et odorant aera fumis:  
 Ictaque coniectos incalfacit hostia cultros.*

*Ingestaeque aves ac lemnisei et beilaria]* Vetus-  
 sissimus mos fuit, victores in ludis, harum similiumque  
 rerum iniectio honorare. Clemens Alexandrinus Pae-  
 dagogi lib. 2. c. 8. in huius consuetudinis mentione gra-  
 viter corruptus est: ita enim hunc illius locum ediderunt  
 docti viri: Ἐν δὲ τοῖς ἀγῶσι πρῶτον ἢ τῶν ἀθλητῶν δό-  
 σις ἦν· δεύτερον δὲ ὁ ἐπαγερμός· τρίτον ἢ Φυλλοβολία·  
 τελευταῖον ὁ στέφανος ἐπίδοσιν λαβούσης εἰς τρυφήν τῆς  
 Ἑλλάδος μετὰ τὰ Μηδικά. Illustris sane locus: quem eo  
 libentius emendabimus, quia scimus, frustra id ante nos  
 tentatum a doctissimis viris Mercuriali et Fabro. Sed  
 dubium non est, legendum esse, πρῶτον ἢ τῶν ἀθλων δό-  
 σις ἦν· δεύτερον δὲ ὁ ἐπαγερμός· quid enim est ἀθλητῶν  
 δόσις? Vox vero ἐπαγερμός nihil hic plane, quod ad rem  
 faciat, significare potest. Sensus horum verborum est:

antiquissimis temporibus solita proponi ἄθλα certatori-  
 bus, cuius rei apud Homerum et Virgilium et antiquis-  
 simos quosque scriptores testimonia multa sunt. Desisse  
 deinde dari ἄθλα, inque eorum locum successisse ἐπαγερ-  
 μόν, id est, morem eum, quo athletae munuscula a sin-  
 gulis spectatoribus colligerent: verum deficiente ea con-  
 suetudine, institutam Φυλλοβολίαν, hoc est, *florum asper-*  
*ginem*, ut Tertullianus vertit in libro de resurrectione car-  
 nis (Apuleius more suo ἐλληγίζων, *iacula floris ferti et*  
*soluti*, ut saepe Graeci βολὰς ἀνθέων καὶ στεφάνων)  
 novissime coronas esse inventas, quae loco iam dictorum  
 athleticis donentur. Haec Clementis mens est: qui non  
 hoc voluit, coronis inventis cetera desisse esse in usu:  
 sed minus usurpari tantum: alioquin Clementem refel-  
 lant omnes uno ore Graeci Latiniq̄ue scriptores. Porro  
 scribendum esse ἄθλων δόσις, non ἀθλητῶν, arguunt ma-  
 nifesto, quae Suidas notat in voce περιαγείρεσθαι, locum  
 Platonis explicans. Recte etiam ἐπαγερούς emendare  
 nos, et qualia fuerit is mos, quid item Φυλλοβολία,  
 declarat eximie vetustissimi scriptoris Eratosthenis locus,  
 quem ex Euripidis scholiaste descriptum, lubet attexere:  
 sic igitur ille vl. 574. Πάλαι χωρὶς ἀθλων ἀγωνιζομέ-  
 νων ἀνθρώπων, τῷ νικῆσαντι κατὰπερ ἔρανον εἰσφέρου-  
 τεσ, ἐρρίπτον τῶν θεατῶν, ὅπως ἕκαστος εὐπόρει· διὸ δὴ  
 σύνηθες ἐγένετο, κύκλῳ περιπορευόμενον ἐπαγείρειν καὶ  
 λαμβάνειν τὸ διδόμενον· οἱ μὲν οὖν ἐμπορευόμενοι, διάφο-  
 ρα ὄωρα (addendum verbum ἐδίδοσαν) τῶν λοιπῶν, οἱ  
 μὲν ἐγγύς κατ'ἤμενοι, στεφάνους ἐπετίθεσαν· οἱ δὲ ἀνω-  
 τέρῳ, τοῦτο ὅπερ ἦν λοιπὸν ἔβαλλον τοῖς ἀνθεσι καὶ  
 φύλλοις· καὶ νῦν μὲν ἐπὶ τοὺς ἐπιφανῶς ἀγωνιζομένους  
 προβάλλουσι ζώνας, πέταλα, χιτωνίστους, πετάσους, κρη-  
 πίδας· διὸ σύνηθες κύκλῳ περινοστοῦντας ἀγείρειν τὰ δι-  
 δόμενα· ἕως μὲν οὖν ἐν ἀγώνισμα (sic scribendum, non  
 ἐναγώνισμα) κατὰ τὴν Ὀλυμπίαν ἦν, δαψιλῆς ἐγένετο ἡ  
 τῶν δωρεῶν δόσις· πολυπλασιαζομένου δὲ τούτου (ita  
 emendamus vulgatam lectionem) ταῦτα ἐμειοῦτο εἰς πολ-

λὰ καταμεριζόμενα· καὶ τέλος ἡ Φυλλοβολία κατελείφθη. Hactenus Eratolihenes: ex cuius verbis intelligimus, non flores tantum, sed alia omnis generis munuscula, quae ad manum aderant, solita conici, ut *zōnas*, *πέταλα* (ea vox vel pileum vel fasciam hoc loco significare videtur, vel laminas iis similes, de quibus Plinius lib. 21. c. 2.) *tunicas*, *petasos*, *crepidas*, et similia his. Idem factum adversus omnes, quos honore auctos volebant. Suidas de Dracone legislatore scribit: Οὗτος εἰς Αἴγιον ἐπὶ νομοθεσίαις εὐσημούμενος ἐν τῇ θεάτρῳ ἐπιβριψάντων αὐτῷ τὴν κεφαλὴν πετάσους πλείονας, καὶ χιτῶνας καὶ ἱμάτια, ἀπεπνίγη. Apud Aelianum in festa historia, qui Alexandro gratulantur post sanata vulnera, οἱ μὲν ταινίαις αὐτὸν βάλλουσιν. οἱ δὲ ἄνθεσιν. Iamblichus de amatoribus Simonidis et Rhodani: Ἐβριμμένων δὲ παρὰ τὴν ὁδὸν τοῦ τε Ῥοδίου καὶ τῆς Σιναιίδος, ὁ στρατὸς παρερχόμενος ὡς ἐπὶ νεκροῖς, κατὰ τὸ πάτριον ἔθος οἱ μὲν χιτωνίστους ῥιπτοῦντες ἐκάλυπτον· ἄλλοι δὲ ἄλλο τι τῶν προσόντων, καὶ κρεῶν δὲ μέρη καὶ ἄρτου ἐπέβριπτον. Ex hoc igitur more Neroni ingeruntur inter alia lemmisci et bellaria. Sic apud Paulaniam in Messenicis, Aristomeni ex proelio reduci et Andaniam ingredienti, mulieres ταινίας καὶ τὰ ὠραῖα ἐπιβάλλουσι. Livius lib. 33. c. 19. de Flamínio Graeciam liberante: *Ludis dimissis, cursu prope omnes tendere ad Imperatorem Romanum: ut ruente turba in unum adire, contingere dextram cupientium coronas lemmiscosque iacentium, haud procul periculo fuerit.* Dionysius Halic. lib. 11. de funere Virginiae: Ἐξεπήδων ἐκ τῶν οἰκιῶν γυναῖκες τε καὶ παρθέναι. τὸ πάθος ἀποδυσόμενοι· οἱ μὲν ἄνθη καὶ στεφάνους βάλλουσαι κατὰ τῆς κλίνης· αἱ δὲ τελαμῶνας ἢ μίτρας· αἱ δὲ ἀθύρματα κόρης (suspecta vox, et, ut puto, tollenda) παρθευικά, καὶ πού τινες καὶ πλοκάμων ἀποπειράμενοι βοστρύχους. De lemmiscis Plinius, Hesychius et Festus, cuius verba adscribam, quomodo ea scripta reperi in ora codicis Viterbiensis ad hunc locum. Festus: *Lemmisci*

*sunt fasciolarum purpurearum dependentes ex coronis. Solebant enim veteres coronas fasciis laneis ex purpura alligatas donare.* Theocritus describit eleganter Idyll. 2, 121. Κρατὶ δ' ἔχων λεύκην Ἡρακλέος ἱερὸν ἔργον Πάριος τε πορφυρέησι περιζώσθησιν ἐλικτάν.

*Sacr. coronam, in cubili circum lectos posuit]* Haec illae sunt, de quibus Dio? qui auctor est, octingentas et octo super mille coronas, quas Nero aurigando meruerat, fuisse ab illo in circo appensas Aegyptiaco obelisco.

*Parceret arteriis, ac sudarium ad os applicaret]* Latini scriptores *arterias* numero multitudinis dicitant pro aspera arteria. Auctor ad Herennium 5, 12. *Lulnerantur arteriae acuta atque attenuata nimis acclamatione.* Sic apud Catonem de R. R. 158. *lienes turgent et pulmones dolent.* Sudarium ad os applicatum, illud est *σινδόνιον*, de quo Dio: Τὸς βουλευτὰς χιτώνιον τι ἐνδεδικώς ἀνθινόν, καὶ σινδόνιον περὶ τοῦ ἀσχήνα ἔχων.

Cap. 26. *Petulant., libidinem, — crudelitatem]* Solemne illud suum fervat, ut multa simul proponat, quae postea eodem ordine persequitur: nam haec est ὑπόθεσις eorum, quae narrantur omnium ad finem c. 58.

*Post crepusculum statim]* Incipit de petulantia Neronis dicere, quam pluribus describit ex Dione Xiphilinus. Iuvenalis vero, quam frequens id in urbe malum fuerit, etiam post Neronem, cuius morem iuventus nobilis retinuit, indicat sat. 3. vs. 278., ubi pericula noctis recensens,

*Fibrius, ait, ac petulans, qui nullum forte cecidit,  
Dat poenas, noctem patitur lugentis amicum  
Peleidae, cubat in faciem, mox deinde supinus:  
Ergo non aliter poterit dormire? quibusdam  
Somnum rixa facit.*

Vide eiusdem poetae sat. 8. Meminit obiter huius lasciviae Tertullianus in Apologetico c. 59. *A convivio disceditur non in catervas caesionum, neque in classes discursationum, nec in eruptiones lasciviarum.*

*Arrepto pileo vel galero*] Dio: Καὶ ἐδόκει μὲν πως λαυθάνειν· καὶ γὰρ ἐσθῆσι ποιήλαις καὶ κόμαις περιδέτοις ἄλλοτε ἄλλως ἐχρήτο· ἠλέγχετο δὲ ἐκ τε τῆς ἀπολουθίας καὶ ἐκ τῶν ἔργων.

*A quodam laticlavio, cuius uxorem attrectaverat*] Dio βουλευτὴν vocat: Ἰούλιός τις Μουττανὸς βουλευτῆς, ἀγανακτήσας ὑπὲρ τῆς γυναικὸς προσέπεσε τε αὐτῷ, καὶ πληγὰς πολλὰς ἐνεφόρησε. Melius Tacitus: *Senatorii ordinis, sed qui nondum honorem capessisset: de his iuvenibus laticlaviis notamus lib. 2. c. 38.*

*Tribunis procul et occulte subsequenteribus*] Haec est ἀπολουθία, quam ait Dio in proximo loco. Iuvenalis sat. 3. vs. 282.

— — — — *sed quamvis improbus annis,  
Atque mero fervens, cavet hunc, quem coccina  
laena*

*Titari iubet, et comitum longissimus ordo.*

Cap. 27. *Inter scortorum — ministeria*] *Ambubaiae* sunt Syrae mulieres, quae in circo aliisque locis aedilem metuentibus habitantes, duplici quaestu se sustentabant: nam et corporis sui vulgo copiam faciebant, et organa quaedam pulsare norant, quae una secum e patria, quum Romam peterent, attulerant: est enim vox Syriaca pura puta, *ambubaiae*, אַמְבּוּבַיַּא, *abbubaiae*, vel etiam אַמְבּוּבַיַּא, *ambubaiae*. Quod quum pridem doctissimus Angelus Caninius, et iudicii iuxta atque eruditionis incomparabilis Iosephus Scaliger docuerint, mirum, non potuisse extorqueri, ne doctis quidem hominibus ineptam illam priorum criticorum opinionem, *ambubaias dictas, quod circa Baias versarentur*: nam etiam Torrentio commentum illud ita placuit, ut suas ad hunc scriptorem notas hoc quasi emblemate voluerit esse vermiculatas. Quid? adeo mirum illis est visum, aut Syras crotalistras et fidicines Romae fuisse, aut barbarum instrumentum nomen in urbe retinuisse? Meminissent horum versuum Iuvenalis sat. 3. vs. 62. et mirari utrumque desinerent:

*Tampridem Syrus in Tiberim defluxit Orontas,  
Et linguam, et mores, et cum tibicine chordas  
Obliquas, nec non gentilia tympana secum  
Vexit, et ad circum iussas proficere puellas.*

Quod autem lupæ istæ Romam e Syria patria sua detulerint organa, non mirabitur, qui meminerit, eius familiarum mulieres organorum peritiam familiarem, habuisse. Itaque imperitas πεζῶς per contemptum vocabant. Hesyechius: Πεζῶς ἐταίρας ἔλεγον τὰς μισθαρνοῦσας χωρὶς ὀργάνου. Procopius in Ἀνεκδότοις: Ἐταῖρα εὐθύς ἐγγόνει, οἷανπερ οἱ πάλαι ἄνθρωποι ἐκάλεον πεζῶν· οὐ γὰρ ἀλλήτρια, οὔτε ψάλλτρια ἦν, οὐ μὴν οὐδὲ τὰ εἰς ἐρχήστραν αὐτῇ ἤσκητο, ἀλλὰ τὴν ὥραν τοῖς αἰεὶ περίπτουσι ἀπεδίδοτο μόνον, ἐν παντὸς ἐργαζομένη τοῦ σώματος.

*Insignes ganeæ — ut appelleret]* Vitellienſis et Pithoei codices ſimiliter depravati ſic legunt hunc locum, *matronarum inſitor loco paſ. imit.*, unde certum mihi, veram lectionem eſſe, quam Turnebus aſeruit, *inſitorio copas im.* vel certe, *inſitoria*, atque hoc melius. Tacitus *lupanaria* vocat in ſimili ſententia lib. 15. c. 37. *Crepidinibus ſtagni lupanaria adſtabant, illuſtribus feminis completa. Et contra ſcorta viſebantur nudis corporibus.* Quod ait Suetonius de coparum imitatione, declarant Dionis verba in paris veſaniaſ Abiti Imperatoris narratione: Ἐν τῷ Παλατίῳ οἰκημῶ τι ἀποδείξας, ἐνταῦθα ἠσέλκινε, γυμνὸς τε αἰεὶ ἐπὶ τῆς θύρας αὐτοῦ ἐστῶς, ὡςπερ αἱ πόρναι, καὶ τὸ ſυνδόνιον χρυσοῖς κρήνοις ἐξηρητημένον διασεῖων, τοὺς τε περιόντας ἀβρῆ τε καὶ κεκλασμένη τῇ Φωνῇ προεταυριζόμενος: nec reſert, quod Dio ſcorta nominat, non copas: nam ut alibi notamus, apud veteres Hebraeos, Graecos et Romanos inter copam et meretricem nihil aut parum intererat. Idem Dio lib. 46. Τοὺς ἄρτι προσιόντας σαίνων καὶ γελῶν ὡςπερ αἱ πανδοκεῦτριάι. Inde apud Apuleium *blanditiae tabernariae*. Theophrastus in Characteribus περὶ κακολογίας (quod caput, cum aliquot aliis deſcriptum

in regia illa principis Palatini bibliotheca, misit ad me Germaniae decus Marquardus Freherus, et iuris et omnis eruditionis peritissimus, eidem illustrissimo principi a consiliis) de istiusmodi copis ac prostibulis, ἀδται αὶ γυναικες ἐκ τῆς ὁδοῦ τοὺς παριόντας ἀρπάζουσι. Notabilis, quod Dio ait in eo loco, quem modo protulimus ex Abiti vita, de velo oppanfo coparum insitorio et orbiculos quosdam habente, ut adduci et reduci facilius posset: nam de eodem accipiendum apud Iuvenalem sat. 8. vs. 168.

— — — — — *Lateranus ad illos*

*Thermarum calices, inscriptaque lintea vadit,  
Maturus bello Armeniae.*

*Quorum uni mitellita quadragies IIS. — rosaria ]*

Etsi mendii manifesta haec lectio est, quia tamen constanter eam optimi tuentur codd. Viterb. Pithoei et Liffaei, non dubitavimus, vulgatam et commentitiam extrudere: praesertim quum etiam in veteri Rom. editione *constitit* habeatur, non, ut postea emendatum est, *constiterunt*: damnat idem liber Romanus et vocem *mitellita*, quae in vulgatis editionibus reposita est pro *mitellita*: *myrtelica* enim in eo scriptum. In regis item constanter, *mitellita*, et *constitit*. Mihi vero hoc loco merae tenebrae sunt, lux nulla. Nam quid vox *mitellita* significat? Turnebi valde alias probabilem explicationem destruit vox *constitit*: sic enim habent, ut iam diximus, veteres omnes codd. *Quadragies* etiam an vere scriptum? Superat fidem ea summa, et locus in Vitellio simillimus c. 15. falsi insimulare eam γραφήν videtur. At contra scripturam librorum hic firmat non mediocriter locus Senecae hic ex epist. 95. *Quid est coena sumptuosa flagitiosius, et equestrem censum consumente? Quid tam dignum censoria nota, si quis, ut isti ganeones loquuntur, sibi haec et genio suo praesiet? Tricies tamen sestertium adiciales coenae frugalissimis viris constiterunt.* Veri autem Imperatoris con-



vivium ab auctoribus vitae eius describitur, aestimatum sexagies centenis millibus HS. Postremo, quid est *ab-  
sortio rosaria*, aut, ut alii codd. habent, *ab Syrtio*? Si coniecturis uti licet, non verebor somnium meum referre. Vilum enim aliquando sic esse referendum, servatis ex parte antiquae Romanae editionis vestigiis, *quorum uni myrti trichila, CCCC HS. conficit: alteri pluris aliquanto ab Aegypto rosaria. Trichilas* Latini vocant umbras, quae nobis adhuc vernaculo idioma te *treilles* dicuntur. Similes apud Firmicum, *porticus virides in circulum flexis vitibus*: in iis parandis magnas fecisse impensas, qui nepotinis sumptibus delectabantur, testimonio fuerit similis nonnihil locus in vita Caligulae, c. 58. Vopiscus de Carino homine omnium contaminatissimo, *Rosis Mediolanensibus et cubicula et triclinia stravit*. Multa Iulius Capitolinus in Nero. Rosas aliosque multos flores inde usque ab Aegypto aut Africa peti solitos a coronariis, (quos Philostratus epistola quadam *ἀνθοφόρους* vocat) abunde testatur (ut Athenaeum aliosque taceam) Martialis epigr. 80. lib. 6. Possis et a *Paesto rosaria* scribere: notissima sunt ex poetis Paesti rosaria. In Memmii et Lillaei codd. et antiquis editionibus nonnullis desideratur verbum *absortio*, vel, ut alii libri habent, *absirtio*: neque vero nobis displiceat loco illorum scribere, *aspergio rosaria*. Ita referemus ad artificium rigandi triclinia per filvanos aut fistulas, quae si ex auro vel argento (ut quibusdam mos fuit) erant factae, facile seram in praecedentibus verbis *quadrages* scribi. Adiuvat hanc sententiam historia, quam Plutarchus refert de Othione, qui quum Neronem exciperet convivio, λέγεται πολλαχῆθεν ἀργυροῦς καὶ χρυσοῦς πρόβλλειν ἄφνω σωλήνας, ὡς περ ἕδιον τὸ κύρον ἐκχέοντας καὶ κατακλύζοντας, id est, *argenteos aureosque tubos multis locis repente emisisse unguentum instar aquae effundentes omniaque rigantes*. Regia exemplaria partim ita scribunt, *alteri pluris aliquanto rosaria*: partim ista verba non agnoscunt.

Cap. 28. *Super ingenuorum paedagogia*] Iuvenalis 10. Sat. 308.

*Nec praetextatum rapuit Nero loripedem; nec Strumosum, atque utero pariter gibboque tumentem.*

*Puerum Sporum*] Quem mutato nomine Sabinam dixit, ob similitudinem formae: Dio, Zonaras, Suidas: vel Poppaeam, altero Sabiniae uxoris defunctae nomine: ita Plutarchus in Galba; apud quem male scriptum Ποππαίων προσηγόρευσε: nam Ποππαίων debuit: praeter historicos multa de hoc inaudito monstri istius facto Dio Chryſostomus in ea de pulchritudine.

*Cum dote et flameo*] Martialis lib. 12. epigr. 42. de Callistrato et Afro.

Cap. 29. *Quatenus ferae*] Viterbientis: quo *ferae*, ut in editis a Rob. Stephano.

*Invaderet*] Clarius Dio. Atque utinam neuter tam aperte: malle enim consuluissent ambo pudori, quam περιεργία legentium.

*Et quum affat. defaevisset, conficer.* — *liberto*] *Confici* accipe hic, ut περιίνειν et περιίνεσθαι apud Graecos. Laertius lib. 2. in Menedemo, sec. 127. Μειράκιου καταδρατυνομένου, εἶπε μὲν οὐδενί· λαβάν δὲ κάρφος, διέγραφεν εἰς τοῦδαφος περινομένου σχῆμα· ἕως ὁρώντων πάντων συνὲν τὸ μειράκιον τῆν ὕβριν, ἀπηλλάχθη. Idem in Arcesilao et saepe alibi. Non igitur audiamus doctissimum virum, qui in novis Semeliribus, vel *conficerentur* scribi voluit, vel *concoqueretur*: quarum emendationum altera manifesto falsa, altera non necessaria et vana: nam verum est, *conficere* esse περιίνειν. Capitolinus Maximin. 4. *potes tricies mulierem persficere.*

Cap. 30. *Octingena nummum millia* — *erogavit*] Codices Grossetianus et Viterbientis: in hoc vero amplius haec verba annotata ante τὸ *octingena* in margine quidem, sed quasi inferi contextui debuerint, reperi, *in una elotione*, forte pro, *una donatione*, ut lib. 2. c. 30.

*Quadringenis in punctum HIS., aleam lufit*] Ex-  
posuimus ad lib. 2. c. 71.

*Nunq. carrucis minus mille fecisse iter traditur*] Perfarum fuit haec luxuria, et regum Syriae, de quibus multa Athenaeus commemorat variis locis. Plutarchus de Sarena, qui Crassum debellavit: Ἐξήλauanεν, ait, καὶ ἑαυτὸν αἰεὶ χιλίαις σκένοςφορούμενος καμήλοις, καὶ διακοσίαις ἀπήνας ἐπήγετο καλλακιδῶν.

*Soleis mularum argenteis*] Graeci similiter ὑποδήματα ἵππων vocant, ut Arrianus in Disertationibus lib. 3. c. ultimo. Sic apud Aristotelem καμήλους εἰς πόλεμον ἰούσας ὑποδέειν καρβατίναις Histor. animalium lib. 2. ut *calceare mulas* nosier in Vespasiano c. 35. Xiphili-  
nus σπαρτία in simili sententia nominat. Ἡ Σαβίνη, inquit, αὐτῇ οὕτως ὑπερετρέφησεν, ὥστε τὰς ἡμίονους τὰς ἀγούσας αὐτὴν ἐτίχουσα σπαρτία ὑποδεῖσθαι. Proprie σπαρτία dicuntur funiculi, quibus calcei confuuntur aut colligantur: unde apud Athenaeum ὑποδήματα ἐνημμένα σπαρτίαις σαπροῖς: sed et integra calceamina Hispanis conliebant e sparto, in pastorum ὄρειβατῶν usum: quorum meminit Plinius c. 2. lib. 19. Similia istis erant et mularum σπαρτία. Apud Columellam lib. 6. c. 22. solea sparteae aegri bovis pes induitur. Leo Africanus lib. 3. in Fessae urbis descriptione: *Quosdam*, ait, *reperias*, qui *sportas certosque funiculos parant, quos Africani equorum pedibus addere solent.*

*Cum Mazacum turba et curforum*] Ita editum in antiquissima editione Lugdunensi aliisque melioris notae, non *hamaxicorum*, ut in ceteris. Confirmant lectionem, quam secuti sumus, omnes vett. Mss. et prima quoque editio: etsi in omnibus perperam syllaba *cum* sequenti dictioni inhaeret. Quare merito Turnebus eam lectionem est amplexus et interpretatus in Adversariis. Mem-  
mianus hoc loco varie corruptus.

Cap. 51. *Auream nominavit*] Praeter historicos et Latinos scriptores, meminit huius Dio Chrysostomus, orat. 47.

*Stagnum maris inslar — Rura insuper*] Martialis lib. 1. Spect. epigr. 2.

*Hic, ubi conspicui venerabilis amphitheatri  
Erigitur moles, stagna Neronis erant;  
Hinc, ubi miramur velocia, munera thesmas,  
Abstulerat miseris tecta superbus ager.*

*Fistulis unguenta desuper spargerentur*] Ita scriptum in Viterbienti; nec displicet: verum in Memmii, Pithoei et Grollotii *fistulatis*, quam lectionem leviter calligatam maxime probo. Legamus igitur *coenationes laqueatae tabulis eburneis versatilibus, ut flores: fistulatae, ut unguenta desuper spargerentur*. De illis coenationibus versatilibus notamus ad Athenaei lib. 4. initio.

*Eiusmodi domum quum absolut. dedicaret*] Dedicare non solum est ἀντιθέξει τῶ θεῶ, sed etiam auspiciari usum alicuius rei: quod fiebat cum solempni festiuitate: sic *dedicatio patinae*, in Vitellio c. 15. et apud alios Latinos scriptores. Idem mos olim apud Hebraeos, ut apparet Deuteron. c. 20. et Graccos. Plinius ad Traianum: *Qui virilem togam sumunt vel nuptias faciunt, vel ineunt magistratum, vel opus publicum dedicant, solent totam bulen, atque etiam e plebe non exiguum numerum vocare, binosque denarios vel singulos dare*.

*Converteretur*] Vulgo *committeretur*; eleganter: sed in ea lectione, quam reposuimus, consentiunt omnes manuscripti nostri; etiam Cuiacii.

*Fossam ab Averno Ostiam usque*] De hac sentit Statius in carmine de via Domitiana 4. Sylv. 5, 7.

*Nec frangit vada; montibusque caesis  
Induit Nero sordidas paludes.*

*Quod ubique esset custodiae*] Servant hanc lectionem Viterb. Memmii, Pithoei et Lissiaci membranae: *custodiae* sunt vincii: *quod ubique esset custodiae*, Graecum est, πάν ὅπερ ἦν ἀπαταχοῦ δεδεμένον. Tacitus 5. Histor. c. 16. *attamen suos Germanos, quod*

*roboris fuerit.* Graeci dicunt, ὅτι περὶ ἣν ὄφελος. In Cuiacii tamen libro, *quot ubique essent custodiae.* Possis etiam legere, *quod ubique esset custodiarum,* ut c. 45. *quidquid ubique exulum.*

Cap. 32. *Pro semisse dodrans cogeretur]* Scrib. *dextans ei cogeretur,* ex Viterb. Pith. et Liflaci et Memmii.

*Lo nomine essent, quo fuissent]* Scribe, vocibus transpositis, *si qui sine probabili causa eo nomine fuissent, quo essent familiae, quas ipse contingeret:* ita quidem libri: perspicue recte: nam τὸ *fuissent* libertis competit, qui obierant suum diem: at familiae manebant.

*Studiosis iuris, qui scripsissent vel dictassent ea]* Errant, qui aliter hunc locum legunt: magis, qui putant delenda verba illa, *studiosis iuris.* Quis nescit, Romanos in faciendis omnibus paullo maioris rei contractibus, itemque in scribendis testamentis, ad Iurisperitos adisse? Mitto Ciceronis multos locos. Arrianus in Epicteto c. 17. lib. 2. Ἄλλ' οὐδὲ νομιόνον τινα παρέλαβε πρόποτε τὸν ἐροῦντα αὐτῷ καὶ ἐξηγησόμενον τὰ νόμιμα· ἀλλὰ διαθήκην μὲν οὐ γράφει, μὴ εἰδὼς πῶς δεῖ γράφειν, ἢ παραλαβὼν τὸν εἰδόντα· οὐδ' ἐγγύην ἄλλως σφραγίζεται, ἢ ἀσφάλειαν γράφει· ὁρέξει δὲ χρῆται δίχα νομιῶν. B. Angullinus in Ioannem: *Qui habent caussum et volunt supplicare, quaerunt aliquem scholasticum Iurisperitum, a quo sibi preces componantur.* Sero postea has partes sibi vindicarunt tabelliones: a quibus propterea iurisperitia exigitur, Novella 66. quin etiam νομικοὶ dicti tabelliones. Suidas in Ταβελλίων.

Cap. 33. *Deniq. bustum eius confepiri — neglexit]* Principum defunctorum cineres in Mausoleum, dum fuit ibi vacuus locus, inferebant: sed busta, ubi fuerant cremati, non minus pro religiosis locis habebantur. Sic notat Strabo in descriptione campi Martii, τὸν τῆς καύστρας τοῦ Ἀγούστου τόπον diversum a Mausoleo. Ser-

vatum idem in ceteris principibus, quorum busta infiat ceterorum monumentorum et sepulcrorum fuerit. Semper autem monumenta suorum sepiebant veteres, tenuiores quidem maceria aut humili aliqua levi que materia: honestiores vero lorica e silice vel saxo aut marmore. Infra c. 50. *In eo monumento solium porphyretici marmoris superstante Lunensi ara circumseptum est lapide Thasio.* Staius in tumulo Priscillae: — — *tantas venerabile marmor Sepit opes.* Vetus epigramma in Caninium:

*Quoad vixisti, vixere omnes inter meos.  
Eundem mi amorem praestat puerilem senexs.  
Monimentum indicio est, saxo septum ac marmore.*

De eodem sepimento intelligit Virgilius in Calice:

— — *tumulus formatum crevit in orbem,  
Quem circum lapidum levi de marmore formas  
Conferit, assiduae curae memor.*

Pausanias περιουδομήν vocat 2. Eliacorum: alibi κρηπίδα, tribus, ni fallor, locis. Germanicus in epigrammate de tumulo Themistoclis, καὶ τὸ μὲν κρηπίδα περιγραφε Περσικὸν ἄρη. Ita Dio quoque lib. 51. dixit τῆν κρηπίδα τοῦ Ἰουλιεῖου ἡρώου: male interpretes *basim* verunt: cur non Graecam vocem retinuerunt, ut apud Iuvenalem et Marcellinum, *crepido pontis*? Sane κρηπίς et βᾶσις, δις διὰ πασῶν. Macer lege 57. Dig. De religiosis, etc. *monimentum sepulcri* definiens, illiusmodi κρηπίδας intelligit.

[*Impunitatem*] Peccant, qui *immunitatem* censent scribendum: nam Locustia ante beneficii damnata fuerat, ut ait Tacitus: ac licet poenae exactae non fuerunt, impunitatem tamen non ante meruerat.

Cap. 34. *Abductaque milit. et German. statione*] *Milites ἀπλῶς* in historia Romana sunt cives, qui erant in numeris: vel praetoriani, ut hoc loco. Tacitus lib. 15. c. 18. *Cognitum id Neroni, excubiasque militares, quae ut coniugi Imperatoris olim, tum et ut matri ser-*

vabantur, et Germanos super eundem honorem custodes additos digredi iubet: vel legionarii, ut alibi docemus accipiendam vocem στρατιώτας apud Lucam in Actis c. 25. inemate 25., ubi optime Syrus paraphrastes pro ea voce posuit, Romanos: iis adiunguntur δεξιολάβοι. Quos eodem interprete auctore censemus fuisse iaculatores, puta Cretenses aut ex alia qua gente, inter auxiliares legioni cuique adiunctos, militantes. Sed haec melius ad Polybium.

*Tractans lanuginem eius — iam grandis natu]*

Est, qui malit, iam grandibus natu, non displicet.

*Nam necdum defunctae bona invasit]* Praedia fuerunt ad Baias et ad Ravennam: in quibus mox Nero ganeas insignes et ἡβητήρια instituit. Sic lego apud Dionem, non, ut est editum, νικητήρια.

Cap. 55. *Poppaeam Sabinam]* In optimis libris, nostro et Memmii ac Pithoei, constanter *Pompeia* haec nominatur, ut apud Plutarchum et alios quosdam Graecos, Πομπαία.

*Indicem subiecerit, qui stupratam a se fateretur]*

Viterb. qui fingeret, dolo stupratam a se fateretur.

*Per vim constuprasset]* Omnes nostri libri *conspurcasset*.

*Rufinum Crispinum]* Codex Pithoei, *Rufrium*.

*Servis ipsius demandavit]* Viterb. *servis suis*.

Cap. 56. *Stella crinita quae — vulgo putatur]*

Ptolemaeus in Carpo: Οἱ κομηῆται ἢν Φανῶσιν ἐν κέντρῳ βασιλέως τινός, τελευτήσῃ ὁ βασιλεὺς, ἢ μέγας τίς.

*Anxius ea re, ut ex Babilo astrologo didicit]*

Scripti nostri, *Babillo*. Emendant quidem eruditi *Balbillo*, ut hic ille sit Balbillus, cuius exstat apud Senecam laudis plenum elogium; alii *Babylonio*: fortasse melius *Babyla*; nam in Graecorum historiis Βαβυλᾶς usitatum nomen.

*Tamquam aliter illi — nisi morte succurrere*] Intelligit Sulpicium Asprum, de quo Tacitus lib. 15. c. 68. *Proximum constantiae exemplum Sulpicius Asper centurio praebuit: percontanti Neroni, cur in caedem suam conspiravisset, breviter respondens, non aliter tot flagitiis eius subveniri posse: quem locum corrumpunt omnino, qui corrigunt obveniri.* Nam homini tantis dedecoribus aperto, nihil nisi mortem putabant remedium infamiae posse asferre. Vide lib. 5. c. 66. de Artabani litteris. Dionis locus non praetermittendus, qui Asprum hunc vocat, non Aprum, ut Tacitus. Ἐκεῖνος, inquit, ἐρωτηθεὶς ὑπ' αὐτοῦ τὴν αἰτίαν τῆς ἐπίθεσεως, εἶπεν, ὅτι ἄλλως σοι βοηθήσαι οὐκ ἠδυνάμην. Non ergo aliter Tacitus scripsit quam *subveniri*.

Cap. 37. *Imagines restituisset*] Memmii, Pithoei et Grossetii, *retinuisset.* Tacitus in eadem sententia *coluisset.* Lib. 16. c. 7.

*Medicos admovebat*] Minus recte quidam libri *admonebat.* Exemplo fit Vestinus, de quo Tacitus 15. Annal. 69. *Omnia simul properantur, clauditur cubiculo, praesio est medicus, abscinduntur venae, vivens adhuc balneo infertur, calida aqua morsatur.*

*Polyphago cuidam*] Et illis locus inter eos, quibus principes oblectantur. Vopiliscus in Aureliano c. 50. *Veherentissime delectatus est phagone, qui usque eo multum comedit, ut uno die ante mensam eius aprum integrum, centum panes, vervecem et porcellum comederet: biberet autem infundibulo appposito plus orca.*

Cap. 58. *Per sex dies — ea clade saevitum est*] Tacitus aliter: *Sexto demum die apud imas Esquilias finis incendio factus: et item aliter vetus lapis Romae, in quo haec leguntur inter cetera: QUANDO. URBS. PER. NOVEN. DIES. ARSIT. NERONIANIS. TEMPORIBUS.*



Ἐμοῦ θανόντος] Refert Dio, hunc versum frequenter Tiberio in ore fuisse, lib. 58.

*Collationibusque non receptis — et efflagitatis]* Orofius narrat, nescio unde acceptum: *Centies centena millia sestertium annua ad expensas a senatu sibi conferri imperavit.*

Cap. 39. *Triginta funerum millia — venerunt]* Id est, delata sunt tot mortuorum nomina ad eos, qui pecuniam, pro quoque mortuo pendi solitam, exigebant recipiebantque. Mos vetustissimus a Servio Tullio rege institutus, ut certum quid penderetur εἰς τὸν θησαυρὸν τῆς Ἀφροδίτης ἐν ἄλσει καθιδρυμένης, ἣν προσαγορεύουσι Λιβιτινήν, ὑπὲρ τῶν ἀπογινομένων: inquit Dionysius Halicarnassens. *Ratio Libitinae* est acceptarium pecuniarum liber, quem conficiebant, qui Veneris Libitinae thesauro praescriebantur. Eusebius et Hieronymus in Chronico ephemeridem obscurius vocant, de simili peste sub Vespasiano: *Lues ingens Romae facta, ita ut per multos dies in ephemeridem decem millia ferme mortuorum hominum referrentur.* Vide Tacitum fine anni DCCCXVIII. *Triginta* autem legimus cum omnibus codicibus, non *trecenta*, ut quidam hariolabantur: quasi magnum haberi non posset, quod non esset maximum. Idem numerus apud Othonem Frisingensem e Suetonio.

*Legionibus in Armenia sub iugum missis]* Hoc falsum. Tacitus: *Addidit rumor, sub iugum missas legiones, et alia ex rebus infaustis, quorum simulacrum ab Armeniis usurpatum est:* sed hunc rumorem pro re certa etiam alii quidam historici habent.

*Nihil eum patientius quam maledicta — tulisse]* Contrarium tamen suadeant Taciti verba Annal. lib. 15. c. 67. *Nihil in illa coniuratione gravius auribus Neronis accidisse constitit, qui ut faciendis sceleribus promptus, ita audiendi, quae faceret, insolens erat.*

Νέρων, Ὁρέστης, Ἀλκμαίων μητροκτόνοι] Sors est Apollinea. Auctor dialogi de Nerone: Καίτοι τοῦ Πυ-

Θίου καταλέξαντος αὐτὸν εἰς τοὺς Ὀρέστας τε καὶ Ἀλκαίονα, οἷς τὸ μητροτουῆσαι καὶ λόγον τινὰ εὐκλείας ἔδωκεν, ἐπεὶδὴ πατρὶ ἐτιμώρησαν.

Νεόνημφον Νέρων ἰδίαν μητέρ' ἀπέυτεινε] Placet Νεόνημφον, ut in cod. Viterb.: nam obiicit Neroni auctor verliculi incestum cum matre, de quo c. 28.

*Quod Naupl. mala bene cantitaret — disponderet*] Alludit ad tragoediam aliquam de Nauplio vel Palamede, quam Nero, inter cetera fabularum argumenta, de quibus in genere dictum c. 21., saltavit. Palamedem scripserant certatim multi Graeci Latinique tragici. Sophocles in his, cuius etiam alia exstabat fabula: cui index Ναύπλιος πυρραχεύς. Eius meminit Hesychius. Non sequor eos eodd., in quibus scriptum *naublidae*, pro *Nauplii*. Sententiam horum verborum pluribus expressit Philostratus: quae ad lucem istorum, et vulgatae lectionis confirmationem scribam: Τί Φήσεις; τοῦτου τὰ μὲν Κρέοντος καὶ Οἰδίποδος οὕτως ἐξακριβοῦν, ὡς δεδιέναι, μὴ που λάθοι ἀμαρτῶν θύρας ἢ στολῆς, ἢ σκήπτρου· ἐαυτοῦ δὲ καὶ Παυαίων οὕτως ἐκπίπτειν, ὡς ἀντὶ τοῦ νομοθετεῖν νόμους ἄδειν. *Quid de eo dicas, qui Creontis et Oedipodis mala tanta accuratatione saltet, ut metus ei sit, ne per imprudentiam aut ianua aberret, aut circa vestem quid peccet, aut sceptrum ne excidat: quum is interea ita sui et Romanorum obliviscatur, ut pro legumlatore cantorem agat?*

*Exitum C. Claudii Agrippinaeque significans*] Scribe *exitum scilicet Claudii*. Propagata ista macula in priorem editionem nostram ex Antverpiensibus. In Mss. vidi *exitum f. Claudii*. Ita passim in veterib. *f* pro *scilicet*: inde caussa errandi.

Cap. 40. Τὸ τέχνηον πᾶσα γαῖα τρέφει] Non aliter Viterb.: at Memmii et Lillaei, ἡμᾶς διατρέφει. Dio: Ἐβουλεύσατο ἐς τὴν Ἀλεξάνδρειαν πλεῦσαι, ὑπειπὼν, ὅτι αὐ καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκπέσωμεν, ἀλλὰ τό γε τέχνηον ἡμᾶς ἐκεῖ διατρέφει.

*Ordinationem Orientis*] Fugit nos hic locus, ut aliquot alii, qui ex Mss. erant emendandi. Legendum enim ex cod. Viterb. Memm. Pithoei et Lisl. *Sporonderunt tamen quidam desitudo Orientis dominationem.*

*Septuages. ac tert. annum cavendum sibi audivit*] Decepit Apollo, ambiguo, ut semper, responso vanum consultorem: ac fortasse talis edita fors fuerat: Ἐξηκοστὸν ἔτος, τριμυαυδέκατον τε φυλάττου. De adventu Neronis Delphos multa memorabilia Themistius orat. 5.

Cap. 41. *Reliquam — per organa hydraulica*] Lego: *reliqua diei parte eos per organa hydraulica novi et ignoti generis circumduxit: ostendensque.*

Cap. 42. *Postquam deinde etiam Galbam*] Plutarchus: Ὁ Νέρων ἄμα τῷ πυθέσθαι τὰ περὶ Γάλβαν (ἔτυχε δὲ λελουμένος καὶ ἀριστῶν) ἀνέτρεψε τὴν τράπεζαν.

*Inaudita et incognita pati*] Galba apud Tacitum Histor. 1, 16. *Sit ante oculos Nero, quem longa Caesarum serie tumentem, non Vindex cum inermi provincia, aut ego cum una legione, sed sua immanitas, sua luxuria, cervicibus publicis depulere. Neque erat adhuc damnati principis exemplum.*

*Qui suum imperium vivus amitteret*] Darius apud Curtium lib. 5. *Nec dii siverint, ut hoc decus mei capitis, aut demere mihi quisquam aut condonare possit: nec hoc imperium vivus amittam, idem erit regni mei qui et spiritus finis.* Nota vox illa καλὸν ἐντάφιον ἢ τυραννίς.

Cap. 44. *Argent. postulatum, aurum ad obrusam*] Ita habetur hic locus in editione principe Romae nata, quae merito auctoritatem manuscripti obtinet: consentiunt cum ea et veteres nostri, in quibus *postulatum*, non *pustulatum* aut *pufulatum* (nam haec tria unum significant) sine ulla varietate scriptum: Memmianus, *postulatum*: deinde in Pithoei et Lislacii *aurum ad obrusam*, non, ut alii libri, *aurum obryzum*: at in Viterb.

corrupte *aurum adeo obrosum, ut pl.* Ceterum, qui de hoc loco plura cupis, adi magni Turnebi Adversaria, et clarissimi Iurisconsultorum Cuiacii Observationum lib. 7. c. 39.

Cap. 45. *Ex annonae quoq. caritate — invidia*] Varie scriptum hunc quoque locum reperimus. Mihi vero unice placet et sola Viterbiensis lectio, quam et veteres omnes confirmant, etsi leviter corrupti in posterioribus syllabis huius vocis. Lego igitur, *lucrantium*: atque ita omnino scribi debere pertendo. Sensus est: quum omnium iam animus a Nerone esset alienatus, extremum malorum accessisse cumulum, casum, qui hic narratur. Annonae erat ingens Romae inopia, avidaeque naves Alexandrinae ab omnibus expectabantur, grassantibus interea dardanariis, qui publicam calamitatem in occasionem quaestus vertere soliti. Ita suspensis omnium animis, nuntiatur navis Alexandrina pulverem luctatoribus aulicis advexisse. Tum vero fremere omnes et in Nerone invidiam vertere, quam ante iuste conceperant adversus lucrantes ex annonae caritate. In libris regis, et plerisque aliis, *lucrantia*, constantissime scriptum: quod lectorem celare nolui, quum praesertim et Memmianus non aliter habeat.

*Stat. eius a vertice curr. appositus est — tandem*] Currum intellige, simulacrum parvum eorum curruum, quibus insitebant aurigantes in circo: ac videtur non alius currus appensus fuisse, quam quibus ludebant in abaco ad similitudinem circensium, ut ante dictum. Ita esse legendum, non *cirrus*, super auctoritatem MSS. nostrorum, in quibus omnibus, etiam Memmiano, sic habetur, declarant sequentes inscriptiones *δισσοτυμική* quarum prior Graeca, ut ait Suetonius, acrotelentium fuit senarii tragici, hoc modo: *Νῦν γὰρ ἔστ' ἀγών.* ut apud Aristophanem in Pace vs. 275. *Ἐνδρες, τί κεισόμεσθα, νῦν ἀγών μέγας.* Apparet, proverbiale dictum esse, quoties ad certamen aliquid se compararent. Sic

apud elegantissimum scriptorem, Chariclea parans se ad periculum subeundum status et vitae, πλησίον ὁ ἀγών, inquit ad Theagenem suum, lib. 10. Simile illud in Oreste Euripidea, οὐχ ἔδρας ἀγών. Terentius Hecyr. 1, 2, 29. Non est opus prolato. Tale et illud apud Sophoclem, οὐχ ἔδρας ἀκμή. Bacchylides, οὐχ ἔδρας ἔργον οὐδ' ἀμβολῆς. Aeschylus in Agamemnone, τὸ μὴ μέλλειν δ' ἀκμή. Altera inscriptio fuit: *Trahe tandem*: aut Graeca fortasse, νῦν δεῖ ἐλαύνειν, vel ἔλκειν. Neque enim id διαβρήδην Tranquillus negat. Utrautra lingua fuerit concepta, certum est, *trahere* vel ἔλκειν ad aurigationem esse referendum. Orpheus in thymiamate Solis: Χρυσολύρη, νόσμου τὸν ἐναρμόνιον δρόμον ἔλκων. Sed videtur verbum *trahere* aliquid βλάσφημον et inominatum habere, ut quum dixit c. 22. libri huius, *tractum prasinum*, et apud Plinium lib. 28. c. 17. *quadrigis agendis tractos, rotave vulneratos*: ideo scriptum potius ab istis *trahe* quam *age* vel *agita*: aut ἔλκε potius quam ἔλαυνε. Et si ea quoque vox aliquid interdum sonat ominosi, ut, quum Diogenes Laertius ait, epigramm. in Stilponem, πῶν γὰρ ἤλασε, id est, obiit, periit. Ita autem interpretamur hunc locum: nec moramur alias diversas scriptiones, quas et ante nos alii annotarunt, et nos offendimus: nam *cirrus* habetur in veteri Rom. cod. pro *currus*, et in Viterb. *traderet* pro *traheret*. At Pithoei Liffraeique et editionum veterum optima quaeque in ea lectione, quam amplectimur, consentiunt. *Raderet* sane, quod adeo Turnebo placuit, nusquam scriptum est. Scio tamen, Petrum Fabrum τὸν πολυμαθῆ in Agonistico suo illud Turnebi *traderet* acriter defendere: sed quam toto illo capite doctissimus vir fallatur, quum in explicandis Plutarchi et Theocriti locis, tum etiam in isto, alio in opere disputamus. Ac mihi quidem sic videtur: τὸ δ' εὖ νικάτω, ut tragicus ait poeta.

*Alterius collo et ascopera deligata*] In codice Viterb. hodie scriptum, ut in ceteris fere Mss. omnibus, (etiam Meian., et iis, qui in regis bibliotheca servantur, antiquitatis non contemnendae) *ascopa* vel *etscopa*: quae lectiones sunt ambae in Viterb., sed persuasus fere sum, in iis membranis, unde noster codex olim fuit Viterbii descriptus, liquido fuisse *ascopera*, aut saltem *scopera*: manet enim adhuc litura eius virgulae, quae, quum transversa inducitur τ̄̄ p, efficit *per*. Quare non dubitemus amplius de lectione, quam primus Politianus prodidit. *Ascopera* dictum, ut hippopera apud Senecam: ne quis miretur, Suetonium ea voce usum. Non enim puto, eam esse causam, quam asserunt quidam, quod sequens inscriptio Graeca fuerit; quod neque auctor dicit, neque verum censeo.

*Ego quid potui*] Populi vox est compellantis Neronem; aut Agrippinae matris.

*Crebro vindicem poscebant*] Vox est servorum petentium vindicem, hoc est, *καρπιστήν*, ut simul allusionem facerent ad Iulium Vindicem, qui conspiraverat in Neronem pro libertate publica.

Cap. 46. *A simulacris gentium — circumiri*] Non singularum tantum personarum statuas et imagines, sed gentium quoque factas esse legimus, ut populi Romani apud Rhodios et alibi: similes intelliguntur imagines gentium, quae inter ornamenta theatri Pompeiani; nam male Beroaldus, et post eum Torrentius, huc referunt locum Plinii ex lib. 7. c. 3., qui nihil pertinet ad haec simulacra, de quibus Suetonius sentit, et quorum meminit Plinius lib. 36. c. 5. *Idem Varro*, inquit ille, *et a Coponio XIV nationes, quae sunt circa Pompeii, factas, auctor est.* Martinus Polonus in Chronico: *Erat Romae consecratio omnium statuarum, quae statucae scripta nomina gentis in pectore, cuius imaginem tenebant, gerebant.* Pompeii exemplum fuerat et Augustus imitatus: si quidem ex fide scribit haec Servius ad

Virg. 8. Aen. 722. *Porticum*, ait, *Augustus fecerat, in qua simulacra omnium gentium collocaverat; quae porticus appellatur Ad nationes*. Reperio autem simulacra gentium producta in funebri pompa principum defunctorum. Dio lib. 56. de exsequiis Augusti: Τά τε ἔθνη πάνθ' ὅσα προσεκτήσατο ἐπιχωρίως σφίσιν ὡς ἕκαστα ἀπεικασμένα ἐπέμφθη. Idem in funere Pertinacis: Περρήλθον μετὰ τοῦτο τὰ ἔθνη πάντα τὰ ὑπήκοα ἐν εἰκόσι χαλκαῖς ἐπιχωρίως σφίσιν ἐσταλμένα.

*Ac brevi dignum exitum facturos]* Male, qui *exitum* pro *exitum* scribunt. *Exitum facere* probum et elegans dicendi genus. Seneca epist. 115. *Expectarent viderentque, quem admirator auri exitum faceret*. Petronius Arbiter: *Pictura quoque non alium exitum fecit*. Quintilianus declamatione 4. *Filium pietate pereuntem ne velis exitum facere parricidae*. Et declamatione 5. *Exitum faciam hominis, ad quem non venerit pater*. Et in 8. *Hunc cecine fecit exitum illa modo civitate tota conspicua mater?* Marcellus Iuriconsultus lege 5. Dig. De iis, quae in testamento delentur etc. *Credi potest, satis se consecuturum putasse, ut intestati exitum facerent*.

*Atque (in hoc decidisse versu)]* Aliter Dio, vel potius, ut puto, Xiphilinus, Dionis narrationem corruptens: Νέρων μὲν δὴ τοιαῦτα ἐτραγῶδει καὶ τὸ ἔπος ἐκεῖνο συνεχῶς ἐνενοῖει οἰκτρῶς,

Θανεῖν μ' ἄνωγε σύγγαμος, μήτηρ, πατήρ.

Cap. 47. *Mensam subvertit]* Plutarchus, ἀνέτρεψε τὴν τράπεζαν: sed in tempore, quo id factum, dissentit. Vide ad c. 42.

Cap. 48. *Quatuor solum comitantibus]* Iosephus totidem ait, Ἀλώσεως lib 4. c. 29. Διαδράς δὲ σὺν τέτρασι τῶν πιστῶν ἀπελευθέρων ἐν τοῖς προαστείοις ἐκυτόν ἀνεῖλε. Dio Cassius, tres tantum fuisse, auctor est, Phaonem, Epaphroditum, Sporum. De Sporo dissentit ab historicis Dio Chrysostomus: qui eum facit auctorem

caedis Neronis, memorem illatae sibi iniuriae, et ulciscendi cupidum.

*Et salutatus*] Non simpliciter, verum ita, *Salve, Imperator*. Dio, καὶ αὐτοκράτωρ προσηγορευθεὶς.

*Ut interim in specum egestiae harenae concederet*] Dio paullo aliter: ἐς καλαμειδίαν τόπον τινα ἐκρύφθη, in arundineto quodam sese occultit. Subiecta vox Neronis fidem adstruit narrationi Dionis: neque dissentit Suetonius, si recte capias. Hic videtur esse locus, quem aetas posterior appellavit Cisternam Neronis. Radevicus de gestis Friderici I. lib. 2. c. 66. *Nono die descendentes trans Tiberim, eo die et altero commorantes, XI. exierunt, et pervenerunt ad Cisternam Neronis, in qua latuit Nero fugiens Romanos insequentes. c. 70. Probatum est etiam, quod Rolandus XII. die post domini Victoris promotionem, ab Urbe egressus, apud Cisternam, in qua Nero Imperator quondam ab Urbe profugus latitavit, primo est immanatus.*

Cap. 49. *Scrobem cor. fieri imper. — modulum*] Et qui carnificis manu puniendi erant, et qui aliqua necessitate coacti se interimebant, in scrobibus praeparatis saepe soliti sedere; credo, ut evitaretur casus ἀσχήμων post vulnus acceptum. Appianus de bellis civilibus lib. 4. in historia Labconis sese vita privantis, afflictis Bruti Cassique partibus: Λαβεῶν δὲ βόθρον ἐν τῇ σπηνῇ τὸ μέγεθος αὐτάρκη σώματι ὀρυξάμενος, τὴν σφαγὴν ἐπέσχε καὶ τῷ δὲ μὲν ἢ σπηνὴ τέφος ἐγένετο. Tacitus lib. 15. c. 67. *Poenā Flavii Veiani Nigro tribuno mandatur: is proximo in agro scrobem effodi iussit: quam Flavius ut humilem et angustam increpans, Ne hoc quidem, inquit, ex disciplina.* Philostratus lib. 5. narrans sub ingressum Apollonii Tyanei in Alexandriam obviam illi factos carnifices ducentes ad supplicium duodecim ληστὰς τὴν αἰτίαν, id est, quorum elogium continebat, latrones eos esse (αἰτία hic elogium puniendorum significat, id est, titulum, vel τίτλον, ut vocat



Ioannes, Matthaeus similiter αἰτίαν, et apud Marcum ἢ ἐπιγραφή τῆς αἰτίας pro inscriptione elogii) harum scrobium ita meminit: Πρὸς τοὺς δημίους ὕφ' ὧν ἤγοντο, ὑφεῖναι, ἔφη, κελεύω τοῦ δρόμου, καὶ σχολαίτερον ἤκειν ἐπὶ τὸ ὄρυγμα. Nescio, annon talis mos aliquis fuerit Athenis servatus: nam sane is locus, ubi de damnatis ultimum supplicium sumebatur, ὄρυγμα, *fossa*, dicebatur. Vide Harpocratonem et Demosthenem contra Aristocratem.

*Qualis artifex pereo*] Dio: ὦ Ζεῦ, οἶος τεχνίτης παραπόλλυμαι. Intellige vocem *artifex*, ut quum Graeci nominant Διονύσου τεχνίτας: de quo apud Aristotelem in Problemis. Graeci quidem κισθαρωδὸς explicatius vertunt, ut in Manassae Chronico, οἶος, ὦ Ζεῦ, κισθαρωδὸς ἐξ ἀνθρώπων ἀπόλλυται.

*Nudi hominis cervicem inferi furcae*] De huius supplicii modo alibi disputamus, et varios errores doctissimorum virorum, qui nuper de his scripserunt, refellimus. Mirum sane, tantum in litteris Latinis virum adeo fuisse impeditum in explicando, quid esset *furca* Romanae loquentibus.

*Ferrum iugulo adegit*] Quid igitur illud est, quod Hegesippus ait lib. 4. c. 20. Neronem periisse *mangano*, quod ipse sibi de ligno pararat: ferro enim et gladio periit, non mangano. Est vero μάγγανον instrumentum ad iacienda tela, ut ballista: huius in Glossario mentio et apud Leonem in Tacticis, atque alios. Eusebius in historia lib. 6. Ὡς περ ἐκ μαγγάνου τινὸς εἰς τὸ μέσον ριφείς ἀναφαίνεται. Est et instrumentum ad torquendum, de quo sensit Hegesippus. Eusebius lib. 8. Γύναια τοῦν ποδοῦν ἀποδεσμούμενα μετέωρά τε καὶ διακέρια κάτω κεφαλήν μαγγάνοις τισὶν εἰς ὕψος ἀνεκκόμενα. Et in libri eiusdem supplemento τοῦν ποδοῦν μαγγάνοις τισὶ ξένοις διακλώμενος. Significat et alia, quae missa nunc facio. Nescio vero, unde id Hegesippus habuerit: nam alii omnes nihil amplius quam, Neronem se ipsum interfecisse, narrant.

Cap. 50. *Cum Acto concubina*] E 13. Annali Taciti haec ancilla nota, et Neronis contubernium cum ipsa, neque tacetur eadem a Dione.

*Imposuim colli hortorum*] Viterbiensis colle ortulorum, duplici archaismo: colle, pro colli; et ortulorum, pro hortulorum: quo modo scripsisse multos antiquorum, ex iis conliat, quae scripserunt veteres de orthographia.

Cap. 51. *Plerumque synthefinam — discalceatus*] Hoc est, habitu hominis in triclinio discumbentis. Satyrici auctor: *In his eramus lauticiis, quum ipse Trimalcio ad symphoniam allatus est, positusque in cervicalia minutissima, expressit imprudentibus risum. Pallio enim coccino adrasum incluserat caput, circaque oneratas vestie cervices latyclaviam immiserat mappam, simbris hinc atque illinc pendentibus.* Dio sudarium vertit σινδόνιον, totum enim hunc locum ita exprimit; Τους βουλευτάς χιτώνιον τι ενδεδικώς άνδιου και σινδόνιον περι τον αυχένα έχων. ήσπάσατο και γάρ εν τούτοις ήδη παρηνόμει ώστε και άζώστους χιτώνιας εν τῷ δημοσίῳ ενδύεσθαι.

Cap. 52. *A philosophia eum mater avertit — esse*] Philostratus in vita Apollonii Tyanei, homini vano dictum non vanum in hanc sententiam tribuit: Φιλοσοφία παρά βασιλεϊ άνδρι. Ξύμμετρος μὲν και ύπαινεμένη, θανμαστήν εργάζεται κράσιν· ή δὲ άκριβής και ύπερεπιτείνουσα Φορτική τε, ὡ βασιλεῦ, και ταπεινωτέρα τῆς ήμετέρας σκηνῆς Φάίνεται· και τύφου δὲ αυτό τι εἶναι ήγγούναι βύσκανοι.

*A cognitione veter. orator. Seneca — delineret*] Quintilianus de Seneca lib. 10. c. 1. in s. *Thm autem solus hic fere in manibus adolescentium fuit: quem non equidem omnino conabar excutere, sed potioribus praeferrere non sinebam: quos ille non defuiterat incessere, quum diversi sibi conscius generis, placere in dicendo posse, iis, quibus illi placerent, dissideret.*

*Venerē in manus meas pugillares libellique*] Appellat libellos chartas viliores, quibus olim eruditi utebantur, quando primum aliquid componebant, ut opus emendatum in chartam meliorem inde transferrent. Epiphanius eiusmodi libellos vocat *σχεδάρια*; chartas autem, quae opus correctum excipiebant, *τετράδας*. Sic ille in operis sine: Ὑπάτιος, ὁ τὴν μεταγραφὴν ἀπὸ τῶν σχεδαρίων ἐν τέτρασι ποιησάμενος.

Cap. 53. *Habuit et ping. fingendique — studium*] Dio Chrysofostomus in ea de philosopho: Φασὶ δὲ καὶ γράφειν καὶ πλάττειν ἰκανὸν αὐτὸν εἶναι. De Nerone loquitur.

*Maximā aut. popularit. efferebatur — moverent*] *Maxima popularitas*, maximum placendi vulgo studium. Non displiceat *maxime autem popularitate*. Eandem vocem (dico *maxime*) si quis ex praecedente sententia sustulerit, non multum, meo iudicio, erraverit. Neronis popularitatem perstringit Dio Chrysofostomus, quum ait in oratione de philos. Καίτοι τῶν νῦν βασιλέων τις ἐπεθύμει σοφὸς εἶναι τὴν τοιαύτην σοφίαν, ὡς πλεῖστα ἐπιστάμενος· οὐ μὲν τοι τὰ τοιαῦτα, ἀ μὴ θαυμάζεται παρὰ τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλ' ἐφ' οἷς στεφανωθῆναι ἐστι.

*Exiit opinio*] Fallitur Torrentius, qui vocem *opinio* putat hinc amovendam, de qua diximus ad lib. 2. c. 51. et 56. Caesar de bello civili 3. *quae opinio erat edita in vulgus*. Latine loquentibus *opinio* idem per saepe ac fama.

Cap. 54. *Voverat se proditur. — utricularium*] Harum artium peritum fuisse Neronem, testis unicus mihi Dio Chrysofostomus in ea, quam modo nominavi, oratione: Φασὶν, inquit, αὐτὸν ἰκανὸν εἶναι καὶ αὐλεῖν, τῷ τε στόματι, καὶ ταῖς μασχάλαις ἀσκὸν ὑποβάλλοντα, ὅπως διαπεφηνῶς ἢ τὸ αἰσχρὸν τὸ τῆς Ἀθηνῶς.

Cap. 55. *Erat illi aeternitatis — inconsulta*] Plane simile est Pausaniae de Nerone iudicium: quod

libet adscribere. Postea enim, quam de liberata ab eo Graecia dixit lib. 7, 17. Ἀπιδόντι, ait, ἐς τοῦτό μοι τοῦ Νέρωνος τὸ ἔργον, ὀρθότατα εἰρηκέναι Πλάτων ἐφαίνετο ὁ Ἀρίστωνος· ὅπως ἀδικήματα μεγέθει καὶ τολμηματί ἐστιν ὑπερημότα, οὐ τῶν ἐπιτυχόντων εἶναι ταῦτα ἀνδρώπων, ψυχῆς δὲ γενναίας, ὑπὸ ἀτόπου παιδείας δι-εΦθαρμένης. Non potest negari, et cupidinem famae ac nominis sui aeternitati consecrandi desiderium generosi animi esse documentum.

Cap. 56.  *Icunculam puellarem — accepisset ]* Ita olim emendavit Egnatius lectionem omnium librorum, in quibus fere scriptum offendimus *agunculam*; quae vox nec Graecam nec Latinam originem habere potest. *Imaguncula* vero longius recedit a scripta lectione. Fuit autem moris, hominibus praestigiatoribus et planis remedia adversus quosvis morbos et casus vendere, quae semper circumferri facilia essent. Talis haec icuncula puellaris: tales illi annuli *Φαρμακῖται* sive *Φυσικοί*, quorum mentio apud Aristophanem atque alios. Tales item laminae illae, quarum meminit Arnobius lib. 2. *Adversus ictus noxios et venenatos colubrorum morsus, remedia saepe conquirimus, et protegimus nos laminis, Pssyllis, Marsisve vendentibus, aliisque institoribus atque planis*: nam quid sibi voluit, obsecro, vir doctus olim, quum illum locum tam insolenter suis emendationibus depravaret? Atqui laminas esse *περιάπτων* genus, ut cetera, quorum meminimus, etiam Alexander Trallianus docet, qui inter magica, vel, ut ipse vocat, *Φυσικὰ* remedia *πετάλων* sive laminarum illiusmodi saepe meminit. Ut ad Tranquillum redeam, nimis vereor, ne superior emendatio acutior sit quam verior. Nam τὸ *a* initio huius dictionis mordicus retinent quantum est librorum. In Viterbiensi vero diserte scriptum *acuncula*. Puto, verum esse, *acucula*, quae et Latina et proba dictio est. Imperator Constant. in Cod. Theodosiano, de repudiis: *Si praeter haec tria crimina repudium marito mise-*

rit, oportet eam usque ad acuculam capitis in domo mariti deponere. De acu, quae muliebris mundi olim, ut nunc quoque, pars fuit, nihil attinet dicere: notissima enim res est. Huiusmodi igitur acus non minus quam anulos aut laminas in magico instrumento locum habuisse, ex hac lectione discimus.

Cap. 57. *Obiit secundo et trigesimo aetatis anno*] Mirum, silentio esse praetermissum tempus imperii, quod fuisse ait Iosephus annorum tredecim et dierum octo. Zonaras annis tredecim adiicit menses octo, demptis diebus duobus. Xiphilinus duos amplius dies illi tribuit tantum. Clemens vero annorum vult fuisse XIII, mensium VIII, dierum XXVIII. Eusebius, nisi fallunt nos, ut saepe, eius codd., annos XIV ait, menses VII, dies XXIV. Etiam alii minorum gentium chronologi aliter. In annis vitae late errant Dio et Zonaras, qui aiunt, vixisse annos XXX, menses IX. Vidé et Epiphanium, Theophilum, alios.

*Die, quo quondam Octaviam interemerat*] Periit Nero a. d. VIII. Id. Iunii, anno et XXII diebus ante initium Vespasiani; auctor Dio.

*Quasi viventis et brevi magno — malo reversuri*] Quia Neroni sese perimenti paucissimi (tres ait Dio, Suetonius quatuor) testes affuerunt: propterea eo extincto et ignoratum plerisque mortis genus, quo verum illud monstrum perierat, et multis etiam persuasum, non esse illum occisum, sed vivere, ac brevi reversurum. Praeclare hoc Dio Chrysostronus insignis orator aequae ac philosophus, temporum illorum prope aequalis: Οἱ περὶ αὐτὸν, inquit, ἀπέστησαν ἀπ' αὐτοῦ, καὶ ἠνάγκασαν ὅτι ποτὲ τρόπῳ ἀπολέσθαι αὐτόν· οὐδέ πω γὰρ καὶ νῦν τοῦτό γε δῆλόν ἐστιν. Καὶ νῦν αὐτὸν ἔτι πάντες ἐπιθυμοῦσι ζῆν· οἱ δὲ πλεῖστοι καὶ οὔονται. Tacitus Histor. lib. 2. c. 8. *Pluribus vivere Neronem fugentibus, credentibusque.* Fuit et illa constans plerorumque in veteri ecclesia opinio, venturum Neronem ante saeculi finem; et vel

ipsum fore Antichristum (Ioannes Chrysoſtomus ſerio affirmat, Neronem Antichriſti fuiſſe typum) vel temporibus iisdem per Occidentem ſaeviturum, quibus ille per Orientem; qua de re ſuaviter fabulatur ille vere *Θαυμάσιος* Martinus apud Severum Sulpicium dialogo 2. Auctor verſuum, qui Sibyllis tribuuntur, de Nerone:

Ἄλλ' ἔſται καὶ αἰſτος ὁ λοίγιος· εἶτ' ἀνακάμψει  
Ἰſάζων θεῶν αὐτόν.

et plura in hanc ſententiam variis locis eius operis. B. Auguſtinus de civitate dei lib. 20. c. 19. dictum Pauli Apoſtoli explicans: *Iam enim myſterium iniquitatis operatur*, inter cetera ſcribit: *Quidam putant, hoc de imperio dictum fuiſſe Romano, et propterea Paulum Apoſtolum non id aperte ſcribere voluiſſe, ne calumniam videlicet incurreret, quod Romano imperio male optaverit; quum ſperaretur aeternum, ut hoc, quod dixit, iam enim myſterium iniquitatis operatur, Neronem voluerit intelligi: cuius facta velut Antichriſti videbantur. Unde nonnulli ipſum reſurrecturum, et futurum Antichriſtum ſuſpicantur. Alii vero nec eum occiſum putant; ſed ſubtractum potius, ut putaretur occiſus: et vivum occultari in vigore ipſius aetatis, in qua ſuit quum crederetur exſtinctus, donec ſuo tempore reveletur, et reſtituatur in regnum.*

Denique quum poſt viginti annos — ſingeret] Pſendo-Nerones ſuere plures. Tacitus clare oſtendit: eſti parum vulgo ad eius verba attendunt. Ait ille in rebus Othonis 2. Hiſtor. c. 8. *Sub idem tempus Achaia atque Aſia falſo exterritae, velut Nero adventaret, vario ſuper exitu eius rumore, eoque pluribus vivere eum ſingentiſque, credentibusque. Ceterorum caſus conatusque in contextu operis dicemus. Tum ſervus e Ponto ſive, ut alii tradidere, libertinus ex Italia, citharae et cantus peritus (unde illi ſuper ſimilitudinem oris propior ad fallendum fides) adiunctis deſertoribus, quos inopia vagos ingenibus promiſſis corrupe-*

rat, mare ingreditur. Illa verba, pluribus vivere eum fingentibus, subobscurè indicant, falsos Neronés fuisse plures: quod arguunt manifestè sequentia; nam de pluribus se dicturum pollicetur: et historia confirmat, quae plures commemorat. Primus hic est, quem Tacitus inserit rebus Othonis et Vitellii: nam Interpreti non assentior, componenti illum locum cum isto Suetonii. Aperte repugnant tempora; et Tacito consentit Xiphilinus ex Dione, narrans in Othone, captum fuisse tum quendam, qui Neronem se fingeret, cuius, inquit, Dio nomen se ignorare ait. Similem ignorantiam profitetur et Tacitus in sine narrationis illius: *Assprenati*, inquit, *cuncta ex fide nuntiata, cuius cohortatione expugnata navis, et interfectus quisquis ille erat.* Alius ab hoc est Terentius ille Maximus, quem ex Dione, ut arbitror, tradit Zonaras in vita Titi: Ἐπὶ τούτου, inquit, καὶ ὁ Ψευδόνε-  
ρων ἐφάνη, ὃς Ἀσιανὸς ἦν, ἐκαλεῖτο δὲ Τερέντιος Μάξι-  
μος· προσεικνῶς δὲ τῷ Νέρωνι καὶ τὸ εἶδος, καὶ τὴν Φω-  
νὴν· καὶ γὰρ καὶ ἐκιδαρῶδει· ἐν τε τῆς Ἀσίας τινὰς προσ-  
εποιήσατο, καὶ ἐπὶ τὸν Εὐφράτην προχωρῶν, πολλῶν  
πλείους ἀνητήσατο· καὶ τέλος πρὸς Ἀρτάβανον τὸν τῶν  
Πάρθων κατέφυγεν ἀρχηγόν· ὃς καὶ δι' ὀργῆς τὸν Τίτου  
ποιούμενος, ἐδέξατο τοῦτον, καὶ καταγαγεῖν ἐς Ῥώμην  
παρσκευάζετο. Tertius est, de quo Suetonius hoc loco.  
Eum narrat Tranquillus exstitisse post viginti annos a  
Neronis morte: incidit igitur in Domitiani tempora, et  
imperii eius annum septimum. Quare non potest cum  
alterutro superiorum idem esse. Pseudo-Neronis cuius-  
dam meminit Lucianus in commentariolo: Πρὸς ἀπαί-  
δευτον.

I S. C A S A U B O N I

IN

S U E T O N I I L I B R U M V I I .  
A N I M A D V E R S I O N E S .

Cap. 1. *Progenies Caesarum in Nerone defecit*] Est certum, et omnes historici notant. Appianum excipio, qui 4. Ἐμφυλ. scribit, reliquisse Octavium καὶ γένος καὶ ὄνομα τὸ νῦν ἄρχον. Vixit autem ille sub Hadriano et Antonino Pio. Tam igitur falsum, domum Augustam, quae tum fuit, genus traxisse ab Augusto, quam verum de nomine; nam omnes Caesares dicti. Errat et vetus scholiastes Iuvenalis 4, 58., qui ad illum poetae versum, *Quum iam semianimum laceraret Flavius orbem Ultimus* — notat, *ultimum* dici Domitianum, quia in illo Caesarum origo defecit.

*Liviae olim post Augusti statim nuptias*] Non sane statim, si satis ex fide Dionis narratio, qui in anno DCCXVII haec commemorat: at Livia in Augusti domum deducta sub anni DCCXV finem. Meminit et in extremo Nerone.

*Gallinam albam*] Et ista alba fuit, et omnes, quae ex ipsa provenere: auctor Dio, qui vocat τὸ γένος τῶν λευκῶν ὀρνίθων.

*Pangique ramulum placuisset*] *Ramulum* vocat κλώνη: nam laurus earum arborum una est, quae generant, si κλών pangatur, id est, furculus: non generant neque proveniunt, si ἀκρέμων, hoc est, furus, sive crassior ramus. Caussam habes apud Theophrastium Αἰτίων Φυτικῶν lib. 1. c. 5.



*Tale vero lauretum, ut — decerperent*] Servius in istum versum e lib. 6, 250. *Spargens rore levi, et ramo felicitis olivae*, sic notat: *Moris fuerat, ut de lauro fieret. Sane dicit Donatus, quod hoc propter Augustum mutavit. Nam nata erat laurus in Palatio eo die, quo natus est Augustus, unde triumphantes coronari consueverant: propter quam rem noluit laurum dicere ad officium lugubre pertinere.* Haec ille seu verus seu falsus Servius. Porro in optimo Memmii libro, post vocem *decerperent*, erat lacuna satis magna, quasi periodus integra desideraretur.

*Silva omnis exaruit radicitus*] Habes similem historiam apud Ioannem Tzetzem, Historici chiliade 4. de sicu Logothetae cuidam unice dilecta (sic ut nemini alii esse fructum ex ea liceret) quae magna omnium admiratione, die mortis eius exaruit, ac postridie a summo ad inum fidit se: quam historiam sancte iurat auctor esse veram.

Cap. 2. *Nulla gradu contingens Caesar. domum*] Liviam tamen aliquo modo contingebat auctore Plutarcho: Ἦν δέ τι καὶ Λιβίᾳ τῇ Καίσαρος γυναικὶ κατὰ γένος προσήκων ὁ Γάλβας.

PRONEPOTEM Q. CATULI CAPITOL. *semper adseripit*] Scribe *pronepotem se Q. C.*; casu enim omissa vocula *se*, quam omnes codd. habent.

*Maternam ad Pasiphaën*] Memm. *Pasiphaam*, ut Torrentii: cui eruditissimo viro de voce *maternam* hoc loco delenda, fere assentior.

Cap. 3. *Illitis galbano facibus*] Glossarium: Γαλβάνη ἢ χαλβάνη, *galba*: sed Graeci per χ hanc vocem enunciant, non, ut Latini, per g: quam analogiam in aliis deprehendes, et Latini hunc herbae ferulaceae succum appellant *galbanum*, non *galbam*.

*Galbeo, id est remed. lana involutis — uteretur*] Remedia, sive quae medici ex artis suae praeceptis imperabant, sive quae superstitio aliqua suadebat, vel ars

magica, per saepe lanæ involuta affectae parti admovebant. Sic lib. 8. in Domitiano commemoratur *brachium velut aegrum lanis fasciisque obvolutum*; vide ad illum locum. Plinius lib. 30. c. 15. refert ex quorundam sententia, *stellionis cinerem lineamento involutum in sinistra manu Fenerem stimulare*. Aliquando succum remedio futurum adhibebant, *collectum floeco*, ut ibidem Plinius loquitur. Aliquando lanæ hapsu utebantur: ut quum lib. 7. Celsi, *inducitur hapsus lanæ mollis, tepido oleo repletus*. Fere autem quum de amuletis et iis, quæ *περίπτεα* Graeci dicebant, loquuntur veteres, verbo *adalligari* in eam rem utuntur, ut passim Plinius illo libro: itaque non facile credam, remedium, cuius hic mentio fit, magicum fuisse. Non etiam assentimur viris eruditissimis, qui ex his Suetonii verbis illa censuerunt tollenda, *id est, et lana*: nam Memmii cod. et Viterb. facile omnium optimi, ita plane habent, ut est editum, et ita omnes Mss., paucis exceptis, a quibus absunt illa, *id est*: perperam, ut diximus. Porro haec remedia lana involuta quum affectae parti applicabantur, *galbei* vulgo fuerunt dictitati: cuius appellationis rationem pluribus quaerere, non est huius loci.

*Animalia, quae in aesculis nascuntur*] Sunt multa animalcula et vermiculi, qui in arboribus aut siccis etiam lignis nascuntur: qui quum appellatione communis Graecis dicantur *τερηδόνες*, Latinis *teredines*, varia nomina ex arborum generibus aut aliis caussis sunt sortiti in utraque lingua: eiusmodi nomina *κίς, σής, ἴξ, ψήν, κόλελος*, item, *κοψί, bytarus*, apud Plinium e M. Tullio, et *galbae*, ut docemur isto loco. Memmii liber *in aesculis*; quomodo eius arboris nomen in plerisque libris scriptum invenitur.

*Temporum suorum eloquentissimus*] Adde et distissimus. Appianus, *πλουσιώτατος ὢν ἐμοῦ τι Ρωμαίων*. Eum lege de hac Galbae perfidia, in Ibericis.

*XXX Lusitanorum millibus*] Nihil ubique numerorum notis corruptius. Non abest, quin et hic menda sit, aut apud Valerium Max., qui *septem millia* habet. Memmii liber expresse *triginta*, cui potius numero favet narratio Appiani. Eam fuisse belli Viriati caussam, Appianus idem perspicue ostendit.

*Quam brevi corpore*] Placet iure altera lectio, *quamquam brevi corpore*. Sic Memmianus et plures.

*Vitium corporis secreto posita veste detexit*] Similem historiam de Cratete Thebano, cuius coniugium Hipparchia nobilis puella appetebat, habes apud Diogenem Laertium lib. 6.

*Caium et Servium procreavit*] Mirum, in plerisque membranis, etiam Memmianis, *Sergium* scribi; mendose prorsus, etsi non omnes animadvertere videas. Atqui *Servius* pronomen est Romanorum, ut Caius; *Sergius* vero per *g* est nomen gentis, non autem praenomen.

*Maior Caius, attritis facultatibus urbe cesserit*] Tacitus Annal. lib. 6. c. 40. *Caius Galba consularis, et duo Blaesi voluntario exitu cecidere: Galba tristibus Caesaris litteris sortiri provinciam prohibitus*. Haec ille in anno, qui Q. Plautium, Sex. Papinium Coss. habuit.

Cap. 4. *Natus est IX. Kal. Ian.*] Viterb. *Kal. VIII.*; melius Memm. *natus est IX. Kal. Ian.*

*In villa colli supposita*] Omnino scribendum, *superposita*, nam ita scriptum in omnibus notae melioris libris.

*Livii nomen et Ocellae cognomen asumpsit*] Satis notum est, *Ocella* cognomen fuisse gentis Romanae: non dubito, casum aliquem peperisse hanc appellationem; sive ab ocellis propter parvitatem oculorum; sive ab *ὀκέλλω*, quod Graecis navem appellere significat, prima eius fuerit origo: fuit et apud Graecos, etiam vetustissimos, usitatum *Ocelli* nomen. Haec quum ita

sint, miror, in optimis membranis scribi, et *Ocellare cognomen*. In Domitiani c. 8. legimus *Ocellatas forores*: an igitur etiam hic propter adoptionem *Ocellae* cognomen aliter est formatum?

[Τῆς ἀρχῆς ἡμῶν παρατρέξῃ] Confirmant hanc lectionem Mss. nostri, in quibus vel ita discrete descriptum, ut in regis, Memmii, Pithoei et Lillaci: vel ita corrupte, ut certissima tamen sint huius scripturae vestigia, ut in Viterbiensi. Sic loquitur Philostratus in Ptolemaeo Naueratite: Δικῶν τε καὶ δικαστηρίων παρέτρωγεν. At Dio vocem minus usitatam mutavit usitatioe παραγεύσῃ: non tamen ex illo recte Suetonium emendes.

[Nihil aequae postea Galbam] Quidam veteres, *Propterea quidem, nihil aequae*. Dio meminit ostenti et prioris et posterioris: Ἡμίονός τε ἔτεκεν, ὅπερ αὐτῷ συμβολὸν τοῦ κράτους ἔσεσθαι ἐτεθέσπιστο. Vult autem editum hoc portentum sub adventum Galbae in Hispaniam: de quo c. 8.

[Mane salvere, vesperi valere] Lucianus in Apologia: Ὑπὲρ τοῦ ἐν τῇ προσαγορεύσει πταισμάτος, cuius libelli argumentum intelliges ex his Artemidori lib. 1. c. ultimo: Ἐρρασο δὲ καὶ ὑγίαινε, οὔτε λέγειν, οὔτε ἀκούειν ἀγχαθόν· οὐ γὰρ προσιόντες ἀλλήλοις, οὔτε μέλλοντες τι πράττειν ταῦτα λέγουσιν ἄνθρωποι, ἀλλὰ ἀπαλλαχτόμενοι ἀλλήλων καὶ πρὸς ὕπνον τρεπόμενοι.

Cap. 5. *Atque etiam manu — Lepida*] Pars librorum *Lepida*: alii, *Lepidae*: sensus manet idem. Nam quin de matre *Lepidae* uxoris *Galbae* sit accipiendum, non potest dubitari.

[Cuius et vivae gratia plurimum valuit] Plutarchus scribit, ope *Liviae* impetrasse eum consulatum ab Augusto: Λιβίας παρασχούσης ὕπατος ἐν Παλατίου προήλθε.

*HS. namq. quingenties — inter legatar. habuisset*. Id est, habere cum *Livia* voluisset: sic enim dictum, ut lib. 1. *peripigit cum adversariis*. Quare Interpretes aliique docti viri quidquam censeant in hac perio-

do esse mutandum, causa, meo iudicio, idonea nulla est. Unum est, quod non queam concoquere, legati modus; omninoque scribendum suspicor *quingagies*, non autem *quingenties*. Scio enim, eam summam legati esse ultra civilem modum: quem quum Augustus in testamento suo diligenter servaverit, teste Tacito, ineptum est, putare, non esse habitam eius rationem a Livia. Nonne vero absurdum fuerit, quum Augustus et Tiberius quadringenties non multo amplius populo Rom. legaverint, Liviam uni Galbae quingenties reliquisse? Nunquam factum, meo iudicio. Ita ergo statuamus potius. Legaverat Livia Galbae quingagies, hoc est, aureorum coronatorum centum viginti quinque millia. Tiberius revocavit ad quingenta, sive coronatorum duodecim millia et quingentos.

Cap. 6. *Consulatum per sex menses*] Viterb. *per tres menses.*

*Solemni sorte spectaculo*] Nam et in castris spectacula edi solita: quorum Plutarchus in Galba meminit.

*Data tessera ut manus paenulis continerent*] Tesseram vocat ducis praeceptum, quod ab iis, qui proximi erant, primo exceptum, per successionem ad omnes pervenit: nec refert, sive id voce datum est, sive in pisticatio scriptum; utroque enim modo fieri solitum. At tesseram hic accipere notione vulgari, ut accipitur a Torrentio, pro signo ad excubias, omnino est ἀπροσδιόνυσον. Quid apud Livium magis obvium, quam ut ad mandata perferenda tesserae adhibeantur?

*Per castra iocundatum est*] Tacitus 1. Histor. 5. *Laudata olim et militari fama celebrata severitas eius.*

*Neque testimonium, ne — ulli perciperent*] Milites sub Imperatoribus leviora praemia ab eo duce petebat et accipiebat, cuius ductu bellum gerebat; quae maioris momenti erant, ut plura genera coronarum, ea ab ipso Imperatore erant petenda, qui solitus in ea re iudicium sequi plerumque ducum, vel legatorum. De

hoc testimonio loquitur Suetonius. Vide supra, quae de beneficiis militum observamus.

*Ad effectum Imperatoris — cucurrit*] Mos multorum Imperatorum, de quo dictum nobis ad lib. 4. c. 26.

Cap. 7. *Africanam pro Consule biennio obtinuit*] Videtur Galba monumentum sui reliquisse urbem in eo loco positam, ubi ipse castra habuerat, *Castra Galbae* dictam: eius mentio apud B. Cyprianum in concilio Carthaginiensi, ubi tamen dicitur *Castrum Galbae*.

*Quum de proprietate iumentis quaereretur*] Viterb. *quum proprietatis iumentis quaereretur*.

Cap. 8. *Ne ad gestandum quidem iter — quam*] Deest *aliter ante quam*. Sic et apud Graecos. Polybius 5. historia: Τοῖς ὅλοις ἐσφάλησαν, παρ' οὐδέν ἢ τὴν προειρημένην αἰτίαν, pro παρ' οὐδέν ἄλλο. Constanter autem sic legitur in omnibus antiquis codicibus et editionibus: tamen Rob. Stephanus adiecit eam vocem; ediditque *ne ad gestandum quidem aliter unquam iter ingressus*, cui iam sere assentior: suspicorque, *iter* hic partem esse vocis *aliter*. Nam et illa locutio, *ingredi iter ad gestandum*, aliquanto videtur insolentior.

*Ut secum vehiculo prox. decies HS. — efferret*] Nihil mutemus: nam *e proximo*, quod quidam restituunt, non potest locum habere, si ad auctoris mentem diligenter attendimus: qui hoc vult, cavisse Galbam, ne si casus aliquis subito nuntiaretur, qui fugae necessitatem ei afferret, a pecunia imparatus reperiretur: propterea proximum sibi habuisse semper in omni itinere vehiculum istud auro onustum. De more circumferendi pecuniam notavimus nuper ad Apuleii Apologiam.

*Succesurumque iuveni senem*] Dio similiter: Καὶ οἱ μάλιστα τὴν τοῦ νεωτέρου ἀρχὴν πρὸς τὸ γῆρας αὐτοῦ μεταστήσεσθαι ἔφησαν.

*In Cantabriae lacum fulmen decidit*] Sic Memmianus, non *lucum*.

*Repertaeque sunt duodecim secures*] Viterb. *repertaeque statim duodecim*.

Cap. 9. *Per octo annos varie*] Totidem ait Plutarchus, de anno loquens, quo Vindex in Neronem coniuravit: Ἔτος ὀγδοῦν τὴν ἀρχὴν ἔχων.

*Non ex fide versanti pecunias*] Suspectum verbum *pecunias*: forte etiam tollendum, aut scribendum *in pecuniis*.

*Praeter ceteras altiore et dealbatam*] Quasi esset solatium, quoniam pereundum sit, ἐξ ἀξίου γούν ξύλου, ut est Graecorum proverbium. Magnum videlicet in altiore cruce πλεονέκτημα. Lucilius, Graecorum Martialis, Anth. lib. 2. c. 51.

Μακροτέρῳ σταυρῶ σταυρούμενον ἄλλον ἑαυτοῦ  
Ὁ Φθονερός Διοφῶν ἐγγύς ἰδὼν, ἐτάκη.

Habes similia exempla in Niceta et aliis.

*Ne quid materiae praeberet Neroni*] Nempe ad odium vel suspicionem, aut utrumque potius. Tyranni enim virtutes, quibus ipsi carent, in aliis oderunt, et perditas cupiunt; iidem viros omnes, quos sua virtus in quocunque genere reddit insignes, et quod necesse est, in vulgus gratiosos, pro hostibus habent: itaque passim in Tacito observabis rectores provinciarum, res magnas gerere idoneos, vires sponte remittere; quum plus ab Imperatore quam ab hoste sibi timerent. Haec sine dubio causa fuit prima, cur a prioris administrationis severitate Galba recederet, ut indicat his verbis Suetonius. Sed hanc causam ipse profiteri quum non auderet, aliam solitus afferre, quae statim sequitur. Ait enim nosser, et ut dicere solebat, quod nemo otii sui rationem reddere cogeretur. Haec vero ratio quam viro magno sit indigna, quam perniciofa reip. et ei, qui utatur, probrosa, fusc ostendimus in nostris ad primam Polybii historiam disertationibus.

*Nec diu cunctatus*] At certe aliquantum est cunctatus et cum amicis deliberationem habuit: in eo concilio, vox fuit Titi Ovinii, viri non optimi, prudentissima: *Deliberasse de defectione, iam defecisse est; τὸ*

ζητεῖν Νέρωνι εἰ πιστοὶ μένομεν, ἤδη μὴ μενόντων ἐστίν.  
Adi Plutarchum.

*Sacerdos Iovis Cluniae*] Angeli Politiani codex, et alii nonnulli, *sacerdos Lunii Cluniae*. De Luno deo habes apud Spartianum in Caracalla c. 6. et 7. Sed membranae omnes, quas inspeximus, *Iovis*. Regionum unus *Cluniae* pro *Cluniae*: minus recte. Κλουσίαν enim Graeci vocant. Plutarchi exemplaria in Galba, Κολουσίαν: id quoque minus recte.

*Oritur, quandoque — princip. dominumq. rerum*] Non fuit vana fides; nam Traianus, Hadrianus, Theodosios orbi terrarum dedit Hispania. Praeter historicos adi Pacati divinum Panegyricum.

Cap. 10. *Quum — conscendisset tribunal*] Plutarchus: Προγράμματα ἐδήλωσεν ὁ Γάλλος ἡμέραν, ἐν ἣ τὰς κατὰ μέρος ἐλευθερώσεις ἀποδώσει τοῖς δεομένοις.

*Legatum se senatus ac populi Rom. professus est*] *Legatus*, στρατηγός. Dionem vide. Plutarchus: στρατηγός συγκλήτου καὶ δήμου Ῥωμαίων ὀνομαζόμενος.

*Super exercitum veterem legionis unius*] Sic est: quia iam Hispania bona fide praestare obsequium assueverat, vetus ordinatio fuerat immutata. Nam quum olim tres legiones in ea parte Hispaniae praetenderent, ut est auctor Strabo, Galbae Tarraconensem administranti maior non adest exercitus, quam legionis unius, alarum duarum et cohortium trium. Ipse ait apud Tacitum 1. Histor. c. 6. *Sit ante oculos Nero, quem longa Caesarum serie tumentem, non Vindex cum inermi provincia, aut ego cum una legione, sed sua immanitas, sua luxuria cervicibus publicis depulere*. Paullo ante scribit idem, legionem Hispanam a Galba in urbem introductam: quae haec ipsa est; nam legio cognomine Hispana illis temporibus nulla, opinor, fuit.

*Ac e primoribus*] Scribendum, *At e primoribus*, et sublata maiore distinctione iungendum cum antecedentibus; *e plebe quidem*.



*Evocati appellarentur*] Puto, mansisse nomen istorum, fuisseque in aulis principum, qui *Evocati Augusti* appellarentur; non illa verbi notione omnibus nota, sed hac recenti: in antiquis sane inscriptionibus saepe legas, EVOK. AUG. et apud scriptores quoque interdum.

*Excubiasque circa cubiculum summ]* Principum custodes alii ad fores Palatii stabant; haec est illa cohors, quam τὴν παραφυλάττουσαν ἀεὶ σπεῖραν Plutarchus vocat: erant alii ad ipsas cubiculi fores; quorum meminit auctor et lib. superiore c. 47.

*Sculptura gemmae victoriam cum — expermente]* Multi codd. *sculptura*, melius per *a* in Memmiano et aliis. Tres sunt artes, caelatura, sculptura, sculptura, quarum differentias pauci capiunt: at sculpturam a sculptura auctor Glossarum videtur distinguere ratione materiae, ut haec sit in auro, argento, argilla et similibus; illa in lapidibus. Sic Glossa: *Sculpit, γλύφει λίθου; sculptor, λιθογλύφος.*

*Alexandrina navis]* Dio ait, fuisse plures, πλοῖα ὀπλων μεστὰ.

*In balnea transeuntem paene interemerunt — ne]* Non sine causa Torrentium advertit locutionis huius inconcinntas: nam *paene interemerunt, nisi*, valet interempturi fuerunt, nisi; aut potius brevitatis studio ommissa verba hoc pacto supplenda: idque adeo factum esset, nisi. Sic saepe Latini scriptores. Auctor Romanus, quem Hegesippum dicunt, lib. 2. c. 14. *Tanto impetu in Romanos profiluere, ut omnem exercitum averterent, nisi equites subvenissent: averterent*, pro aversuri fuerint. Lib. 5. c. 20. *Romanos flammae circumvallaverant, nisi mature consulissent*: hoc est, circumvallaturae fuerant. C. 50. *In potestatem hostium vivis concesserat, ni nodum intercidisset*, pro concessurus fuit.

Cap. 11. *Mors Vindicis]* Memm. et Viterb. *mors sui vindicis*: fortasse, *mors Iulii Vindicis*.

*Sed supervenientibus ab urbe nuntiis]* Iccus libertus Roma in Tarraconensem venit ad Galbam septem diebus. Tam stupenda diligentia merebatur a Suetonio haud praetermitti: vide Plutarchum.

*Ac dependente a cervicibus pugione ante pectus]* De itinere Galbae ex Hispania Romam loquitur Tranquillus. Sed videtur Galba morem semel susceptum semper postea servasse: nam Xiphilinus vitae urbanae illius extrema tempora describens, observat, irrisum fuisse, quod senex quum esset, et valetudini nervorum obnoxius, in omni itinere gladium suspensum gestaret: "Οτι Ξίφος διὰ πάσης τῆς ὁδοῦ ἐξηρτᾶτο καὶ γέρων καὶ ἀσθενῆς τὰ νεῦρα ὦν, καὶ πάνυ πολὺν γέλωτα ὠφλίσκεαεν.

*Fonteio Capitone]* Viterb. *Fonteio*, ut in libris Plutarchi *Φροντήιος*. Memm. *Fonteio*.

Cap. 12. *Quos Nero — iustos milites fecerat]* Quam parum honesta apud Romanos fuerit olim nautica militia, ac quare, ad Polybium, faciente deo, dicturi sumus lib. 6. At classarii isti et remiges beneficio Neronis facti iusti milites in unam legionem fuerant coniecti, auctore Plutarcho: quam sane admodum amplam, supra consuetum etiam illa aetate modum, fuisse oportet, si caret mendo, quod scribit Dio, saevitia ista Galbae periisse illorum ad septem millia, praeter numerum ingentem eorum, qui tunc liberati, mox sunt decimati. Fortasse scribendum apud Xiphilinum, εἰς τρισχιλίους vel τετρακισχιλίους ἀπέθανον.

*Aquilam et signa pertinacius flagitantes]* Plutarchus: σημεῖα τῷ τάγματι καὶ χώρων αἰτοῦντες: id est, *signa flagitantes legioni suae et locum, ubi tenderent.*

*Immisso equite disiecit]* Imo et pedite, si sequimur Dionem: ἐφῆκε σφίσι τὸ στράτευμα. Plutarchus Suetonium sequitur: ἐκέλευσε τοὺς ἵππεῖς ἐμβαλεῖν αὐτοῖς.

*Iuxta cuius hortos tendebat*] Ante castra in urbe aedificata praetoriae cohortes multifariam diverseque tendebant in urbe, et vicinis urbi municipiis. Scianus in unum coegit exstructis castris: sed in castra, ut vides, non admittit cohortes, quae ex aliis quam Romanis civibus erant compositae, ut Germanorum, Hispanorum aliorumve.

*Parapsidem leguminis*] *Paropsidem*; nam absurdus error est, scribere per *a*, ut in multis libris invenitur: veteres omnes per *o*, alioquin inepte confundantur ἀψίς et ἔψον.

*Denarios quinque donasse*] Magnitudinem fordidum intelliget, qui cogitabit, fuisse moris, ut histrionibus placentibus praeter mercedem legitimam aliquot aurei ac similia munera darentur: datae sunt et coronae ex auro. At Galba tanta illiberalitate fuit, ut aliquando amicis daret muneri non denarios integros, sed asses duos tresve. Dio: "Ὡστε μὴδὲ δραχμὰς ἔστιν οἷς, ἀλλ' ὀβολοὺς χαρίζεσθαι. Plutarchus haec aliter narrat.

Cap. 13. *Canticum exorsis, Venit io Simus a villa*] Plerique libri, etiam Memm. et Viterb. *exorsus*, sed videtur prius fuisse scriptum, *St. venit io Simus*. Notum est, *St.* esse in comoediis indicendi silentii signum: tale illud apud Ciceronem de Iulio Caesare, *St. manum de tabula; magister adest*. Male autem in vulgatis codicibus *simus* est scriptum: nam recta scriptura est *Simus*. Id nomen est personae comicae, e re sic appellatae: ita enim fingebant personam hominis rustici et triparci, qualem populus Galbam existimabat. Pollux lib. 4. c. 19. p. 147. Τῷ ἀγροίκῳ, τὸ μὲν χρῶμα μελαίνεται· τὰ δὲ χεῖλη πλατέα καὶ ἡ βίς σιμῆ, καὶ στεφάνη τριχῶν. Porro in omnibus Mss. locus hic depravate exaratus reperitur: fere enim scribunt, *venitione simus*, atque ita etiam Memm. Possis facere, *venit Onesimus*: at in Viterb. pro *nē* est *n̄*, fortasse legendum *noster Simus*.

*Reliquam partem retulerunt*] Aristoteles in simili sententia 3. Rhetoric. προλαμβάνειν aptius dixit.

Cap. 14. *Sed nequaquam tam grata erant*] Utilitatis et planius, *tam grata ea erant.*

*Ac iam summi equestris gradus candidatus*] Ita edidimus ex codicis Viterbiensis fide: neque dubitandum videtur, quin haec sit vera lectio, non, ut habent alii, credo, omnes, *summae equestris gradus candidatus.* Non est autem dubium, fuisse illis temporibus summum equestrum gradum, sive fastigium equestris ordinis praefecturam praetorii: negant tamen viri docti, de praefectura illa sensisse Suetonium, sed de procuratione potius, quae et ipsa equestris ordinis propria. Rationem afferunt, quia parum sit probabile, sub Galba libertum iri promotum ad eam dignitatem. Ego vero Suetonii verba aliter accipienda censeo, et simpliciter ita locutum illum esse interpretor, ad indicandam Iceli potentiam; quasi diceret, eo ipsum pervenisse, ut princeps propemodum equestris ordinis haberetur. Possumus et candidatum pro eo, qui ambit, accipere; neque absurdum in eo quidquam erit, si dicatur iste libertini generis homo, etiam ad praefecturam praetorii adspirasse. Non enim propterea recte colligas, fuisse illi facultatem perveniendi, quo tendebat. Plutarchus de potentia Iceli idem cum Suetonio dicit, sed aliis verbis: Τῶ δὲ ἀπελευθέρῳ δακτυλίους τε χρυσοῦς ἔδωκε, καὶ Μαρκιανὸς δ' Ἰκελος ἤδη καλούμενος εἶχε τὴν πρώτην ἐν τοῖς ἀπελευθέροις δύναμιν. *Liberto aureos anulos concessit: atque is Marcianus Icelus iam appellatus, summam inter sui ordinis homines potentiam obtinebat.*

*Quam conveniret principi electo*] Et a quo contraria omnes expectabant: unde factum, ut gravius acciperentur, quae ita praeter opinionem eveniebant; omnes enim, ut Plutarchus ait, ἕτερον ἡγεμονίας σχῆμα προσεδέχοντο.

*Atque illius aetatis*] Regii, Memmii et Liffaeli codd. *atque illud aetatis.* Erat Galba annorum LXXIII.

*Inauditos condemnavit*] Plutarchus de caede Cingonii Varronis, Mithridatis Pontici, et aliorum: "Ἐδοξε μὴ νομίμως, εἰ καὶ δικαίως, μηδὲ δημοτικῶς ἀνηρηκέναι πρὸ κρίσεως ἄνδρας οὐκ ἀσέμους.

Cap. 15. *Per quinquaginta equites Rom.*] Initio negotium mandatum equitibus XXX, sed postquam difficultas maior apparuit, quam initio videretur futura, atque, ut Plutarchus ait, τοῦ πράγματος πόρρω νομομένου καὶ προϊόντος ἐπὶ πολλοὺς, additi prioribus equites XX. Ita concilium Tacitum Suetonio.

*Scenici aut xyfici*] Οἱ περὶ σκηνὴν καὶ πάλαιστραν. Plut. Vide lib. 2. c. 45.

*Pretio adipisci*] Scripsimus cum veteri Rom., cui multi manuscripti consentiunt. Et Priscianus lib. 8. verbum *adipiscor* in albo eorum deponentium refert, quae antiqui tam activa quam passiva significatione protulisse inveniuntur. In Viterb. est *adiici* pro *addici*, ut saepe alibi. Memmianus *addici*, idque fortasse verius.

*Pret. addici aut donari grat. passus esse vectigalia*] Principum, qui ad breve tempus regnarunt, facta negligentius ab historicis, etiam diligentissimis, prodi memoriae solent. Nam quia ordinationes ab iis profectae, cum suis auctoribus, ut plurimum finiuntur; quod non mansit diu, pro eo habetur, ac si ne fuisset quidem unquam. Ne aliunde exempla arcessam, quis e scriptoribus rerum fecit mentionem quadragesimae ab eo remissae? Sciunt periti rerum Romanarum, nomen id esse portorii, quod publicanis pendebatur. Eam exactionem ut et plures alias eiusdem generis Neronem quondam sustulisse, auctor est Tacitus lib. 13. Annalium. Verum eo loco addit Tacitus illa Neronis decreta, *brevi servata, dein frustra habita.* Galbam revocasse abolitionem quadragesimae, docemus nos invicto argumento, nummi veteris, qui ex S. C. ad tradendam potestatis eius.

beneficii memoriam et honorem Galbae, fuit percussus: eum nummum vidimus ipsi, communicatum nobis ab eruditissimo viro, et veteris historiae studiosissimo, Iacobo Azamo, Advocato Limosensi, dioeceseos Electensis in Narbonensi Gallia Syndico. Quod igitur scribit Tacitus, mansisse adhuc aetate sua abolitionem quadragessimae per Neronem factam; non ita intelligendum est, quasi post Neronis constitutionem perpetua et constans eius viguisset observatio: sed quod fuit Galbae imperium et breve et obscurum, hoc ignoravit Tacitus, aut dissimulavit.

*Saevitiae populum increpuit edicto*] Placet haec omnium codd. scriptura: nec assemtior doctissimo cuidam viro, qui mallet, *saevitiam populi increpuit edicto*. Hoc utilitatis, illud magis Suetonianum lib. 4. c. 59. *modo avaritiae singulos increpans*. Edicti sententiam apud Plutarchum lege.

Cap. 16. *Universis ordinibus offensus*] Errant, qui hanc Mss. lectionem *γνησιωτάτην* corrumpunt, et legunt *offensus*. Potuit fugere viros eruditissimos vocis *offensus* haec significatio? Cicero ad Atticum lib. 2. epist. 19. *Scito, nihil unquam fuisse tam infame, tam turpe, tam peraeque omnibus generibus, ordinibus, aetatibus, offensum, quam hunc statum*. Pro Sextio: *Aliusne est aliquis improbis peculiaris populus, cui nos offensi invisique fuerimus: et ita saepe alibi*. Memmianus tamen, *offensis, et flagrabat, non flagravit*.

Cap. 17. *Despectui esse — ratus*] Plutarchus ad verbum, *Φοβηθεὶς ὡς μὴ μόνον διὰ τὸ γῆρας, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν ἀπαιδίαν καταφρονούμενος*. Sunt vero liberi *firma imperii munimenta et subsidia dominationis*, ut loquitur Tacitus: *subsidia aulae*, ut Tranquillus. Philostratus lib. 5. de Vespasiano: *Τὴν δὲ ἀρχὴν ὑποδεξάμενος, θεραπεύσεται μὲν ὑπὸ τῶν ἑαυτοῦ παιδῶν, στηρίζεται δὲ ἐπ' αὐτῶν, καὶ ἐπ' αὐτοῦ οἱ παῖδες*.

*Testamentoque semper in bona et nomen adscitum]*  
 Ait *semper*, quia soliti olim prudentes patres familias  
 supremis suis mature prospicere, ac saepe pro oblata  
 occasione testamenti tabulas reficere. Non enim ferri po-  
 test, quod proferunt quidam ac tuentur, *super*, pro  
*semper*: vide in Iulio c. 85. et nota ibi verba ista, *he-  
 redem ab eo scribi*.

*Intra sextum adoptionis diem]* Plutarchus aliter  
 numerat, et *quartum diem* appellat.

Cap. 18. *Excepit terra tremore — sonus]* Vide-  
 tur scribendum, *terrae tremor*, ob sequentia; vel, *ex-  
 cepit terra tremore, et asfimili quodam mugitui so-  
 no*. In Memmiano disertè *tremor*: cetera minus bene.

*Sacrificanti coronam de capite excidisse]* Veteres  
*caducum auspicium* vocabant. Silius Italicus lib. 10,  
 169. de rege Syphace:

*Vittaque maiorum decoramen fronte, sine ullo  
 Delapsa tactu nudavit tempora regis.*

*Talia caelicolae casuro tristia regno*

*Signa dabant, saevique aderant gravia omina fati.*

Cap. 19. *Loricam tamen induit linteam]* Lin-  
 teis sive lineis loricis pro thoracibus esse usos veteres,  
 norunt omnes: sed quomodo illae fierent, et qua ra-  
 tione linum ita induresceret, ut etiam ferro resisteret,  
 hoc vero norunt non omnes. Fiebant autem linei tho-  
 races opera atque artificio coactiliariorum et *πιλοποιῶν*,  
 qui linum aceto vel austero vino, cui sal esset adiectum,  
 probe macerabant, deinde ita cogeabant, ut soliditatem  
 ac crassitiem lintei octies decies aut saepius in se com-  
 plicati haberet. Nicetas Acominatus lib. 1. rerum Isaaci  
 Angeli: *Αὐτὸς μέντοι ὁ Κορράδος ἄνευ θυρεοῦ τηρικαῦτα  
 διηγωνίζετο, ἐκ δὲ λίνου πεποιημένον ὕφασμα οἶνω αὐστη-  
 ρῶ ἰκανῶς ἠλισμένῳ διάβροχον πολλάκις περιπτυχθὲν δι-  
 κην θάρακος ἐνεδύετο· ἐς τοσοῦτον δ' ἦν ἀντιτυπὲς ἀλσί-  
 καὶ οἶνω συμπιληθὲν, ὡς καὶ βέλους εἶναι παντὸς στε-  
 γανώτερον· ἤριθμοῦντο δ' εἰς ὀκτωκαίδεκα καὶ πλείω ὕφά-*

*σχυτος συμπτύγματα.* Ipse Conradus sine scuto tunc dimicabat; sed pro lorica textum quoddam gestabat e lino factum, vino austero probe salito maceratum, saepius replicatum: quod quidem sale et vino coactum adeo firmum adversus ictus erat, ut penetrari a nullo telo posset. Erant autem huius texti plagellae octodecim et eo plures. Sed ad Polybium plura de his, quandoque deus dederit, ut eum edamus.

Cap. 20. *Neque praesentium quempiam*] Unum saltem excipe, cui uni Romanorum fidei et probitatis testimonium praebet Plutarchus.

*Iugulatus est ad lacum Curtii — erat*] Reperi in commentariis Graecorum causam, cur ita diu fuerit relictus: nempe addidisse illi canem, quo vivo caput Galbae amputari non potuerit; historia id sit, an fabula, nihil pronuntio.

*Galba cupide fruaris aetate tua*] Ὀυαίό σου, ὡ Γάλβα, τῆς ὥρας vel τῆς ἡλικίας. Sed in aliis libris non *cupide*, verum *Cupido* scriptum est, Turnebo teste; quod non displicet: nam ut subiicitur, sua Galbae forma placuit; ita Memmii codex.

*Eo loco, ubi iussu Galb. animadvers. in patronum*] Ei loco nomen Seliertio: ibi mos erat puniri, quos Caesares iusserant supplicio affici. Plutarchus.

Cap. 21. *Excreverat etiam — propendebatque*] Quidam libri, *in dextro latere eius gibbus vel caro, praependebatque.* Memmianus quoque *praependebat* per diphthongum.

Cap. 22. *Inter coen. vero usq. eo abundantem*] Viterb. et Lislacii *abundanti.*

*Libidinis in mares pronior*] Scribe, *pronioris*: ea vera lectio, quam etiam in editione Rob. Stephani offendi: sic malo, quam ut Torrentius, quia pendet oratio ab illis paullo ante, *eibi plurimi traditur.*

Cap. 23. *Periit tert. et septuagesimo aetat. anno*] Et hic dum rotundare numerum student Suetonius et



Dio, diverso modo discedunt ab eo, quod exacte verum: nam Dio ait, anno LXXII. Ambos componit Zonaras, qui ait, annos LXXII et dies XXIII.

*Imperii mense septimo*] Clemens Alexandrinus addit sex dies. Epiphaniï codices XXVI. Mitto, quae Theophilus et alii super hoc. Apud Dionem et Zonaram, qui a Dione habet, μῆνας ἔπτα scribere malint, quam auctorem negligentiae accusare.

## O T H O.

Cap. 1. *Ex Albia Terent. splendidissima femina*] Scribe *splendida femina*; nam ita codex noster, item Meimn. ac Lislæi, et iuvat Tacitus 2. Histor. c. 50. *Othonis pater, consularis, avus praetorius, maternum genus impar, nec tamen indecorum.*

*Quam nondum nubilem*] Membranae, *vix dum nubilem.*

Cap. 2. *Ac distento sago — in sublime iactare*] Praeter Martialem lasciviae huius meminit Ulpianus in collatione iuris cum legibus Moïsi, quam edidit pridem Petrus Pitheous, vir, quo nemo felicius in omni genere eruditionis est versatus. Ea proprie *sagatio* dicta veteribus Latinis, ut ex Glossario idem Pitheous ante nos annotavit: in eo scriptum: *Sagatio, παλμός*. Gallis dicitur *berner*, vocabulo veteris, ut videtur, Graeciae; nam Dores βέρνεσθαι dicebant pro πάλλειν. Hesychius: Βερνώμεθα, κληρωσώμεθα, Λάκωνες. Κληροῦσθαι idem est ac πάλλειν κλήρους, ut in illo poetae κλήρους ἐν κυνέη χαλκήρει πάλλον ἐλόντες.

*Prius quam plane restitutionem ei impetrasset*] Quia damnati repetundis amittebant ordinem. Vide ad c. 43. lib. 1.

Cap. 3. *Sepositus est per causs. — Lusitaniam*] Sic, *per honorem militiae urbe summove* in vita Iu-

venalis, cuius auctor non alius, opinor, quam Suetonius.

Cap. 4. *Aureos excubanti cohorti — dividebat*] Tacitus 1. Histor. 24. *Cohorti excubias agenti viritum centenos nummos dividebat.* Ergo aureus unus, et centum nummi, idem; quod et alia veterum testimonia, doctis observata, declarant. Hic locus me admonet, ut Eumenii panegyriæ orationem pro scholis emaculem. *Salarium me, ait, liberalissimum, principes ex huius reip. viribus in sexcentis millibus nummum accipere iusserunt.* Quis credat, salarium tam amplum ulli rhetori fuisse? Neque nos primos offendit ea summa: sed nos ex collatione Graeci scriptoris, qui testatur, annua stipendia professorum sub Imperatoribus fuisse aureorum sexcentorum, putamus, in ea oratione semper *sexagenis et tricena* scribendum, non autem *sexcentenis et terrena*. Sexagena sestertium millia, sive sexagena sestertia sunt aurei sexcenteni; quod fuisse salarium professorum diximus. Tatianus in oratione apologetica, philosophorum increpans avaritiam, *Vestri, inquit, philosophi tantum a contentu opum absunt, ὥστε παρὰ τοῦ Παυλίῳ βασιλέως ἐτησίους χρυσῶς ἑξακισίους λαμβάνειν τίνας εἰς οὐδὲν χρήσιμον, ὅπως μὴδὲ τὸ γένειον ὀφραδὸν καθευμένον αὐτῶν ἔχῃσι.* Et nota sis vocem *τίνας*: nam ex ea intelligimus, celeberrimis tantum doctoribus id datum salarium; quod facit valde ad destruendam illam immensam summam, quam falsa scriptura apud Eumenium ingerit. Quae adversus hanc emendationem eruditissime doctissimi viri disputarunt, non adducunt me, ut sententiam mutem: maxime quum Eumenii illa verba cogito, *ex huius reip. viribus.* Quis credat, rhetores, qui in urbe docebant, annua centena habuisse, ex instituto Vespasiani: hanc vero, qui in provincia, et quidem in urbe non admodum potente, ut ipse testatur, annua sexcentena, hoc est, ad coronatos hodiernos decies mille et quingentos? Mihi istud mirum videtur atque ἀπίθανον.

Cap. 5. *Per hos sollicit. reliqui, nec adeo multi*] Etiam Xiphilinus ὀλίγους στρατιώτας συνομωμικέναι αὐτῷ indefinite scripsit. Utrique lucem facit Zonaras, qui triginta ait fuisse.

*Haud dubia fiducia in ipso negot. plurib. affuturis*] Deest ut aut *quasi* in illo loquendi genere; nam hoc Graeci ita dicerent: Πεποιθότες σφόδρα. ὡς ἐν αὐτῷ τῷ ἔργῳ πλείονων παρεσμένων, vel προσχωρησόντων. At in Viterb. aliam lectionem reperi, *plures affuturi*.

Cap. 6. *Erat animus post*] Memm. et alii, *Tulerat animus*. Ut, *In nova fert animus mutatas dicere formas*.

*Medium quoq. temp. religio et Seleucus exemit*] Facio invitus, testor, quod toties a magno illo viro dissentiam, qui haud ita pridem multa erudite in hunc auctorem a se animadversa in Semefiribus publicavit. Mihi vero ita aequus contingat lector, ut animus est nulla aerugine suffusus, et veritatis in omni re parva, magna, studiosus. Placet autem illi, omnino legendum esse hic, *religio et ipse locus exemit*, quibus adducatur rationibus, lector studiosus apud ipsum videbit. At nobis vulgata lectio prae hac nova nimis sapit: eam sic interpretamur. *Medium tempus* vocat sex illos dies, quos ait Plutarchus medios fuisse ab adoptione Pisonis ad caedem Galbae. Adoptio celebrata a. d. IV. Id. Ian., caedes facta XVIII. Kal. Febr., medio tempore inter hos dies interiecto, ne Otho Galbam occideret, impeditum illum ait Suetonius, qua religione, qua Seleuci monitis. Religio, quam intelligit, est πατροπαράδοτος quaedam traditio, qua vetabantur seria negotia certis diebus inchoare: talis erat in eo tempore, quod *medium* hic vocatur, dies postiridie Idus, ut lib. 2. notamus c. 15. Refero eodem et diem III. Id. Ian. et qui XIX. Kal. Febr. dicitur, ambos Carmentae sacros: quo tempore sapere linguis oportebat, non caedibus operam dare: atque hi dies publice religioni: potuerunt autem

etiam ceteri privata superstitione Othoni esse religiosi et atri: sicut Augusto omnes Nonae. Iam ergo habemus, quomodo medium tempus religio exemerit: ut missa faciam omina, tristia auguria et aruspicum responsa, quae Othonis coepta tardare potuerunt. Mos autem omnium fere Romanorum fuit per ea tempora, ut prius quam vel tantilli momenti rem aggrederentur, adirent ad mathematicos et astrologos, ut sumendo exordio horam felicem indicarent. Iuvenalis 6, 781.

*Aegra licet iaceat, capiendo nulla videtur  
Hora cibo, nisi quam dederit Petosiris.*

Othonem autem isti hominum generi valde fuisse addictum, non obscure Tacitus indicat: ut mirum non sit, in tantae rei negotio sedulo ipsum omnia temporum momenta explorasse, et de illis eum consuluisse ex astrologis, quo plurimum uteretur. Talis erat Seleucus, ut ex hoc loco et alio c. 4. apparet: sive is est, qui Tacito et Plutarcho Ptolemaeus dicitur, sive alius. Iudicet nunc lector eruditus, quid sit in hac aut lectione aut interpretatione, cur antiquis codicibus, qui omnes in vulgata scriptura consentiunt, fides debeat abrogari. Quam commentus est vir doctus lectio, et ipse locus, stare aliter non potest; nisi de certo aliquo et definito loco intelligatur, in quo latitans totum illud tempus medium Galba transmiserit. Cedo autem mihi aliquem huius historiae auctorem; cedo etiam loci eius nomen.

*Abditus propere muliebri sella]* Tacitus *fellam ἀπλῶς*, at Plutarchus *Φορεῖον*. Melius dixisset *δΐΦρον κατὰ στεγον*: nam tales sellae mulierum, quibus in publicum deserebantur, quod vox *abditus* manifesto docet. Fuerunt et aliae sellae mulierum non adopertae, sed quarum domi usus, non foris. Talis erat, opinor, quae *selliquastrum* dicebatur, ut Varro et Festus scribunt, alii per *i*, *siliquastrum*. Hyginus lib. 2. Astronomici poetici, de Cassiopeia, pro quo facto *inter sidera sedens in siliquastro constituta est*: lib. 3. *Cassiopeia sedens*

*in siliquaastro collocata est.* Ne igitur mutemus eam vocem, aut mendi suspectam habeamus apud Arnobium lib. 2. *Quid arquata si sellula, acus, strigil, polubrum, siliquastrum?* Habuere mulieres olim et δίφρους λοχειαίους, in quibus sedentes enitebantur; quarum hodieque usus est: mentio earum Exodi c. 1. et apud Artemidorum lib. 5. c. 74.

*Donec omiſſa mora succollatus]* Bene: neque delenda verba, *omiſſa mora*, Φειδοῖ τοῦ χρόνου. Moram intelligit exspectandi lexicarios servos, quibus deficientibus, liberi homines in armos et collum receptum eum baiularunt vicibus: quod *succollare* dicitur.

Cap. 7. *Positaque brevi ratione]* Simplex pro composito *posita*, id est, exposita. Viterb. tamen *oratione*, cum veteri Rom. item Memm. et aliis multis: sed durum sit nimis *posita oratione* pro *habita*.

*Diplomatibus primisque epistolis suis — adiecit]* Faceſſunt mihi negotium Plutarchi super hac re verba: Κλαύδιος δὲ Ῥοῦφος εἰς Ἰβηρίαν Φησὶ νομισθῆναι διπλώματα, οἷς ἐκπέμπουσι τοὺς γραμματηφόρους, τὸ τοῦ Νέρωνος θεῖον ὄνομα προσγεγραμμένον ἔχοντα τῷ τοῦ Ὀθωνος. Quid appellat τὸ τοῦ Νέρωνος θεῖον ὄνομα? aut quale istud est Neronis divinum nomen? Nam de *divi* appellatione accipere non possumus; nisi putamus, tam stultum Othonem fuisse, ut vivus appellari voluerit divus: quod non solum erat insolens, verum etiam ominosum et βλάσφημον. Deinde, ut ea sententia efficeretur, scribendum foret θείου. Tum intelligeremus in diplomatis Othonis scriptum fuisse, *M. Salvius Otho Nero divus*. Hanc sententiam confirmant nonnihil, quae scribit Tacitus extremo lib. 15. de adulatione Cerialis Anicii, qui Neronem adhuc inter homines agentem et coli pro deo, et divum Neronem appellari voluit. Sed verius puto, tollendam vocem θεῖον e Plutarchi verbis.

Τί γάρ μοι καὶ μακροῖς ἀύλοῖς] Varie corrupti sunt in postrema voce libri veteres: alii praeferunt δούλοις;

alii, ac prope omnes, ἀσύλοις. Mendose profus: neque hoc monerem, quum e Xiphilino veram lectionem, de qua dubitari non potest, Turnebus pridem indicarit; nisi viderem, esse viros doctos, qui depravatas lectiones veterum codicum partim interpretari conentur, partim aliter emendare: quorum utrumque supervacuum.

Cap. 8. *Quietem et concordiam suaderet*] Emenda Plutarchum in harum epistolarum mentione, et lege: Ὅφ' ὢν ἐπαιρόμενος ἔγραψεν Οὐίτελλίῳ παραινῶν οὐ στρατιωτικὰ Φρονεῖν: *P'er quae factus elatior scripsit Vitellio, monens eum, ne seditiosa consilia sequeretur.* Perperam vulgo editum παραινῶν στρατιωτικὰ Φρονεῖν, quam depravatam lectionem mirabiliter expressit Xylander, vir alioquin et iudicii et eruditionis non mediocris.

*Et placuerat per classarios*] Dele et ac pone τελείαν στιγμήν ante placuerat; incipit namque hic narrare, quod praecedentibus verbis proposuerat. Scripti omnes hunc pusillum errorem agnoscunt. Rem narrat Plutarchus accuratius: nam Suetonius multa omittit.

*Motis necdum conditis ancilibus*] Adi Polybium in fragmento libri ab Ursino editi 25. et Livium in eadem historia lib. 57. Similis superstitio servata Athenis, quum celebrarent Plynteria: per eius felli dies Minervae simulacrum tegebatur, ac publice privatimque diligenter observabant, ne inchoato festo, nec dum peracto, quidquam aggredierentur; id enim insaufum habebatur. Xenophon de reditu Alcibiadis in patriam post exilium: Κατέπλευσεν εἰς Πειραιᾶ ἡμέρᾳ, ἣ Πλυντήρια ἦγον ἡ πόλις: τοῦ ἔθους κατὰ κηκαλυμμένου τῆς Ἀθηνᾶς: ὃ τινες οἰωνίζοντο ἀνεπιτήδειον εἶναι καὶ αὐτῷ καὶ τῇ πόλει. Sed Plynteriorum dies unus saltem erat insaufus: ancilia semel mota ante trigessimum diem non condebantur, ut assummare videtur Polybius loco, quem indicavimus.

Cap. 9. *Ei ad Castris*] Ita omnes meliores, non, ut quidam alii, ad Castras.

[*Apud Bebriacum*] Nusquam minus et auctores veteres et libri, quam in loci huius descriptione consentiunt. Fere tamen Latinis scriptoribus aut *Bebriacum* dicitur, aut *Bedriacum*. Plutarcho *πολίχνη πλεσιόν Κρεμάνης τὸ Βητριανόν*: et quidam codices apud Eutropium, *Betriacum*. Viterbiensis quoque hic et Memmii ac Pithoei codices non multo aliter, *Bretiacum*. Eadem collocatio litterae caninae apud Iosephum, qui hanc vocem ita enuntiat, *Φρηδιανόν*. Vide et Chronicon Eusebii. Philostratus lib. 5. Othonem periisse *περὶ τοὺς Ἑσπερίους Γαλάτας* scribit: lake sane et negligenter.

Cap. 10. *Interfuit huic bello — Suetonius Lenis*] Reperi in Memmiano et habent alii libri, *Suetonius Laetus*: in nullo, quod sciam, *Linus*, quae depravata scriptura Mureto olim persuaserat, hunc esse Suetonium illum Paulinum, de quo Tacitus multa: qui magnus est doctissimi viri error.

[*Tribunus angusticlavius*] Haec vera lectio. Glossarium: *στενόσημος*; *angusticlavius*.

Cap. 11. *Qui disced. et abire coeptabant*] Viterb. ut Torrentii duo, *captabant*.

[*Et celeriter (ita praeceperat) funeratus*] Viterb. et Lislai, *celeriter, nam ita praeceperat*, unde olim vere notatum Turnebo, ortam esse falsam lectionem, *apud Veliternam, ita praeceperat*, cuius commentitiae (quod ex Plutarcho patet) scripturae nusquam in nostris libris exstant vestigia: neque item illius, quam praeferrunt editi quidam optimi, ut Rob. Stephani, *et celeriter ac parvo cultu, nam ita praeceperat*. Utrum ex lectione scripta? Probem, si ita sit: sed vereor, ne sit coniectura correctoris emendantis *γραφήν* veteris Rom. *apud Culiternam*.

[*XXXVIII. aetatis anno*] More suo Tranquillus annum inchoatum pro pleno numerat; nam alii XXXVII solum vixisse aiunt. In tempore imperii puto peccatum apud Clementem Alexandrinum, doctissimum et sanctissi-

mum scriptorem: legitur enim: "Οθων μῆνας ε', ἡμέραν α'. Ego vero scripsisse opinor γ', non ε'. Sic Eusebius in Chronico: *Otho tertio regni sui mense apud Bebriacum propria manu occubuit*: et Cedrenus μῆνας τρεῖς, ἡμέρας γ'. Neque tamen nescio, posse defendi vulgatam Clementis lectionem ex quorundam Graecorum traditione: nam in Fastis antiquis Graecis, qui Siculi vulgo vocantur et magno usui doctissimis viris saepe fuerunt, haec legi: "Οθων βασιλεύσας μῆνας ζ', ἐσφάγη ἐν τῷ Παλατίῳ Πρώμης. En, quantae nugae in quam paucis verbis. Haec est istorum hominum fides, quorum Chronologiis omnes veteres bibliothecae scatent: quare tirones quum illos legunt, meminerint, magno iudicio opus, ut possint nigrum mendacio praefigere theta. Velut quum in hac ipsa historia de morte Othonis ita Cedrenus scribit: Θύων δέ ποτε ἐν τῷ ἱερῷ τὰ τῆς Ἀφροδίτης ἄσματα τοῖς ἱεροῖς παρέμιξε· καὶ διὰ τοῦτο Οὐίτελλίου αὐτῷ ἐπαναστάντος, ξιφιδίῳ ἑαυτὸν διεχειρίσατο, εἰπὼν, Τί γάρ με ἔδει μακροῖς ἀλοῖς ἔδειν καὶ ἀλεῖν; Legerat nempe semidoctus aliquis, Othonem erupisse quondam in haec verba, Τί γάρ μοι καὶ μακροῖς ἀλοῖς; inde occasionem arripuit fingendi eam fabellam, quam narrat Cedrenus, nisi ipse fictor illius est, non solum narrator: et tamen ista cuiuscumodi sint, ferri possunt fortasse, nisi in rebus maximi momenti, et quae pertinent ad historiam ecclesiae, pari fide, quod certum est, versati essent. Verum quid ago? Non enim id a principio institueram.

Cap. 12. *Male pedatus scambusque*] Ex emendatione Turnebi est haec scriptura. Ille in membranis optimis repererat, quod et Pithoeus in suis, *cambusque*: nos in Lislacii, *scambus*. Σκαμβός Graecis dicitur, qui est crure aut pede varo. Suetonium voce Graeca usum, vel eam potius dictionem fuisse in usu tum Romanis, non est verisimilitudine abhorrens coniectura. In plerisque Mss. scriptum, *caivusque*: an vera lectio *claudusque*?



quod Petro Fabro placet. Sed verissima et iam certissima scriptura est, *scambusque*: nam et antiquissimi duo regiae bibliothecae codd. eam lectionem firmant, neque dissentit Memmianus.

*Galericulo propter raritat. capillor. — annexo*] Veteres quum capite nudo essent, et calvitiam urbanorum dictis esse obnoxiam experirentur, ad eam celandam instituerunt pelles quasdam parare, appositis crinibus humanis, sic ut aptata capiti, cutis vera, non coma ascititia videretur. Iis pellibus usi et viri et feminae. Tertullianus de cultu feminarum: *Affigitis praeterea nescio quas enormitates futilium atque textilium capillamentorum, nunc in galeri modum, quasi vaginam capitis et operculum verticis, nunc in cervicem retro suggestum. Nec galericulum solum vocabant, sed gale- rum.* Iuvenalis 6, 120.

*Sed nigrum flavo caput abscondente galero.*

Avienus Fab. 10.

*Nam mox deiecto nituit frons nuda galero,  
Discolor apposita quae fuit ante coma.*

*Ac pane madido linere*] Viterb. *linire*. Panis iste fiebat ex oryza aut fabis, ut apud medicos in compositione psilothrorum legimus: item ex farina siliginea. Iuvenalis 6, 471.

*Sed quae mutatis inducitur atque fovetur  
Tot medicaminibus, coctaeque siliginis offas  
Accipit, et madidae, facies dicetur an ulcus?*

*Sacra etiam Isidis saepe — propalam celebrasse*] Appianus de bellis civilibus lib. 4. Ουολούσιος ἀγορανομῶν προεγράφη· καὶ Φίλον ὀργιαστὴν τῆς Ἰσίδος ἔχων. ἤτησε τὴν στολὴν, καὶ τὰς ὀθόνας ἐνέδου τὰς ποδήρεις, καὶ τὴν τοῦ κυνὸς κεφαλὴν ἐπέθετο, καὶ διήλθεν οὕτως ὀργιάζων αὐτῷ σχήματι ἐς Πομπήϊον. Sed de habitu Isiacorum plura B. Cyprianus, Apuleius atque alii.

## VITELLIUS.

Cap. 1. *Exstat Q. Eulogii ad Q. Vitell. libellus*] Adiuvinus hac parte minimum veteres codices, et veram lectionem produximus, ante latitantem. *Quintus* hic *Eulogius* libertus Q. Vitellii fuit, estque a manumissione appellatus *Q. Vitellius Eulogius*, aut fortasse *Eclogius*. Hic ut patrono gratificaretur, stemma Vitelliae gentis descriperat, et librum eidem nuncuparat. Hoc genere officii soliti liberti patronorum suorum studia demereri. Sic *Iulius Marathus*, Augusti libertus, de rebus illius libros ediderat, ut dixit auctor lib. 2. *Spartianus Hadr. c. 16. Famae celebris Hadrianus tam cupidus fuit, ut libros vitae suae scriptos a se, libertis suis litteratis dederit, iubens, ut eos nominibus suis publicarent.*

Cap. 2. *Sectionibus et cognituris*] Sic optimi codices, itaque edidit primus, opinor, *Spectatae fidei* vir *Rob. Stephanus*: plerique tamen codd. *confuturis*; etiam *Viterb. futuris*, quod testificari volui.

*Cuiusdam furnariam exercentis*] *Viterbiensis, furnariam exercentis*, hoc est, *restionis lib. 2. c. 2. Furnaria* absolute positum pro *furnaria negotiatio*; sic *lignaria negotiatio* apud *Capitolinum*, et id genus alibi multa. In *Glossario* exponitur *furnarius*, *ἰπνοκαύστης*, *καμινοκαύστης*; sed ea interpretatio ministro potius *furnarii* quam *furnario* conveniat.

*Domo Nuceria*] In quibusdam loquendi generibus domus pro patria vel urbe ponitur: unde passim in *Dione*, οἱ οἴκοι Ῥωμαῖοι, vel οἱ ἐν οἴκῳ, et apud *Sophoclem*, ἡ οἴκοι πόλις. Nam ita scribi debet hic illius locus in *Oedipo Coloneo*, *vs. 751.*

— — — — — τήνδε τὴν πόλιν Φίλια  
Εἰπὼν· ἐπαξία γάρ· ἢ δ' οἴκοι πλέον  
Δίκη σέβουτ' ἄν, οὐτκα σὴ πάλαι τροφός.

Ἡ οἴκοι πόλις est patria *Oedipi*, *Thebae*: vulgo scribunt *οἴκη*, et male interpretantur.

*Scalpro librario*] Graeci *συλλα*, ut in epigrammate Iuliani, quo continetur scribae supellex, *συλλης τ' ὄξύτομον κοπίδα*. Latini *sicilam* vocant. Glossarium: *Sicila*, *συλλα*, *χαρτοτόμος*. Sed Arnobius vocem *suitam* pro Latinitate donata usurpat lib. 5. nisi legendum ibi *sicilam*.

*Lucius ex consulatione Syriae praepositus*] Dio lib. 58. Tacitus in anno urbis DCCLXXXVIII. Suetonius lib. 4. c. 14.

*Caium Caesarem adorari ut deum instituit*] Quem morem postea retulit Diocletianus, mansitque ex parte etiam sub infecutis principibus, quorum salutatio habuit aliquid adorationis immixtum. Memmii codex *adorare*,

*Socculum dextr. inter togam tunicamq. gestavit*] Minus erit indignationis, si meminerimus, soccis aureis et qui etiam lapillis fulgerent, usos veteres, qua feminas, qua viros, *ἀβροτέρους*. Propterea non cum ceteris calceamentis promiscue habebantur, sed in thecis servabantur, quas *σανδαλοθήκας* Menander appellavit. Noti etiam *sandaligeruli* et *sandaligerulae* ex comoediis.

Cap. 5. *Quum — legatus substitutus fuisset*] *Substitui* dicitur ille, qui vacuum desertione alterius locum occupat, quod hic de Vitellio dici posse non videtur. Legendum est cum libro amplissimi Memmii, cui et alii e nostris assentiuntur, *substitisset*. Quum exacto tempore administrationis annuae provincia excedendum esset Vitellio, ille substituit, ut fratri sibi succedenti legatum ageret.

Cap. 7. *Per communem factionis suae favorem*] Memmii et Lislai codd. *factionis Venetae*, ut in quibusdam editis. Confirmat mendosa lectio codicis Cuiaciani, *venenatae*, et hic et c. 14. pro *Venetae*.

*Quorum publica vectigalia interverterat*] Quare tollendam censet vocem *vectigalia* vir doctus? an quia publicum *ἀπλῶς* aliquando dicitur *τὸ τελώνιον*, ideo vera erit eius sententia? Quasi vero non multo saepius ali-

ter loquantur optimi auctores, quos omnes itemque aliquot veteres inscriptiones corrigamus oportet, si locum daturi sumus huic emendationi: ceterum omnes Mss. cum editis consentiunt.

*De se experimentis*] Dele voculas *de se*, quas nec scripta lectio agnoscit.

*Iamne ientassent*] Liber Memmii itemque Pithoei, *iantassent*: sic quidem scribebant, ut in Glossario, *iantare, iantaculum*.

Cap. 10. *De Bebriacensi victoria*] Memmii, Pithoei et Lislai *Betriacensi*, ut supra *Betriacum*.

*Egregie prorsus*] Pithoei liber *aegre*. Ipsi vero placebat, *regie*: non male, nam istud quidem factum vere fuit regium; mihi tamen nihil videtur mutandum.

*Perque flumina delicatissimis navigiis*] Cuiusmodi erant Ptolemaeorum regum *θαλαμηγά πλοῖα*, de quibus Appianus et scriptores alii multi. Vel illa Cilicum piratarum navigia, de quibus Plutarchus in Pompeio.

Cap. 11. *Seque perpetuum Consullem*] Vetus inscriptio:

A. VITELLIUS. L. F.

IMPERATOR

COS. PERP.

*Ut et aliquid de Domitio diceret*] Id est, caneret aliquod *ᾠσμα*, promptum ex libro canticorum Neronis. Sed quare potius *de Domitio* quam *de Nerone*? an Nero voluini a se edito indicem fecerat *Domitii cantica*? At Pithoei cod. *de Dominico*: ut puto, non absurde; ita enim videtur appellatum ab asentatoribus vivi Neronis liber canticorum eius, rerum domini: quam vocem refert nunc Vitellius, non sine allusione ad tempora Neronis, quae revocare studebat.

Cap. 12. *Coniecit in compedes, statimque solvit*] Ita emendavimus, accedente etiam quorundam librorum auctoritate, ut Rob. Stephani: mirum tamen, in Viterb. Lislai et aliis fere omnibus *coluit* legi.

*Ob nimiam contumaciam et ferocitatem*] Cuiacii codex, Pithoei et Liffaei, *furacitatem*.

Cap. 13. *In ientacula — commiffationesque*] Dio totidem nominat: Οὐχ ὅλης τῆς ἡμέρας οἱ αὐτοὶ εἰστίων αὐτόν, ἀλλ' ἄλλοι μὲν ἀκρατίσασθαι παρεῖχον, ἄλλοι δὲ ἀριστῆσαι, ἕτεροι δὲ δεῖπνον, ἕτεροι δὲ μεταδόρπιά τινα πλησμονῆς παραμύθια.

*Facile omnibus sufficiens — consuetudine*] Dio: Καὶ τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς ἐδαπάνα, ἀπλήστως τε ἐμφορούμενος, καὶ συνεχῶς πάντα ἐξεμῶν, ὡς μόνη τῆ παρόδῳ τῶν σιτίων τρέφεσθαι· ἀφ' οὗ καὶ ἀνταρμεῖν ἠδύνατο. De vomitandi consuetudine, quod Cicero vocat extremo lib. 13. Epistolarum ad Atticum, ἐμετικὴν ἀγεγε, Plinius lib. 26. c. 3. Cornelius Celsus lib. 1. c. 3. Iam inde ab Hippocratis temporibus mos fuit multorum, ut bis quot mensibus ἐμετικὴν ἀγεγερν, quibus erat sua valetudo curae. Apparet ex libro de salubri diaeta. Philo de vita Caii: Πολὺς ἀκρατος καὶ ὀψοφαγία, καὶ ἐπὶ πλήρεσι τοῖς ὄγκοις ἀπλήρωτοι ἐπιθυμίαι, θερμολουσίαι τε ἀκαιροὶ καὶ ἔμετοι, καὶ εὐθύς πάλιν οἰνοφλυγίαι ἔφεδροι γαστριμαργίαι. Propter hanc consuetudinem obiectum a Magno Pompeio ingrato cuidam, quem ditaverat, quod fecisset eum ἐκ πεινατικῶν ἐμετικόν, *de saepe esuriente, saepe reiicientem*.

*Quadrigenis millibus nummum constiterunt*] Ita Viterb. et alii meliores libri, non *quadragenis*. Quam aberrat autem vir doctus, qui, ut firmet lectionem *quadrigenis*, profert locum Dionis, de sumptibus eorum, qui convivia praebebant Vitellio: "Ὡστε ὀλίγων ἡμερῶν διελθουσῶν, ἑκατὸν εἰς τὸ δεῖπνον μυριάδας ἀναλῶσαι. Quomodo enim colligit inde, ita hic scribendum? nam Dio loquitur de sumptibus plurium dierum, Suetonius de singulorum conviviorum impensis: deinde summae quam diversae! nam Dionea est non minor quadragies festertium, quod videtur confirmare vulgatam lectionem similis loci lib. superiore c. 26.

[*A Carpathio usque jretoque Hispaniae*] Ἦος εἰ, ab extremis imperii sinibus Orientem versus et Occidentem. Leg. enim *a Parthia usque*, auctoribus libris regiis et Viterb. aliisque omnibus, quos ipsi vidimus. Lautos homines et popiniones Romanos aves a Parthis solitos petere, testatur Seneca Consolatione ad Helviam matrem. Quae afferuntur a doctis viris firmandae alteri lectioni, levia sunt et εὐέλεγτα.

[*Non profundae modo gulae*] Respicit locum superiorem c. 7., ubi similiter *profundam gulam* Vitellio tribuit. Sic locutus Seneca epil. 89. *Ad vos deinde transeo, quorum profunda et insatiabilis gula hinc maria scrutatur, hinc terras.* Sic Apuleius in Apologia: *Nec quidquam ei relictum est ex largiore fortuna praeter ambitionem miseram et profundam gulam;* et apud Claudianum, *profunda ingluvies*, lib. 2. in Eutropium. Plinius de Apicio, *nepotum omnium altissimus gurgis*: non aliter apud Sallustium, *profunda avaritia*; et apud Velleium, *profunda omnia conjundendi cupido*. Graeci pari elegantia atque efficacia vocem βάθος usurpant, ut in illo Pauli Apostoli, ὃ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ. Et Plutarchus in Marcello Archimedi tribuit βάθος ψυχῆς καὶ θεωρημάτων πλοῦτον. Themistius orat. 10. cuidam βάθος διανοίας. Dicitur et βαθύτης, ut in sexta Polybii historia, βαθύτης ψυχῆς: et apud Ciceronem ad Atticum, *meu βαθύτης*, quae dicitur Sallustio in Jugurthino, *altitudo ingenii*: inde apud Athenaeum lib. 9. ὁ βαθὺς τῆ φύσει στρατηγός. Vopiscus in Numeriano, *denique erat altus, risit et tacuit*: altus est βαθύς, vel βαθυγνώμων. Ex eo dicta *profundae mentis consilia*, Quintiliano, declamat. 18. Graeci poetae βυσσοδομέειν. Translatum dicendi genus a cultu arborum, declarant Aeschyli de Amphiarao versiculi:

Βαθεῖαν ἄλοκα διὰ Φρανός καρπούμενος,  
Ἐξ ἧς τὰ κεδνά βλαστάνει βουλεύματα.

Cap. 14. *Pronus vero ad cuiusque necem*] Scrib. *cuiuscunque.*

*Quam vernaculis et mathematicis*] Veteres codices nihil, quod nobis sit cognitum, isto loco variant: merito autem vellunt viris doctis aurem isti *vernaculi*: quos enim sic appellat Suetonius? Quare visum Iosepho Scaligero, doctorum nobilissimo, nobilium doctissimo, scribere *veraculis* aut *vericulis*. Oracula et sortes vocabant *vera*. Iulius Capitolinus: *Vates caelestis apud Carthaginem, quae deo repleta solebat vera canere.* Neque ego video, quid commodius excogitari possit; nisi fortasse aut cum Turnebo *divinaculis* legamus; aut vulgatum lectionem defendamus sic, ut *vernaculi* sint γόητες. Nam Zonaras distincte notat pulsos ab eo et ἀστρολόγους, hoc est, mathematicos, et mox γόητας, hoc est, praestigiatores ac circulatores. Hos videtur Suetonius *vernaculos* appellare: rationem nominis non facile aliquis divinet; sed videtur vox esse sordidae plebis, quae vilissimos de circo praestigiatores, ut erant ψηφοπαῖται et quicumque Ἰαυματσοποιοὶ dicebantur, sic indigebat: fortasse, quia eorum mos erat, admirationem et risum hominibus ciere. Seneca de Beneficiis lib. 6. *Alter apud proximum circulatorem resedit, et dum vagus atque erro vernaculis congregatur et ludit transeuntem Platonem, quem non quaesierat, invenit.* Martialis 10. Epigr. 3.

*Vernaculorum dicta, sordidum dentem  
Et foeda linguae probra circulatoricis.*

Fallor? an ex his duobus locis colligi potest, *vernaculos*, qui cum circulatoribus et circulatoricibus coniunguntur, aut eosdem, aut affines iis esse, quos γόητας ex Dione Xiphilinus vocat? Non me tamen fugit, quid in contrarium dici possit.

*Ne Vitellius Germanicus*] Ita Mss. nec quidquam mutandum. Sed quare tacet Suetonius, quod vel praecipuum erat? Istos nempe non vanos, sed vere fuisse

μάντεις κακῶν ἀτρεκέϊς: obiit enim Vitellius intra praefinitam diem.

Cap. 15. *Bebriacenses copias*] Ut supra *Betrium*, ita hic *Betriacenses* optimi codices.

Cap. 16. *Ut inde in Campaniam fugeret*] Terracinam ad cohortes fratremque. Tacitus, Dio.

*Confugitque in cellulam ianitoris — cane*] Dio: Ἐς οἴκημα σιοτεινὸν, ἐν ᾧ ἐτρέφοντο κύνες, ἐκρύβθη. De cellulis ianitorum diximus ad lib. 4. c. 57. Ad eas canis haberi solitus catena alligatus, ut hic locus indicat, aliique veterum scriptorum non pauci, doctis hominibus pridem observati. Eandem fuisse Graecorum consuetudinem, notabamus ad Laertium. Dio non satis apte videtur describere hanc cellam: nam etsi canis unus pluresve ibi habiti, tamen is non erat locus alendis canibus proprie destinatus. Sed quid sibi vult idem optimus scriptor, paullo mox, quum ait, Vitellium inventum a militibus fuisse, captumque ὑφαντοῦ καὶ αἵματος ἀναπεπλησμένον. Quid significat vox ὑφαντοῦ hoc loco? Nihil nempe: non enim ita scripsit Dio, sed φορυτοῦ, vel Ζοnara testis: unde emendare suum auctorem interpretes debuerant.

Cap. 17. *Donec religatis post terga — laqueo*] Totum hunc locum quasi ἔπος πρὸς ἔπος Dio expressit: Καὶ τοῦτου τὴν μὲν ἐσθῆτα αὐτοῦ περιβρέξαντες, καὶ τῶ χειρὸς εἰς τοῦπίσω δῆσαντες, τῶ τε αὐχένι σχοινίου περιθέντες, κατήγαγον ἐκ τοῦ Παλατίου τὸν Καίσαρα τὸν ἐν αὐτῷ ἐντροφήσαντα· καὶ διὰ τῆς ἱερᾶς ὁδοῦ ἔσυραν τὸν αὐτοκράτορα, τὸν ἐν τῷ βασιλικῷ δίφρῳ πολλάκις σοβήσαντα. Deinde veste ei discissa, religatis post terga manibus, iniecto cervicibus laqueo, e Palatio Caesarem, qui in eo deliciis luxuriaverat, et per sacram viam trahunt Imperatorem, qui in sella imperatoria persaepe magno cum fastu et insolentia in medios hominum coetus sese intulerat.



*Reducto coma capite*] Sic recte scriptum in antiquis membranis regiae bibliothecae, Viterb. et Pithoei. Hoc vult, milites, qui pone Vitellium erant, comam ei prehensisse et coegisse caput resupinare. Plinius in laudatione Traiani, de suppliciis delatorum loquens: *contigit desuper intueri delatorum supina ora, retortasque cervices.* Graeci poetae similem huic capitis reductionem in caedendis victimis fieri solitam, intelligunt verbo  $\alpha\upsilon\epsilon\rho\upsilon\epsilon\upsilon\upsilon$ , pro quo et  $\alpha\upsilon\omega\tau\rho\epsilon\pi\epsilon\upsilon\upsilon$  dicunt. Virgilius 10. Aen. 555. *Reflexa ceruice orantis capulo tonus abdidit enses.* Euripides Oreste in caede Clytaemnestrae eleganter,  $\omega\mu\omicron\upsilon\iota\varsigma\ \alpha\nu\alpha\kappa\iota\lambda\acute{\alpha}\sigma\tau\epsilon\varsigma\ \delta\epsilon\rho\eta\nu\ \kappa\acute{\alpha}\iota\epsilon\upsilon\upsilon$ . Contrarium his est apud Senecam de Tranquill. *subducta ceruice ferrum recipere.* Graeci Interpretes Eutropii hunc locum non intellexerunt. Alii libri, *reducta coma a capite*: quomodo et Marianus Scotus olim descripsit.

*Ceu noxii solent*] Malim, *ceu noxiis solet.* Intelligit autem morem in illustrium personarum supplicio seruari solitum, ut capite nudo et elato, quo dignosci omnibus possint, trahantur ad supplicium. Sic apud Polybium Danae illustris femina rapitur  $\delta\iota\acute{\alpha}\ \mu\acute{\epsilon}\sigma\sigma\upsilon\ \tau\eta\varsigma\ \pi\acute{o}\lambda\epsilon\omega\varsigma\ \alpha\nu\kappa\alpha\tau\alpha\kappa\acute{\alpha}\lambda\upsilon\pi\tau\omicron\varsigma$ . Dio in Seiani supplicio,  $\kappa\alpha\iota\ \acute{\alpha}\pi\epsilon\kappa\acute{\alpha}\lambda\upsilon\pi\tau\omicron\nu\ \acute{\epsilon}\pi\iota\kappa\alpha\lambda\upsilon\pi\tau\acute{o}\mu\epsilon\nu\omicron\nu$ .

*Mento mucrone gladii subiecto*] Placet Turnebi librorum lectio, *subrecto*: nec aliter codd. Cuiacii et Pithoei. Falluntur, qui Dionis locum proferunt, ut comprobent, melius esse *subiecto*. Nam verba Dionis quum neutri lectioni aperte patrocinentur, potius tamen indicant, esse alteram veram:  $\xi\iota\Phi\iota\delta\acute{\iota}\omicron\iota\varsigma$ , ait,  $\alpha\upsilon\tau\acute{o}\nu\ \upsilon\pi\acute{o}\ \tau\acute{o}\ \gamma\acute{\epsilon}\nu\epsilon\iota\omicron\nu\ \upsilon\pi\epsilon\kappa\acute{\epsilon}\nu\tau\omicron\nu$ ; pugionibus eum sub mento pungebant.

*Venter obesus*] Dio,  $\gamma\alpha\sigma\tau\rho\pi\acute{\iota}\omega\nu\ \eta\nu$ .

Cap. 18. *Anno vitae VII. et quinquagesimo*] Tacitus, Eutropius et eius metaphrastes Paeanius consentiunt. Dio et Zonaras tres fere annos detrahunt, et vixisse aiunt,  $\acute{\epsilon}\tau\eta\ \tau\acute{\epsilon}\sigma\sigma\alpha\rho\alpha\ \kappa\alpha\iota\ \pi\epsilon\nu\tau\acute{\eta}\kappa\omicron\nu\tau\alpha$ ,  $\kappa\alpha\iota\ \eta\mu\acute{\epsilon}\rho\alpha\varsigma\ \acute{\epsilon}\nu$ .

*νέα καὶ ἐγδοήκοντα*; imperium autem tenuisse per annum, decem diebus demptis: at Clemens *μῆνας ἑπτὰ, ἡμέραν α'*. Aliter Theophilus, et item aliter Epiphaniï codices: non enim illa putem scripsisse Epiphanium. Facile compones hos scriptores et ceteros, qui idem tempus notarunt, ex iis, qui Fasios concinnarunt. Onufrium adi: sed in Clemente videtur scribendum, *μῆνας ὀκτώ, ἡμέραν α'*, ex Eutropio.

IS. CASAUBONI

IN

SUETONII LIBRUM VIII.  
ANIMADVERSIONES.

VESPASIANUS.

Cap. 1. 7. *Flavius Petro*] Emendatum est ex cod. Pithoei, qui consentit cum scripto Glareani et libro Memmii. Viterbiensis hic errat cum vulgo: sed respicit statim, et paullo post *Petronis*, non *Petronii*, scribit ex fide. In eodem mox recte *publicum*, non *publicanum*.

*Pompeianarum partium centurio — an evocatus*] Ita scriptum in membranis Viterbiensibus et plerisque aliis, atque editis, credo, omnibus. Sic loquitur et alibi lib. 2. c. 19. *Deprehensus est cultro venatorio cinctus: impose mentis an simulata dementia, incertum*. Probo tamen, quod praeferunt libri meliores, Memmianus, Pithoei et Cuiacii; qui omnes illa *incertum* sponte non agnoscunt: igitur scribe, *Pompeianarum partium centurio, an evocatus*. Familiare Tacito, Plinio aliisque loquendi genus: quo usus et noster est, in Claudio, c. 13., in Galba, c. 12., et in hac vita iterum, c. 6. Exstat et apud Livium, ut lib. 28. *Ea suspicio, vitio orationis, an rei, haud sane purgata est*.

*Manebantque imagines*] Si quid mutandum, scriberem, *Manent hodieque*: sed non videtur necessum: nam potius putem, *Vespasianum* rerum potitum, curasse

tollenda haec parum gloriofae originis suae testimonia: nec moveor verbis Suetonii c. 12., quae suadere videntur contrarium: sed facilis responsio.

ΚΑΛΩΣ ΤΕΛΩΝΗΣΑΝΤΙ] In fragmento veteris lapidis, Romae descripti: ΚΑΛΩΣ ΤΕΛΩΝΗΣΑΝΤΙ ΑΝ.

*Fuisse mancip. operarum — commeare solent]* Mos hodie obtinet apud multos populos, ut imae plebis pars non poenitenda, quia domi, quod agat, nihil habet, certo anni tempore, voluntarium sibi indicat exilium, et alias terras petat, ut, in quo suam occupet indultriam, inveniat. Sic Epirotarum agmina patriam quotannis relinquunt, et ulteriora ditionis Turcicae adeunt, operis simul et quaestus faciendi gratia: ipsi *Ergates* patrio sermone dicuntur. Longobardis et Sabaudis, qui caminos purgant, puteos mundant, et similia obeunt ministeria, refertae sunt per aesiatem Galliae omnes urbes. Lutetiae et in reliqua Francia qui aedificant, Lemovicibus operis magna parte anni plurimum utuntur: operae rusticae apud Hispanos multis locis, viles homunculi sunt Galli, qui compendii sui gratia illuc quotannis commeant. Eundem apud veteres morem fuisse, testatur hic Suetonii locus abunde. Huiusmodi igitur operarum manceps fuit hic Vespasiani progenitor: hoc est, solitus est in Umbriam profectus operas vili pretio conducere, et praesente pecunia, quas in Sabinos perductas mercede maiore elocabat.

Cap. 2. *Insensus senatui Caium — demereretur]* Sane potuit Vespasianus senatui fortasse insensus esse, propter repulsam in petitione aedilitatis et parum honestum locum, qui postea ipsi inter aediles fuit attributus. Sed offensam omnem videtur sustulisse, delata praetura prima petitione, et quidem inter primos: an igitur cum doctis viris legendum, *insensum senatui Caium?* De odio Caii erga senatum satis libro quarto, et Seneca aliique historici.

*Egit et gratias ei apud amplissimum ordinem]* More eorum, qui magistratum aliquem consecuti erant, mandante principe, aut adiuvante, de quo diximus supra ex Dionis lib. 58.

Cap. 5. *Ex Africa delegatam olim]* Secuti sumus vulgatos codices, a quibus stant Viterb. et Lislaci: at Pithoei *deligatam*: quod ipse pridem suis Adversariis prodidit. Illa vide, et Turnebi.

Cap. 4. *Tricies cum hoste conflixit]* An legendum ex Eutropio *tricies et bis*? Non enim dubitari potest, quin ex Suetonio totum illum locum desumpserit: neque aliter Paulus Diaconus Historia miscella. At ὁ χρηστός Paeanius quam ineptit in huius periodi metaphrasi? Mitto, quod *tricies et bis* verit̄ δύο καὶ τρισὶ μάχαις: nam fortasse aliter scripserat: illud plane ridiculum, quod gentes illas duas, quarum mox sit mentio, interpretatur de Germanis et Britannis, quos ait ope Vespasiani accessisse ad imperium populi Rom. Sexcenta his similia in eo scriptore.

*Rapa in eum iacta sunt]* Consuetudine Φυλλοβολίας in contrarium versa, per quam flores et omne genus fructus mittebantur: vide ad lib. 6.; at odii et contumeliae causa, rapa iacta, simus, lapides, aut lutum; cuius moris mentio etiam apud Iurisconsultos lege prima Dig. De extraordinariis criminibus. Observant etiam veteres Critici, morem Athenis fuisse, ut facinorosi extra fines exportandi luto faciem illinerentur. Auctor Etymologici: Οἱ Ἀττικοὶ τὸν ἐπὶ τινὶ ἀμαρτήματι ἀλόγῃτα, πηλῶ χρίοντες ἐδημοσίεον. Idem auctor alibi, etiam in aliis quam in damnatis sententia iudicis, hunc morem fuisse usurpatum scribit. Οἱ ἀρχαῖοι, inquit, ὅτε ἤθελον ὑβρίσαι τινὰ καὶ ἐμπαῖξαι, πηλῶ ἔχριον τὸ πρόσωπον αὐτοῦ.

*Propter quod vulgo Mulio vocabatur]* Credo propter mangonicos quaesius e mulis Reatinis, qui tum maxime in usu et pretio. Vespasiani autem praedia in agro Reatino.

*Peregrinatione Achaica inter comites Neronis]* Similo periculum subiit idem ex simili vel eadem causa et in urbe. Tacitus lib. 16. Annal. c. 5. *Ferebant Vespasianum tanquam somno conniveret, a Phoebō liberto increpitum, aegreque meliorum precibus obtectum: mox imminentem perniciem maiore fato effugisse.*

*Iudaea profecti rerum potirentur]* Videtur et Tacitus et Suetonius, qui verbis iisdem hoc oraculum referunt, ipsa verba expressisse, quibus id conceptum: in quibus apparent vestigia veritatis et eius vaticinii, unde istud manavit. Scriptum enim in sacris litteris, ἐκ τοῦ ἐξελεύσεται ὁ ἠγούμενος. Lege Iosephum Ἀλώσεως lib. 6. c. 31. Hegesippum lib. 5. c. 44.

*Quantum eventu postea praedictum paruit]* Scribe cum aliis libris, etiam Viterbiensi, *quantum postea eventu paruit praedictum.* E Pithoei codice est *paruit pro patuit.*

*Caesoque praeposito, legatum — fugaverunt]* Romani quum de rebus Iudaeorum loquuntur, quam tenuem rerum illorum notitiam haberent, nunquam non ostendunt. Haec certe Suetonii verba, si commoda interpretatione non adiuentur; a narratione Iosephi, hoc est, a veritate historiae, auctor, alioquin diligentissimus, videatur aberrasse. Erat tum Iudaeae procurator Gessius Florus, fax et auctor praecipuus illius belli. Hunc si intellexit noster et fuisse occisum voluit significare; fugit eum ratio: neque enim est occisus in illo motu, sed *caedere* verbum Latinis historicis non semper occisionem denotat; verum detrimentum, clademque exercitus, et quod Graeci dicunt, πλῆγὰς λαβεῖν τὸν στρατόν. Hoc sensu seram sane dici Florum a Iudaeis caesum, id est, clade belli affectum, multis suorum amissis; nam eo tempore multi Romani milites sunt contrucidati. Fortasse caedem illam respicit Rom. militum, quorum Metilius erat praepositus. Iosephus τῶν Ῥωμαίων ἑπαρχόν

nominat, historiam commemorans lib. 2. Ἀλώσεως c. 52. nec refert, quod ipsius Metilii vitae parvum est. Nam hoc potuit Suetonius ignorare: quum praesertim, ut diferte Iosephus docet, omnia Iudaeorum delicta Flozi astu et fraude graviora atque atrociora, quam essent, Romanam nuntiarentur. Sic et quod ait de aquila rapta, in historia Iosephi non legas, quam habes fufe expositam eodem libro, c. 40. Ita exponere hunc locum praestat, quam non necessariae viri docti emendationi assentiri: qui, invitis libris omnibus, illa verba *caesoque praeposito* censuit mutanda, scribendumque *Gessiumque praepositum*. Si omnia veterum historicorum παραράματα aut παρακούσματα ex animi nostri sententia emendare voluerimus, quis erit finis? aut quis ferendum censent? Nam Suetonium quidem non aliter scripsisse, neque aliter hic olim esse lectum, etiam alia ratione probare possumus. Orosius narrationi Tranquilli κατὰ πόδα insistens, hanc illius periodum ita expressit: *Exstinctisque Romanis praefidiis, legatum quoque Syriae suppetias ferentem, rapta aquila et caesis copiis, fugaverunt*. Eadem verba etiam in Historia miscella habentur: quae superiorem emendationem manifesto confutare et pueri videant.

*Ut et industriae expertus*] Nove dictum *expertus* pro eo, qui dedit specimen, et, ut Graeci dicunt, ὁ πείραν δούς; nam vulgo est ὁ πείραν λαβών. Imitatur hunc locum Pseudo-Hegesippus, quum ait lib. 5. *Vespasianum expertum virum belli, omni militiae, quae in Syria erat, praefecit*: sic lib. 5. eidem, *expertos belli viros*: et alibi idem, *suspectus consilii*: variant autem codd. isto loco, et partim *industriae*, partim *industriae expertus* habent: in his Viterb. At vulgo *industriae expertae*. Iustinus lib. 41. *Arsaces vir sicut incertae originis, ita virtutis expertae*.

*Ut in oppugnatione castelli — exceperit*] Petrus Apollonius Collatius de excidio Hierosolymitano lib. 2. in obsidione Iotapates:

— — *media inter talia stridens,*  
*Incertum qua iacta manu, delapsa sagitta est.*  
*Sub Petroniadae coxam, qua poplite iuncta est.*  
 Iosephus narrat lib. 3. c. 16. Hegefippus lib. 3. c. 12.

Cap. 5. *Singulos repente ramos a frutice dedit]* Mira Latinitas, et vitii suspecta. Probo vero Iusti Lipsii emendationem, *ramos an frutices dedit*: quod genus dicendi non raro corrumpit librariorum imperitia.

*Ideoque puella nata non perannavit]* Sive *perannavit* scribatur, sive *perennavit*, ut constanter in Mss.; non dubium, eandem esse vocis utriusque originem. Fere autem id verbum accipitur pro *πολλὰ ἔτη διαγίγνεσθαι*, sive *δαιωνίζεσθαι*. Veteres Romani mense Martio soliti sacra facere Annae Perannae: ut liceret sibi non solum annare, sed et perennare: hoc est, *durare in multos annos*. Suetonius *καινοπρεπῶς* accepit pro *διετίζειν*, *durare in annum*. Non dissimilis ambiguitas in dictionibus *διετής* et *διέτης* Graecorum: prior de eo dicitur, qui perannet; posterior de bimo: quare etiam verbum *διετίζειν*, quod significat *perannare*, ut loquitur Suetonius, de bimatu quodam loco apud Theophrastum Gaza interpretatur.

*Mox quum aedilem eum C. Caesar]* Omittit Xiphilinus suo loco, sed existat apud Dionem lib. 58. in rebus Caii: Πηλὸν πολὺν ἐν στενωπῷ τινὶ ἰδὼν, ἐκέλευσεν αὐτὸν εἰς τὸ τοῦ Οὐεσπασιανοῦ τοῦ Φλαβίου ἱμάτιον, ἀγορανομοῦντός τε τότε, καὶ τῆς τῶν στενωπῶν καθαριότητος ἐπιμελουμένου ἐμβληθῆναι, et quae sequuntur.

*Canis extrarius e trivio manum humanam intulit]* Puto, hanc esse veram γραφὴν in Memmiano diserte expressam; alii libri mire variant. Viterb. *exterritus e trivio*: quidam *extrarius triclinio manum humanam intulit*: plerique aut *extrarius* tantum, aut *e trivio* solum. Dio: Κύνων αὐθις, σίτου αὐτοῦ καὶ τότε αἰρουμένου χεῖρα ἀνθρωπίνην ὑπὸ τὴν τρίπεζον ὑπέβαλε. Confer et sequentia, nam omnia fere totidem litteris ibi habentur.



*Tantum quod exemptum*] A Pitthoei et Memmii codice est, et Torrentii uno, ut ipse ait: nam Viterb. habet, *recenter exemptum*: non, ut in vulgatis, *recenter quidem*.

*Apud Iudaeam Carmeli dei oracul. consulentem*] Collatius lib. 2.

*Iulsa solo frondesque novas induta cupressus,  
Nunc habet illa fidem: Matathiademque locutum  
Vera tibi vatem, et Corneli oracula disces.*

Scribe *Carmeli oracula*.

*Neronem diebus ultimis monitum per quietem*] Aliter Dio: 'Ο Νέρων ἔδοξέ ποτε ἐν τοῖς ὕπνοις τὸν τοῦ Διὸς ὄχον ἐς τὴν τοῦ Οὐεσπασιανοῦ οἰκίαν εἰσαγαγεῖν. Ὅχος, *thensa* est Suetonio, non *currus*, ut vertunt Interpretes. Vide ad lib. 1. c. 76.

*Et in circum deduceret*] Melius nosiri Mss. etiam Cuiacii, *et inde in circum deduceret*.

*Statua divi Iulii ad Orientem sponte conversa*] In insula Tiberina fuit haec statua. Plutarchus in Othone: Εἶδον τὸν ἐν Μεσοποταμίᾳ νήσῳ Γαίου Καίσαρος ἀνδριάντα, μήτε σεισμοῦ γεγονότος μήτε πνεύματος, ἀφ' ἐσπέρας μεταστραφέντα πρὸς τὰς ἀνατολάς· ὁ Φασισυμβῆναι περὶ τὰς ἡμέρας ἐκεῖνας, ἐν αἷς ὅτι περὶ Οὐεσπασιανὸν ἐμφανῶς ἤδη τῶν πραγμάτων ἀντελαμβάνοντο.

*Acieque Bebriacensi*] Ecce librorum inconstantiam in tam celebris loci nomine: nam in Memmii, Pitthoei et Lislæi est, *Betriacensi*: vide libro superiore.

Cap. 6. *Moesiaci exercitus — auxilio Othoni*] Disfentit a Taciti narratione, quam lege in 2. Historiarum.

*Aquileiam usque perseveraverunt — crederent*] Tacitus de his Moesiacis legionibus: *Aquileiam iam progressae, proturbatis, qui de Othone nuntiabant, laceratisque vexillis nomen Vitellii praeferentibus.*

*Aut Germaniciano*] Viterbienfis, *Germanico*: sed praecedens vox *Hispaniensis* videtur hanc lectionem po-

fulare: nam Hispaniensis et Germanicianus exercitus vocantur, qui in illis provinciis sunt collocati, nec sunt tamen ex iis provinciis: omnes enim legionarii cives Romani erant. Aliter Tacitum ac Suetonium quoque loqui supra notabamus: apud quos Germanicum exercitum et Germanicas legiones invenias.

*Alii, alium alia de causa*] Omnino tollenda vox *alii*: quam nec Memmii, nec Cuiacii, nec Pithoei, nec Liffaei agnoscunt, nec aliter editio Roberti Stephani.

*Ultionem mandantis*] Nimis argutatur Beroaldus, qui mandatum istud solum morte ex libris Iurisconsultorum annotat: nam mandare hoc loco non simpliciter est ἐντέλλεσθαι, sed quod proprie Graeci ἐπισκήπτειν. Sic lib. 4. c. 2. *Mandaretque domesticis ultionem, si quid accideret.* Id vero mandati genus a morte demum mandatoris vim habere incipit.

*Et ut reipublicae subveniret optantis*] Libri alii, *hortantis.*

*Quadraginta millia sagittariorum*] Tacitus ait, *XL Parthorum equitum millia.* At Viterbiensis, *XV milia sagittariorum*; nam in eo libro, ut in aliis veteribus multis, *mile* et *milia* semper ac constantissime, non *mille* ac *millia*. Memm. *quadraginta.*

Cap. 7. *Interim Alexandr. transiit — obtineret*] Haec vera causa, non quam Philostratus, scriptor interdum nugacissimus, lib. 5. ait, ubi clarissimis verbis assermare audet praefigiator ille insignis Apollonius, propter se transiisse in Aegyptum Vespasianum, seque adeo imperium illi detulisse, ac donasse solum, impudentissimo animo gloriatur. Iosephus prudentissime causas huius consilii explicat lib. 4. c. 57. Praecipua et potissima fuit, annonae cura: norat enim Vespasianus, si suis praefidiis Aegyptum semel firmasset, fore eam populo Rom. instar freni, ob famis metum. Plura in hanc rem Pseudo-Hegesippus lib. 4. c. 26.

*Basilides libertus*] Nullum equidem vidi librum, ubi non exstet vox *libertus*. Torrentii tamen perplacet sententia, probabiliter valde disputantis tollendum esse id verbi: accedit rationibus, quas commemorat, quod error admissus videtur, quam temere aliquis librarius vocis *Basilides* duas postremas syllabas, ut saepe accidit, geminasset: inde proum emendatori incauto τὸ *lides*, quod nihil significaret, vertere in tritissimam usum dictionem *libertus*.

*E plebe quidam luminibus orbatus*] Codex Viterbii descriptus, *Ephesus quidam*: sed Tacitus tuetur vulgatam et plurium Mss. lectionem: *Ex plebe Alexandria quidam, oculorum tabe notus*: etsi possit videri Suetonius ex Tacito emendatus olim ab aliquo sciolo.

*Demonstratam a Serapide*] Vide Aristidis ἱεροῦς λόγους.

*Si inspuiisset*] Agnoscis, pie lector, falsam imitationem miraculorum Christi: sic solitus illudere hominibus ὁ δαίμων. Et apud Epiphanium κατὰ Σαμψαίων inter instrumenta miraculorum est ὁ σίελος τῶν πτυσμάτων.

*Palam pro concione utrumque tentavit*] Quid appellat concionem? an convocatum in eam rem populum, sive in theatrum, sive in forum? an potius coronam sorte adstantis multitudinis? Hoc puto verius: et suadent Taciti verba: *Igitur Vespasianus cuncta fortunae suae patere ratus, nec quidquam ultra incredibile, erecta, quae adstabat, multitudine, iussa exsequitur*. Notemus ergo vocis *concio* hunc usum, pro multitudine ἀπλῶς.

Cap. 8. *Talis tantaq. cum fama in urb. reversus*] Vere primo navem conscendit; circa medium Martii. Apollonius Collatius:

*Ergo ita compositis rebus, quum piscis aquosi  
Liqueret hospitium Titan, frontemque moveret  
Arietis insani, securis credita ventis  
Sulcat aquas, pelagoque volans petit Itala puppis  
Littora,*

Sed Tacitum vide, qui Etesiarum flatum Alexandriae opertum esse Vespasianum narrat: Iosephus lib. 4. iter illud describit c. 37. et 40. ac sequentibus, et lib. 7. c. 5. et 10.

*Suscepit et censuram*] Testes, Plinius, nummi, lapides: vide in Fastis.

*Quum sibi pro impetrata praefect. gratias ageret*] Interpretor de praefectura unius alarum: ex lib. 2. c. 38.

*Classiarios vero, qui — per vices commeant*] Scripsimus *per vices* ex libro Pithoei, cui et Memmianus et alii quoque assentiuntur, teste Torrentio: at Viterb. *per vicos*, ut vulgo. De classiariis passim loquuntur Tacitus et Suetonius, item Plinius in epistola de morte avunculi, ac ceteri quoque historici meminerunt, et veteres inscriptiones: sed de hac eorum cursitatione nihil legi apud alios. Similes, at non iidem tamen, dromonarii, de quibus Cassiodorus lib. 2. et 4.

*Thraciam, Ciliciam et Commagenen*] Tuentur hanc lectionem nostri codices: tuetur et Paeanius aperte, cuius haec verba apud Eutropium: *Θρηάκις τε ἐπὶ τούτοις καὶ Κίλικας καὶ Κομμαγενούς, οἰκειάς ἔχοντας βασιλείας, εἰς ἐπαρχιῶν σχῆμα μετέστησε.* Si ea scriptura sedet, intelligemus de parte aliqua Thraciae, ubi regnum ante fuerit; et scimus, quam late pateat interdum Thraciae appellatio. Doctissimo Turnebo visum rescribere *Tracheam Ciliciam*, quae lectio omni difficultate caret. Vide Strabonem lib. 14.

*Ditionis regiae usque ad id tempus*] Non semper tamen, Commagene quidem: quam in provinciae formam redegit Tiberius, transtulitque ad ius Praetoris. Tacitus in actis anni DCCLXXI, Annal. lib. 2. sed priorem formam *πολιτείας* Commagenis restituerat Caius imposto Antiocho. Dio lib. 58. *Ἀντιόχῳ τε τῷ τοῦ Ἀντιόχου τὴν Κομμαγενήν, ἣν ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἔσχε, καὶ προσέτι καὶ τὰ παραθαλάσσια τῆς Κιλικίας ἔδωκε.* Qui locus movet me valde, ut Turnebo assentiar, et legam,

*Tracheam Ciliciam et Commagenen*; nam maritima Ciliciae non aliud quam Trachea Cilicia, quae Commagenae adiuncta, ac regi uni attributae ambae.

*Consularemque rectorem imposuit pro equite Rom.]* Cappadociae, in formam provinciarum redactae, eques impositus a Tiberio. Dio lib. 57. in anno DCCLXX: *Καὶ ἡ Καππαδοκία τῶν τε Ῥωμαίων ἐγένετο, καὶ ἰκπεῖ ἐπετρόπη.*

*Ruder. purgand. manus prim. admovit — extulit]* Simile illud, quod vere an falso in Actis Sylvestri de Constantino Magno legimus: *Octava die processit, albis depositis, totus mundus et salvus: et veniens ad confessionem beati Petri Apostoli, ablatoque diademate capitis, exuens se chlamyde, et accipiens bidentem, terram primus aperuit ad fundamenta basilicae construenda: dehinc, ob numerum XII Apostolorum, duodecim cochinos terra plenos suppositis humeris baiulans asportavit.* Similia his narrant alii de summis principibus. Sed de Vespasiano quod hic asseruit Suetonius, et Dio quoque confirmat, plane destruit Tacitus, qui absentem facit illo tempore Vespasianum.

Cap. 9. *Fecit et nova opera, templum Pacis]* Arsit temporibus Commodi. Vide Herodianum et Galenum in libro de Theriaca. Nugas eorum, qui memoriae prodiderunt, hoc templum Aeternum fuisse dictum, et nescio, quae miracula ibi facta ad Domini adventum, erudite refellit Cardinalis Baronius.

*Amplissimos ordines]* Scio, *σχῆμα* esse non semel usurpatum optimis scriptoribus, quum duobus aut pluribus tribuitur, quod est uni proprium: sed durum mihi quidem videtur, ut equitum ordo in communionem eiusdem tituli cum senatu admittatur: atqui Mss. non aliter habent. Lipsio tamen assentior locum emendanti scribentique *amplissimum*: hoc modo, *Item amphitheatrum urbe media (ut destinasse compererat Augustum) amplissimum*: aut scribam, *Ambos ordines.*

Cap. 13. *Causfidicorum figuras*] Vocabulum hac notione, eo saeculo natum. Quintilianus lib. 9. c. 2. *Iam ad id genus, quod frequentissimum est, et expectari maxime credo, veniendum est: in quo per quandam suspicionem, quod non dicimus, accipi volumus: non utique contrarium, ut in εἰρωνείᾳ, sed aliud latens, et auditori quasi inveniendum: quod ut supra ostendi, iam fere solum schema a nostris vocatur, et unde controversiae figuratae dicuntur.* Sextus Victor vocat *obliqua dicta*: Eutropius in *Vespasiano convicia*. Suidas in eodem, *σώματα ῥητόρων*. Graeci vocant *ὑποβολάς*. Herodianus, ut videtur, *ὑπογραφάς* lib. 4. dum ait de Alexandrinis, *πεφύμασι δέ πως εἶναι φιλοσώματους, καὶ λέγειν εὐστόχως ὑπογραφάς ἢ παιδιάς*. Figuras huiusmodi et dicta figurata sic describit Iulius Papa Romae in epistola, quam inserit Athanasius Apologiae 2. *Καὶ ἐν οἷς, ait, ῥήμασιν ἐδόξατε ἡμᾶς τιμᾶν, τὰῦτα μετασχηματιζόμενοι μετ' εἰρωνείας τινὸς εἰρήκατε.* Figurarum exempla sunt haec. Aelius Spartianus in Severo: *Damnabantur plerique, cur iocati essent, alii cur tacuissent, alii cur pleraque figurata dixissent, quod esset Imperator vere nominis sui, vere Pertinax, vere Severus.*

Cap. 14. *Quidam ex officio admissionis*] Firmicus lib. 8. c. 14. *Aut sient domus regiae ianitores, vel tale illis officium deputabitur, ut iis in Palatio admittendi vel salutandi officia credantur.* Nota officia e Seneca et Augustorum historiis.

*Ut monentibus*] Viterb. *monentibus, sine ut: et mox fecit, non fecerit.*

*Spondens quandoque beneficii memorem futurum*] Politiani liber, *speransque*: alii omnes, ut est editum. Metium futurum quandoque gratum spondebat Vespasianus sibi, atque amicis, qui de Metio alia omnia ipsi persuadere conabantur.

Cap. 15. *Hunc quoque quamvis relegatum*] *Me-  
lius pars libb. Tunc quoque quamvis.*

*Neque caede cuiusque*] Et hic locus nos fugit;  
nam *cuiusquam* scribendum, nec aliter Mss.

Cap. 18. *Primus — annua centena constituit*] Sive quod idem est, aureos millenos: nostrae vero pecuniae, aureos bis millenos et quingenos. Amplissimum sane, ut quidem nunc vivitur, honorarium: pro ratione vero illorum temporum, tenue: nonne enim pudendum, Terpno Diodoroque citharoedis pro una productione data ducenta, istis vero annua centena tantum statui? Medicis ducena saltem quinquagena annuam mercedem apud principes fuisse, scribit Plinius lib. 29. Fuisse et philosophis annua constituta, ut clarum ex illo Tatiani loco, quem supra laudavimus. At non Vespasianus eius instituti auctor, sed M. Antoninus Pius, de quo scribit Capitolinus: *Rhetoribus et philosophis per omnes provincias et honores et salaria detulit.* Is videtur salarii rhetorum et philosophorum modum redegisse ad sexagena millia, sive aureos sexies millenos, ut ante dicebamus ex Tatiano et Eumenio, sed hoc, ni fallor, tantum in provinciis: nam quin rhetores Graeci Latini-que in urbe profitentes amplius honorarium haberent, servatamque Vespasiani *σύραξιν* fuisse, non puto dubitandum.

*Nec non et artifices coemit*] Vetus vox *coemere* pro *mercede conducere*: sic *emptivus* miles *ὁ μισθῶ πεπεισμένος*, apud Festum: *emere auxilia*, apud Iulium Capitolinum in Antonino Philosopho. Perperam scriptum in codice maximi Iurisperitorum, *artifices caementarios*. Si quid mutandum, placet Iusti Lipsii emendatio, *artifices scenae, item colossi*: notae caussae huius depravationis iis, qui usum habent veterum membranarum.

Cap. 19. *Ac saepe recte ac dapfile*] *Scribe, re-  
cta, nempe, coena: sic Mss.*

*Archimimus personam eius serens — vivi]* Mos servatus in divitum et insignium virorum sumeribus, ut notat Dionysius Halic. lib. 7. Εἶδον δὲ καὶ ἐν ἀνδρῶν ἐπισήμων ταφαῖς, ἅμα ταῖς ἄλλαις πομπαῖς προηγουμένους τῆς κλίσης τοὺς σατυριστὰς χοροὺς, κινουμένους τὴν σικίννην ὄρχησιν· μάλιστα δὲ ἐν τοῖς εὐδαιμόνων κήδεσι. Vide et in Tiberio c. 57.; nam videtur is scurra, de quo ibi agitur, ex ista consuetudine funeri admotus, etsi id Suetonius διαβρόδην non dicit.

Cap. 21. *Ordinem vitae fere hunc tenuit]* Similis locus apud Xiphilinum: ibi, καταστάσει δὲ τοῦ βίου τοῖςδε ἐχρῆτο, ubi tamen pleraque diversa observantur. Multo sane similior ordo vitae Severi descriptus eidem in eius vita, illo loco: Ἐχρῆτο δὲ Σεβήρος καταστάσει τοῦ βίου εἰρήνης οὐσης τοῖςδε. Vide et confer. Adde Lampridium in vita Alexandri Severi: ibi, *Ufus vivendi eidem hic fuit.* Martialem epigr. 8. lib. 4. et 90. eiusdem. Exstant Plinii aliquot epistolae eiusdem argumenti, itemque similiae eius Sidonii Apollinaris: et integro Ausonii poemate descripta Ephemeris. Ex his locis discet studiosus antiquitatis, quomodo soliti veteres diem dispo-  
nere.

*Dum salutabatur et calciabat — et amiciebat]* Eginhartus: *Quum calciaretur et amicaretur, non tantum amicos admittebat, verum etiam si comes Palatii litem aliquam esse diceret.* Vide cetera:

Cap. 22. *Super coenam autem — comissimus]* Mirifice placet scriptura Viterbiensis: *Super coenam autem et super aleas commissimus.* Aleae lusu inter coenam plurimum utebantur: vide ad lib. 2. De voce *commissimus* notavimus ad Claudium c. 21.

*Mensurium Florum]* Plutarcho in Othone Μέστριος Φλώρος.

*Admonitus ab eo plausira — dicenda]* Quanta fuerit affinitas soni inter *au* et *o*, infinita prope sunt, quae arguant. Dio notat, *Claudium* aliis dictum, qui



semper apud Ciceronem *Clodius*: idem observat et scholias Iuvenalis ad sextam. Dixere et *cotes* pro *cautes*, *origa* pro *auriga*, notante eodem interprete: sic *focaneus palmes*, qui a faucibus dictus auctore Columella lib. 4. *Clostrum* et *clostellum* pro *claustrum* et *claustellum*, *caudicem* pro *codicem*, *cautem* pro *cotem*, *fauricem* pro *foricem*: *oricularius clyster* in medicorum libris pro *auricularius*. Sexcenta sunt hoc genus: quare etiam Ὀφιδος dicitur Appiano in Ἀντιβηκτικῶς fluvius Aufidus; nec mendum puto, sed pronuntiandi consuetudinem: etsi aliter apud alios Graecos scio esse scriptum id nomen. Sic *Audius* ille, a quo Audiani haeretici sunt denominati, aliis Ἀύδιος, aliis Ὠδιος scribitur: ideo Epiphanius, Ἀύδιανοὶ εἶπουν Ὠδιανοί. Propheta quoque Hosea aliis Ὠσηῆς, aliis Ἀσηῆς dictus, ut et notat Hieronymus.

*Quum productae — HS. quadringentā donasset*] Ex cod. Pithoei est haec lectio: Memm. et Viterb. habent *perductae*, uterque *quadringenta*, non *quadringenta*: quae tamen scriptura vereor ut satis sit ex moribus principis restrictissimi. Sed videtur mihi longe alia mens esse huius loci: nam quare tantam pecuniae vim homo ad opprobrium usque deparcus, huius rei causa effudisset, quum non amore captus istam accersisset, sed ab illa fuisset expugnatus? Quare puto, non ipsum feminae, sed ipsi feminam potius donum dedisse, quasi μίσθωμα τῆς συνουσίας. Lego igitur *perducta*; deinde quod de rationibus sequitur, interpretor de accepti pagina, in quam referri debuit haec summa, sub aliquo titulo: *Moris enim fuit* (Asconii Pediani verba sunt) *unumquemque domesticam rationem sibi totius vitae suae per dies singulos scribere, ex quo apparet, quid quisque de redditibus suis, quid de arte, foenore lucrove seposuisset quoque die*. Sed de his statuat quisque, uti volet.

Cap. 25. *Utebatur et versibus Graecis — satis*] Illud est, quod Graeci dicunt, εὐκαίρως προαναφώνεον στίχους: cuius de rei usu atque utilitate agit Plutarchus lib. 9. Symposiacorum c. 1.

*Procerae staturae improbiusque nato*] Viterb. *irato*; sed ex correctione ipsius, qui scripserat: prius enim aliter exaraverat, et, ut puto, *nato*: quae vera lectio est, consentientibus Memm. Pithoei et Lissiaci codd. *Improbe natum* vocat τὸν κακῶς πεφυνότα, hominem deformi et turpi proceritate corporis. Sic apud Plautum, *improba facies*. Notat autem in eiusmodi homine pravam incessum: multi enim eius staturae λορόοι incedunt, ut est apud Aristotelem περὶ πορείας c. 7. Ἐγχος ergo hic dicitur de corpore producto ad instar perticae, longurive. Haec vera lectio et interpretatio horum verborum: alioqui possis scribere *male pedato*, ut in Othone c. 12.

*Et maxime de Cerylo*] Lege *Et de Cerylo*, ut in Viterb. τὸ *maxime* ex sequenti loco temere huc intrusum. Memmianus, *Et de Cerulo*.

Ω Λάχης, Λάχης] Videntur sumpta de Menandro verba. Apollonius Alexandrinus lib. 1. Διστάζεται τὸ παρὰ Μενάνδρῳ, ὃ Λάχης, Λάχης, πότερον ἐν σχήματι ἐστὶ τῷ προκειμένῳ, ἢ θεόντως μετὰ τοῦ ἄρθου καὶ τὴν πτώσιν ἔχει τὴν κλητινὴν. Sed non dubito, aliter accipienda haec esse ac distinguenda, quam ut vulgo scribuntur; nam prima haec, Ω Λάχης, Λάχης, et ultimum vocabulum Κήρυλος, non sunt poetae, sed Vespasiani. Quare ita sine dubio scribendum: Ω Λάχης, Λάχης, Ἐπὶ ἀποθάνῃς, αὐθις ἐξ ἀρχῆς ἐση Κήρυλος. Huic liberto nomen erat Cerylo: sed ille ut servituis, quam servierat, memoriam aboleret, Lachetem se dixerat. Ait igitur Vespasianus, *O Laches, postquam diem ultimum clauseris, eris denuo Cerylus*: hoc est, iura, quae sisens habet in bona libertorum post eorum obitum, non subterfugies. Vespasiani sunt, ut diximus, prima verba et

postremum etiam. Qui interiicitur medius versus, Menandri est. Exstat hodieque proluxa illius quaedam ῥῆσις, cuius primi versus sunt hi:

Ἐίτις προσελθὼν μοι θεῶν λέγοι κρατῶν,  
Ἐπὰν ἀποθάνῃς, αὐτίς ἐξ ἀρχῆς ἔση.

*Ut insidiam aliqua cavillatione dilueret*] Reperi in Viterbiensi, notatam et Torrentio γραφήν sane miram, *deflueret*: viderint acutiores; nam in hoc genere saepe veritas latet sub aliqua in speciem absurda scriptura.

*Quendam e caris ministris*] Scriptura Viterb. *e Caesaris ministris*.

*Exactaque pecunia, quantam is — pepigerat*] Per Vespasianum igitur licitum fuit suffragiorum commercium: quod ius in imperio Rom. non semper obtinuit. Iulianus Imper. leg. pr. Si certum petatur de suffragiis lib. 3. Cod. Theod. leges Romanas huiusmodi contractus penitus ignorare affirmat. Exsiant et leges duae Imp. Constantini Codice eodem, De honorariis codicillis, quo omnis pecuniae exactio pro suffragiis vetatur. Per dictam Iuliani legem, neque soluti fuit repetitio, neque non soluti petitio. Contrarium plane ius introducit Iustinianus lib. 4. Cod. titulo De suffragiis: ea lex et stipulationem pecuniae pro suffragio facit licitam, et promissae petitionem concedit: id vero ius postea Tiberius Augustus sustulit, Novella 161.

*Quod etiam urinae vectigal commentus esset*] Probo valde Beroaldi sententiam, exillimantis, exactum hoc vile vectigal a sillonibus, quos plurimum urina uti solitos, testantur multi veterum loci. Athenaeus lib. 11. Τὸ δὲ ἀφ' ἡμῶν διηθούμενον οὖρον ἐστὶ δριμύ· τὰ γοῦν ἰμάτια τούτῳ χρώμενοι ῥύματι πλύνουσιν οἱ γναφεῖς. Similia testimonia apud Graecos medicos, praesertim Galenum, qui etiam in tertio Ὑγιεινῶν Quinti indoctum dictum commemorat: *Tractare de urinis non medico, verum sillonum convenire*. Potest tamen intelligi de sti-

pe exacta ab iis, qui per diem vesicam exonerare vel-  
lent in amphoris, quae per angiportos erant collocatae,  
ut indicat Titii veteris scriptoris locus apud Macrobiū  
lib. 5. c. 17., quem Beroaldus laudat. Meminit et Lu-  
cretius lib. 4. his eloquentissimis versibus:

*Pusi saepe lacum propter se, ac dolia curta,  
Somno devincti credunt extollere vestem,  
Totius humorem saccatum ut corporis fundant:  
Quum Babylonica magnifico splendore rigantur.*

Videntur de his accipiendae et quae *gastrae* nominantur  
in Petronii Satyrico. Porro simile huic vectigal fuit, quod  
foricarii exercebant: cuius meminit Iuvenalis sat. 5. vl. 37.  
— — — *inde reversi Conducunt foricas, et cur non  
omnia?* Exstat et foricariorum mentio apud Paulum le-  
ge 17. §. *Fiscus*. Dig. De usuris, quem locum explicat  
Cuiacius Observ. lib. 22. c. 54. Beatus Chrysofomus  
*κοπρώναις* vocat, in priorem ad Corinth. et eorum *ἐπι-  
τήθευμα ταλαίπωρον καὶ ἐπονείδιστον*. Reperio etiam  
simile huic aliud vectigal a Vespasiano eodem excogita-  
tum, et simo equino impositum. Tzetzes narrat chiliae  
de 1. haud scio, qua fide quove auctore. Tandem ve-  
ro et urina, et simus, et omnes fordes factae in im-  
perio Romano vectigales. Lege Cedrenum in Anastasio,  
tributum Chrysfargyrum describentem.

*Pecuniam ex prima pensione admovit ad naves]*  
Ad iudicium de metallis faciendum etiam olfactus adhi-  
betur interdum, ut de poculis Darii notat Aristoteles de  
miraculis auditis; quae solo narium iudicio cognosceban-  
tur, aenea essent, an ferrea: *Ἐν τοῖς Δαρείου ποτηρίοις  
βρατιάκας εἶναι τινας, ἃς εἰ μὴ τῇ ὀσμῇ ἄλλως οὐκ ἔν  
διαγνώσκει, πότερον εἰσι χαλκαὶ ἢ χρυσαί.* Ergo etiam  
trapezitae et nummularii in aestimanda pecunia hac ra-  
tione inter alias plures usi. Arrianus Disfertatt. Epicteti  
lib. 1. c. 20. *Ὁ ἀργυρογνώμων προσχρῆται κατὰ δοκι-  
μασίαν τοῦ νομισματος τῇ ὄψει, τῇ ἀφῆ, τῇ ὀσφρασίᾳ,  
τὰ τελευταία τῇ ἀνοῆ.* Ad hunc morem videtur Vespas-  
ianus respexisse.

[*Cavam manum ostentans*] Hoc quam vim habeat, (habet autem magnam ad denotandos mores) fufe expofuimus lib. 2. ad c. 91.

Cap. 24. *Imperatorem — mori oportere*] Stoicorum eft fcitum: Sapientem in actu mori oportet. De quo Seneca epift. 8. In 57. autem: *Recto*, inquit, *tibi invictoque moriendum eft*: idem epift. 82. *O efficacem concionem! quis post hanc dubitet, fe infestis ingerere mucronibus, et stans mori*.

[*Kalend. Iulii*] Ita nostri Mff. omnes, non, ut vulgo, *VIII. Kalend. Iunii*.

[*Annus agens aetatis — ac diem septimum*] Intellige mensem septimum ac diem septimum. Dio: Ἐξήσε δὲ ἔτη ἐννέα καὶ ἐξήμοντα καὶ μῆνας ἑπτά. Imperasse autem scribit idem annos decem, sex diebus minus. At Clemens annos XI, menses totidem, dies XXII. Causam tantae diversitatis discas ex iis, quae notat Niphilinus extremo Vespasiano. Mitto Theophilum, Epiphanium, alios.

## TITUS.

Cap. 1. *Titus cognomine paterno*] Graeci quidam ita haec sunt interpretati, quasi post mortem decimum patris cognomen eius assumpsisset, ac tum dici incipisset Titus Vespasianus. Pacianus apud Eutropium: Ὁμώνυμος μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν γενόμενος τῷ πατρὶ. Sed falsam esse eam interpretationem, omnes sciunt in Latinorum libris versati. Porro, quin illa verba, *cognomine paterno*, de *Vespasiani* cognomine sint intelligenda, non autem de sequentibus, *amor ac deliciae generis humani*, ut eruditi quidam contendunt, nec dubitari quidem potest aut debet; nam brevissime Suetonius significare voluit discrimen inter duos filios Vespasiani, ratione assumptorum ab illis cognominum.

Titus cognomine paterno dictus Vespasianus: alter frater cognomine materno a Domitilla, Domitianus est appellatus. Haec vera mens Tranquilli, non, quam putarunt nonnulli. Sic et Victor et Eutropius ac Suidas videntur illa verba, *amor et deliciae generis humani*, ex sua potius quam Suetonii mente interpretati. Vox *deliciae*, ut hic accipitur, una ex illis est, quas alibi dicebamus negotium facessere Graecis Interpretibus. Itaque ex iis alii omiserunt isto loco, ut Paeanius, qui ita vertit: Τὸ πλῆθος γοῦν αὐτὸν Κοινὸν ἔρωτα προσηγόρευς: alii pro ea posuerunt *τροφή*; cuius tamen dictionis similem usum non reperias apud eos, qui vere ἐλληνίζουσι. Suidas: Ὡς πρὸς ἀπάντων Ἔρωσ τε καὶ τροφή τοῦ θυγατρὸς προσαγορευθῆναι γένους. Mirum erratum notabamus aliquando in hoc vocabulo in Graeca versione libri Hieronymi, cui index, Catalogus scriptorum ecclesiasticorum: siquidem haec Latina verba, *Antinorum autem in deliciis habuisse Caesar Adrianus scribitur*, ita vertuntur: Τὸν δὲ Ἀντίνου ἐν τῷ μεταξύ τῶν αἰδελικίων ἐσχηκέναι Ἀδριανόν τινες συγγράφονται. O socordiam! Sed videtur interpretes deceptus, quum in depravatam codicem incidisset.

Cap. 2. III. Kalend. Ianuar.] Memmii et Pithoei cod. IV. Kalendas.

*Erant autem adeo familiares*] Quidam libri, *Erat autem adeo familiaris*: nempe Titus Britannico.

*Titus quoque iuxta cubans gustasse*] *Cubans*? Atqui Britannicus ipse non cubabat, verum sedebat. Lege Tacitum, et Tranquillo negligentiam dicti condona.

Cap. 3. Latinae Graecaeque linguae] Mss. Cuiacii, *Latine Graecaeque vel in orando, vel in fingendis poematibus promptus.*

*Certant. imitari chirographa quaecumq. vidiſſet*] In Graecorum commentariis legi: Διόφαντος ἦν γραμματεὺς Ἡρώδου βασιλέως, χειρὸς ἀπάσης γράμματα δυνάμενος μιμεῖσθαι, ὡς καὶ ὁ Τίτος βασιλεὺς ἐκεῖνος ὁ Ῥωμαίων.

Cap. 5. *XII propugnatores — confecit ictibus*] Emendavimus ex codice Viterbiensi: nam ceteri omnes corrupti: quod apparet ex Eutropio et Paeanio, qui cum nostro codice in numero isto consentiunt.

*De more id quidem priscae*] Scribe vel sic, vel, ut in Mss. *de more quidem*: vulgo *siquidem*, inepte.

*Sed non deerant, qui ecius interpretarentur*] Et sane qui circa illa tempora vixerunt, sic loquuntur, quasi alia vulgo opinio hominum fuerit. Philostratus lib. 6. Ἀναβήθεις δὲ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ἐν τῇ Ῥώμῃ, καὶ ἀριστείων ἀξιώθεις τούτων, ἀπήει ἰσομοιρήσων τῆς ἀρχῆς τῷ πατρί. At quod ait de salutato Romae tunc temporis Tito Imperatore, an verum. Non sane, sed profus nugatorium; nam id factum in castris ad Hierosolyma, ut modo dixit Suetonius, et narrat Iosephus lib. 6. c. 32.; neque aliter salutat a suo exercitu Titus Imperator, quam vetusto sub republica more, qui omnibus notus. Vide lib. 1. ad c. 76.

*Veni, inquit, pater, veni*] Ἐλθον, non ἔρχου.

Cap. 6. *Praeparatae apud milites coniurationis*] Scribe *concionis*, et ita scriptum in melioribus libris.

*Tam adverso rumore*] Nemo dubitat, hanc lectionem esse optimam: mei tamen officii duxi, non tacerellectionem duorum codd. Viterb. et Lislaei, *adversa re*.

Cap. 7. *Reginae Berenices amorem*] Scribe, *Beronices* et mox *Beronicen*: sic scripti cum Graecis consentientes, Dione, Iosepho, aliis.

*In cognitionibus patris*] Omnes libri hac parte corrupti praeferunt *concionibus*: quod absurdum est adeo, ut dubitari nequeat, sic esse scribendum, ut et Torrentius monuit probavitque. In antiquissimo regiae bibliothecae offendimus scriptum *evictionibus*; quod compendium male interpretati sunt, qui scripserunt primi *concionibus*. At *praemiari*, non autem *praedari*, omnes libri,

*Quosdam e gratissimis delicatorem] Refer ad illa superiora, suspecta libido fuit, propter exoletorum et spadonum greges. Sunt enim delicati, quos Graeci παιδων ἀπαλούς vocant. Dio Chrysofionus de regno, νομῶν ὀπισθεν ἀφείς, ὡς περ οἱ νῦν τοὺς παιδων τοὺς ἀπαλούς.*

*Thermis celeriter exstructis] At Mff. omnes nostri, celebriter. Dio: τὸ βλανεῖον τὸ ἐπώνυμον αὐτοῦ ἰερώσας.*

*Ibidem et gladiatores, atque — ferarum] Dio sic refert: Γέρανοί τε γὰρ ἀλλήλοις ἐμαχέσαντο, καὶ ἐλέφαντες τέσσαρες· ἄλλα τε ἐς ἑννακισχίλια καὶ βοτὰ καὶ θηρία ἀπεσφάγη. Sed grues in theatrum productas ad pugnam quis veterum narrat praeter Dionem? Scio, commissiones gallorum gallinaceorum et coturnicum fuisse inter spectacula: sed Graecorum, non Romanorum. Lego vero mutata distinctione: Γέρμανοί τε γὰρ ἀλλήλοις ἐμαχέσαντο, καὶ ἐλέφαντες τέσσαρες, ἄλλα τε ἐς ἑννα. En μεταμόρφωσιν! unius litterulae adiectione facimus de gruibus Germanos. Intelligit auctor commissiones gladiatorum, quorum et Suetonius, uti vides, similiter meminit: inter hos producti et Germani captivi: sic fuit moris, ut sciunt omnes. Seneca epist. 70. *Nuper in ludo bestiariorum unus e Germanis, quum ad matutina spectacula pararetur. Vopiscus in Probo: Edita praeterea gladiatorum paria trecenta, Blemys plerisque pugnantibus, qui per triumphum erant ducti, plerisque Germanis et Sarmatis, nonnullis etiam latronibus Isauris.**

Cap. 8. *Primus — uno confirmavit edicto] Edicti huius meminit et Dio. Habes eiusdem plane argumenti edictum divi Nervae lib. 10. Epist. Plinii. Titi enim exemplum plerique deinceps principum imitati. De patre suo M. Antonino Philosopho testatur Commodus apud Modestinum Iuriconsultum: Ὁ θεϊότατος, inquit, πατήρ μου παρελθὼν εὐθύς ἐπὶ τὴν ἀρχὴν, διατάγματι τὰς ὑπαρχούσας τιμὰς καὶ ἀτελείας ἐβεβαίωσεν.*



*Quasi plura polliceretur quam praestare posset]*

Graeci haec verba ita acceperunt, quasi auctor diceret, re vera plura solita promitti a Tito quam praestari. Cedrenus ita vertit: *Καί τινος τῶν συήθων ἐρωτήσαντος, ὅτου χάριν τοῦτο ποιεῖς; πολλάκις μὴ ἐμπληρῶν τὰς ὑποσχέσεις.* Non est Suetonii ea mens, non est: neque Titus de eo hominum genere fuit, quos frontis imbecillitas facit liberales; sed benignitas et *χρηστότης ἐμφυτος.*

AMICI, DIEM PERDIDI] Omnino legendum, ut apud Graecos et Latinos, credo, omnes: *Amici, hodie diem perdididi:* vide Eusebium in Chronico, Victorem, Eutropium, Zonaram, Paeanium, atque alios minorum gentium historicos. Adde his Themistium orat. 6. *Τίτου τοῦ γενναίου τὸ λαμπρὸν καὶ μέγα ἐκείνο ῥῆμα, ὅτι Τήμερον οὐκ ἐβασίλευσα, οὐδὲν γὰρ εὔ ἐποίησα.* Meminit idem Themistius et alibi. Atque hoc vere *χρυσοῦν ἔπος* Titi Imperatores sunt imitati principio constitutionis de patrimonialibus rei dom. *Prope est ut beneficium accepisse credamus, quotiens offertur nobis causa praeslandi: et diem periisse procul dubio suspicemur, quem nostri numinis munificentia non illustrat.* Alluserunt et alii multi, ut Leo Augustus in constitutione quadam de Imperatoris officio in haec verba dislerens: *Τέλος τῷ βασιλεῖ τὸ εὐεργετεῖν· διὸ καὶ εὐεργέτης λέγεται· καὶ ἡνίκα τῆς εὐεργεσίας ἐξατονήσῃ, δοκεῖ κίβδηλεύειν, κατὰ τοὺς παλαιούς καὶ τὸν βασιλικὸν χαρακτῆρα.* *Finis regi praeposuit est, facere bene hominibus: iccirco benefactor appellatur: quod si quando benefaciendi facultas ei defuerit, videtur esse non legitimus, prout quidem regius character a veteribus est proditus.* Alludit sine dubio ad hanc Titi vocem, eamque appellat notam sive characterem veri regis. Alludit et Radevicus, de gestis Friderici I. lib. 1. c. 14. *Nullos sibi dies otiosos transire passus est: eos se ratus perdidisse, in quibus non aliquid de utilitatibus imperii disposuisset.* Guntherus Ligurini lib. 6. de eodem:

*Non tamen in tanta princeps ignava quiete  
Ocia carpebat, credens hoc perdere tempus,  
Quo nihil adiectum regni proventibus esset.*

*Et ut quae vellent, peterent, ultro adhortatus est]* Plinius in Panegyrico de Traiani liberalitate: *Impetratum est, quod postulabatur; oblatum, quod non postulabatur: insitit ultro, et ut concupisceremus admouit.*

*Nonnunquam in thermis suis admissa plebe, lavit]* Lampridius in Alexandro Severo c. 42. *Thermis et suis et veterum frequenter cum populo usus est, et aestate maxime, balnari veste ad Palatium revertens: hoc solum imperatorium habens, quod lacernam coccineam accipiebat.* Eginhartus de Carolo Magno: *Non solum filios ad balneum, verum optimates et amicos, aliquando etiam satellitum et custodum corporis turbam invitavit; ita ut nonnunquam centum vel eo amplius homines lavarentur.*

*Ut conflagratio Vesevi montis]* Chronicon Eusebii, in anno primo Titi: *Mons Vesuvius ruptus in vertice, tantum ex se iecit incendii, ut regiones vicinas et urbes cum hominibus exureret.* Prolixe Xiphilinus.

*Et incendium Romae per triduum]* Eusebius in anno posteriore Titi: *Romae plurimae aedes incendio concremantur.* Videndus Xiphilinus.

*Nihil nisi sibi publice perisse testatus]* Traiectio; nam publice iungi cum testatus debet: sic membranae. Ἡ σύνταξις, *nihil nisi sibi perisse, publice est testatus.* Titi hanc vocem imitati sunt Imperatores Theodos. et Valent. AA. in constitutione de indulgentiis reliquorum: *Nobis perit deterior possessor effectus, nobis proficit non gravatus.*

*Partim in asperrimas insularum avehi]* Vide, quae scripsimus lib. i. ad c. 66.

Cap. 9. *Oblata sibi ornamenta pugnantium]* Ornamentum est σκευή, quam Graeci vocant: sic σκευή

Ἡρακλέους dicitur, quidquid prodituro in scenam assumendum, ut Herculis personam agat; puta, leonina pellicis, clava, pharetra, et cetera omnia id genus. Latini *ornamenta* vocant, ut ex Festo, Seneca et Suetonio recte animadversum viris eruditis. Seneca in epist. 48. *subornare* pro *armis instruere*: nihil igitur mutandum. In codice tamen Viterb. et Cuiaciano *ferramenta* scriptum, non *ornamenta*.

Cap. 10. *Dimotis plagulis*] Lislæi cod. pars *pellicibus*, pars *paludibus*. Pithoei *pallulis*. Viterb. *paludamentis*: omnia mendosa: vide Nonium in *Plagae*.

*Quidam opinantur*] Alii, inquit Dio, poenituisse aiunt, quod fratrem Domitianum manifesto vitæ suæ insidiantem non interemisset, et his assentiri se ait ille: ego aliter iudico; rapiunt enim me in alia omnia verba Suetonii, quæ potius suadent, sensisse Titum de aliquo insigni aut flagitio, aut scelere a se quondam patrato: sed Dio aliter narrat vocem Titi, ἀποψύχων εἶπεν, ὅτι ἐν μόνου ἐπλημμέλησα.

Cap. 11. *Excessit in eadem, qua pater, villa*] Eusebius: *Titus morbo periit in ea villa, qua pater eius, anno ætatis XLII*. Exstinctum veneno leporis marini sunt, qui narrent. Tzetzes: *Τίτος θνήσκει βεβρωκῶς λαγῶν τῶν θαλασσίων*. Eadem etiam Glycas in *Annalibus*: aliter alii, ut notat Scaliger ad Eusebium.

*Idibus Septembris*] Eusebius, *pridie Idus Sept.*

*Post biennium ac menses duos, diesque XX*] Consentiant Dio et Zonaras; Clemens dies omittit; aliter alii.

*Non secus atque in domestico luctu — cunctis*] Et. isud videntur Graeci de Suetonio vertisse, quem etiam Eutropius est imitatus. Cedrenus, vel is potius, unde habet Cedrenus: *Τοσοῦτος θρήνος ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ Τίτου κατέσχε τὴν Ῥώμην, ὡς ἐν χρόνῳ πολλῶ τοῦτον ἀπομνημονεύοντες, καὶ τὰς ἀρετὰς αὐτοῦ ἀναλογιζόμενοι, δημοσίᾳ καὶ κατ' οἶκου κλαίειν, ὡς περ οἰκείῳ πάθει κατεχόμενος ἕναστος*. Quam bene assecuti sint Grae-

culi isti mentem Suetonii, qui valent iudicio, fatis intelligunt.

*Senat. prius quam edicto convocar. — cucurrit]* Simile huic est, quod de populo Romano observat Tacitus: audita morte Germanici ultro illum sibi indixisse insultum. *Annaal. lib. 2. c. 82. Hos vulgi sermones audita mors adeo incendit, ut ante edictum magistratum, ante senatus consultum, sumpto insultio deferrentur fora, clauderentur domus.*

*Obseratisque adhuc foribus]* Mutata distinctione scrib. *Senatus prius, quam edicto convocaretur, ad curiam cucurrit, obseratis adhuc foribus: deinde apertis,* aut etiam cum copula *obseratisque:* ita Memm. apud Tacitum, vulgo homines, ubi laetiora de valetudine Germanici erant allata, *curfant per urbem, moliantur templorum fores.* Porro haec, quae narrantur hoc loco, sub crepusculum diei videntur esse gesta; nam vespera erat, quando Romae de morte Titi palam est factum. Vide *Historiam miscellam.*

## DOMITIANUS.

*Cap. 1. Adolescentiae tempus — gessisse fertur]* Malim *egisse:* similis error in Vespasiano cap. ultimo, ubi *annum gerens* multi codices legunt: perperam, ut arguunt libri omnes meliores: hic tamen Memmianus quoque *gessisse.*

*Quod inscribitur Luscio]* Viterbiensis *Lutio;* Memmii et alii *Luscio.* Fortasse ad istud Neronis carmen respiciebat Perlius sat. 1, 127., cuius magna pars adversus Neronem, in extremo ita dicens:

*Non hic, qui in crepidas Graiorum ludere gessit  
Sordidus, et lusco qui possit dicere lusce.*

*Mirari se Vespas. dictitante, quod — mitteret]* Susplicati sumus aliquando, verba haec Suetonii occasio-

nem quibusdam praeuisse fingendae illius ineptae epistolae, quam sub Vespasiani nomine profert Dio.

Cap. 2. *Expeditionem — in Gall. Germaniasque*] Adi Iosephum, qui plenis velis laudat Domitiani hoc inceptum Ἀλώσεως lib. 7. c. 11.

*Sellamque eius ac fratris — sequebatur*] Sella igitur lectica dignior? Ita videtur colligi ex hoc loco posse: sed si de curuli intelligas, non de vulgari sella, plane ruit ὁ συλλογισμός.

*Simulavit et ipse mire modestiam — studium*] Codex Cuiacii, *Simulavit et ipse mire modestiam in primis, poeticaeque studium.* De poetica Domitiani idem Tacitus: at Fabius et Plinius mire laudant.

*Adversus Alanos*] Iosephus Ἀλώσεως lib. 7. c. 29. Hegesippus lib. 5. c. 50.

*Priusquam plane efflaret animam — iussit*] Zonaras auctor vel Dio potius apud Zonaram, Tito adhuc spirante Domitianum celeriter Romam venisse, et statim castra Imperatorisque nomen et potentiam occupasse. Scribunt vero Graeci nonnulli, spirantem adhuc Titum a fratre in arcam ligneam nivis plenam, per causam faciendae medicinae, coniectum, ibique extinctum.

*Nullo praeterquam consecrationis honore dignatus*] Atqui id non statim, sed altero post obitum anno; si legitimo loco posita est haec Eusebii nota in Chronico: *Decreto senatus Titus inter deos refertur.*

Cap. 3. *Inter initia principatus — secretum*] Ut haec lectio est, videtur Domitianus consuetudine captandi secretum istud horarium per initia tantum principatus esse usus, postea mutasse morem. Contrarium tamen suadet Plinius in Panegyrico, quum ait: *Non adire quisquam, non alloqui audebat, tenebras semper secretumque captantem.* Hac, credo, ratione inducti viri docti, verba illa, *inter initia principatus*, reiicienda in sinem superioris capitis censuerunt: probabilis coniectura; maxime quum dicat Plinius, *semper.* An igitur

tur ita emendandum? Nequaquam. Repugnant enim libri omnes scripti, in vulgata distinctione consentientes. Repugnat et ratio: quum palam sit, de principiis principatus Domitiani loqui Suetonium, non de universa vita. Attende, lector, et mecum, scio, senties. Quare falluntur, qui Plinianum locum superiorem cum isto Suetonii comparant; nam illud secretum, de quo Plinius, diversum est ab isto horario: ille ἀπλω̄ς de moribus Domitiani loquitur; hic de primis illius gestis post assumptum imperium: clarum hoc vel ex voce *deinde*, quae statim subiicitur. At clarissimus senator Paulus Petavius, vir doctissimus, monuerat nos, videri scribendum, *Inter vitia principatus*. Sic enim se legisse in veteri suo codice: quum postea eam lectionem in uno e libris regiis eoque perantiquo invenimus; manemus tamen ἐν πείσῃ, neque ab edita lectione recedimus. Nam de vitiis Domitiani capite solum 10. tractare Suetonius incipit.

*Secretum sibi horarium sumere solebat*] Non *horarium*, sed *horarum* est scriptum in regiis Viterb. et Pith. codd. Inde suspicio est, deesse numeri notam, et hoc aut simili modo scribendum: *secretum sibi horarum III sumere solebat*.

*Muscas captare ac stilo praeacuto figere*] Et animi quidem, sed et corporis fortasse vitium ad hoc infaniae genus Domitianum adegit. Nam Hippocrates inter alia indicia hominis, quem atra bilis vexat, hoc quoque recenset, et muscas eum captare scribit. Locus est in libro de internis affectionibus.

*Ne musca quidem*] Vide, quae notat Scaliger ad Chronicon Eusebii super his verbis.

*Consalutaverat ut Augustam*] Eusebius in anno altero imperii Domitiani: *Domitiani uxor Augusta appellatur*: quae verba quomodo sint accipienda, pauci intelligent, qui Iosephi Scaligeri Notas non consuluerint.

Cap. 4. *Et noctibus ad lychnuchos*] Noctibus et spectacula et convivia saepius exhiberi solita a Domitia-

no. Xiphilinus: Δεῖπνον σφίσι δημοσίᾳ διὰ πάσης τῆς νυκτὸς παρέσχε· πολλάκις δὲ καὶ τοὺς ἀγῶνας νύκτωρ ἐποίει. Idem paullo ante narraverat, noctu Domitianum Sylvanos vino manantes multis locis populo exhibuisse: Οἶνον τε σφίσι, πολλαχῆ ῥέοντα, νυκτὸς παρέσχευ.

*Effosso et circumstructo iuxta Tiberim lacu*] Hoc vult Dio, qui naumachiam scribit exhibitam *in novo loco*, id est, recens cavato et circumstructo: Ἐν καινῷ τιμὴ χωρίῳ ναυμαχίαν ἐπετέλεσε.

*Circumstructo iuxta Tiberim lacu*] Ita Viterbien-  
sis, non, ut vulgo, *circumducto*. Tacitus loco simili *Annal.* 12, 56. *Lacu in ipso navale proelium adornatur, ut quondam Augustus structo cis Tiberim stagno.*

*Instituit et quinquennale certamen Capit. Iovi*] Factum a. U. DCCCXXXIX, Cons. Domitiano XII. et Ser. Cornelio Dolabella. Vide Censorinum; sed nemo plura de hoc agone, quam Statius Papinius in *Sylvis*, quem eximium poetam certum est in eo superatum esse, aliis contra eum coronatis: testis ipse quum in carmine ad Claudiam uxorem, tum in epicedio patris. Non dicam meminisse huius agonis, et Papinii victi, Iuvenalem *sat.* 7. vs. 86., quum canit de eo loquens:

— — — *sed quum fregit subsellia versu,  
Esurit, intactam Paridi nisi vendit Agaven.*

Nam, ut ὁδοῦ πάρεργον optimi poetae locum explicem, non assentior doctissimo viro, ita illum explicanti. Eius vero interpretatio, nisi fallor, neque instituto Iuvenalis, neque verbis satis convenit: instituto, quia poetae ibi mens non alia, quam ut doceat optimos quosque poetas, quum maxime placeant, et in ore omnium versentur, nihil tamen ex eo commodi percipere praeter inanem gloriam, adeo ut victus caussa illa ipsa, ob quae tolluntur in caelum poemata, cogantur vendere turpiter; hoc velle Iuvenalem, doceat satyrae totius argumentum, quam vulgo proseribunt *De sterilitate studiorum*. Quum igitur Statius ponatur eo loci in exemplum optimi poe-

tae, qui quum maxime placeat, nihilominus esuriant; absurde fecisse videatur, si ἦπτας ipsius mentionem iniecit; nam quid mirum, aliquis dicat, si victus poeta iaceat? Sed nec verbis quadrare ea viri praeflantissimi interpretatio videtur; nam *frangere subsellia* poetica licentia vel δεινότητι potius dictum accipio, pro vehementissime placuisse: sic ut plausu et κρότῳ *Eugo* et *sophos* acclamantium, quasi frangerentur subsellia. Stat a me Sidonius Apollinaris, qui sine dubio dicendi hoc genus ita accepit; quod ex his illius e lib. 5. apparet in epistola ad Sapaudum: *Nam debetur ab eo percopiosus litteris honor: hunc olim perorantem, et rhetorica sedilia plausibili oratione frangentem socer eloquens ultro in familiam patriam adsevit.* Certum est, ita locutum Sidonium intendentem oculos ad istum Iuvenalis locum. Quid quod Polybius simillime locutus in historia 15.? Τῶν δὲ διχσασθούτων τὰ παρὰ τοῦ βασιλέως, κατεβρόγγυτο πᾶς ὁ τόπος ὑπὸ τοῦ κρότου καὶ τῆς κραυγῆς. Affinis huic λόγου δεινότης in sententia eadem apud Platonem in Euthydemo: Ὀλίγου καὶ οἱ κίονες οἱ ἐν τῷ Λυκεῖῳ ἐθορύβησαν τ' ἐπὶ τοῦ ἀνδρῶν, καὶ ἤσθησαν. Virgiliū 5. Georg. 328. *It cantu querulae rumpent arbuscia cicadae.* Potius ergo referamus ad recitationes, quod ait Satyricus: neque sane alio possunt trahi, si attendimus, quae paullo ante praecedunt, — — *laetam fecit quum Staius urbem, Promisitque diem.* Paene omiseram, quod totius rei caput est; neque enim verum, τόγ' ἐμοὶ δοκοῦν, victum Staium fuisse, quum commisisset Thebaidem suam in agone Capitolino; neque ea poetae sententia in epicedio patris: ubi hoc potius ait, ideo se esse victum, quia inviderit eam gloriam Iovi Capitolino Thebais, quae tunc temporis Staium sibi totum asserbat, et eius omnia studia. Enimvero quid Thebaidi cum Iove Capitolino? ad cuius certamen non alia asserre carmina moris videtur fuisse, quam de laudibus ipsius composita. Suadet Quintilianus 5, 7. *An laudes Capitolini Iovis, perpe-*



*tua sacri certaminis materia, vel dubice sunt, vel non oratorio genere tractantur?* quamquam non nescimus, praestantissimum virum Ios. Scaligerum Quintiliani verba in aliam sententiam esse interpretatum. Ratio, quae illum movit, erat, quod dura nimis lex oratoribus videtur fuisse proposita, si de uno et eodem argumento omnibus foret dicendum. Mihi vero aliter videtur: qui sciam in natalibus Sanctorum celebrandis eandem hodieque morem servari.

*Chorocitharistae quoque et psilocitharistae*] Invenimus in nonnullis et *psallocitharistae*; sed optimi quique et vetustissimi, *psilocitharistae*: quod eo moneamus, quia hanc vocem, ut a Turnebo excogitatam, docti reiiciendam censuerunt. De *psilocitharistis* et arte *psilocitharistica* Athenaeus lib. 14. Sic apud Graecos *ψιλλή κιθάριστις*, cui adiungitur vocis melodia: ut in 2. Platonis de Legibus. *Κιθάρισαι ψιλλήν* eleganter in secunda historia Diodori.

*In stadio vero cursu etiam virginum*] Ad verbum fere Xiphilinus, *καὶ παρθένοι τῷ δρομικῷ ἠγωνίζοντο*.

*Purpureaque amictus toga Germanica*] Non potuimus insuper habere consensum Mss., in quibus hanc lectionem offendimus, ut et Torrentius in suis, ut ait, omnibus; veram tamen esse scripturam istam, non censeo. Nam duorum alterum puto verum: aut cum editione prima scribendum esse *toga Graecanica*, et accipiendum de chlamyde Graecanica, quae *καταχρηστικώτερον* quidem, sed *ἀναλόγως* tamen dicta Saetonio toga: vel corrigendum, *Hermionica*; inter purpurae species est Hermionica longe excellentissima. Plutarchus in Alexandro: *Καὶ πορφύρας Ἑρμιονικῆς εὐρεθῆναι τέλαντα πεντακισχίλια, συγκειμένης μὲν ἐξ ἐτῶν δέκα δεύτων διακοσίων, πρόσφατον δὲ τὸ ἄνθος ἔτι καὶ νεαρὸν Φυλακτεύσης*.

*Celebrabat et in Albano quotannis Quinquatria*] Dio fere, ait, *quotannis, κατ' ἔτος, ὡς εἰπεῖν*. In Albano accipiendum, ut in *Tusculano*; non enim Albanum

montem intelligit, sed arcem ad eius radices sitam. Albanum secessum Tranquillus nominat c. 19. Dio fere, τὸν Ἀλβανόν, vel τὸ Ἀλβανὸν χωρίον. Ulpianus ad Sabianum: *Albanus fundus principalibus usibus deserviens.*

*Magisterio jungerentur — venationes]* Aufer litteram *παρέλκουσαν*, et scribe *ederentque*.

*Ac poetarum certamina]* Ter victor discessit ex hoc certamine Papinius, in carmine ad uxorem:

— — — — *ter me vidisti Albana ferentem  
Dona comes, sanctoque indutum Caesaris auro,  
Visceribus complexa tuis, fertisque dedisti  
Oscula anhela meis.*

*Omne genus rerum missilia; sparsit]* Melius scripta lectio *omne genus missilia sparsit*: leges apud historicos passim, *missilia*, *res missiles* et *missilia variorum rerum*.

Cap. 5. *Plurima et amplissima opera]* Habes apud Eutropium et Eusebium in Chronico multorum operum nomina, quae partim Titus, partim Domitianus fecerunt: neque enim satis distincte haec ab auctoribus sunt tradita.

*Plurima et amplissima opera — Capitolium]* Appositum ad hunc locum Martialis epigramma, 9, 5., quod libet adscribere; est enim in genere *μολκτικῶ* singulare:

*Quantum iam superis, Caesar, caeloque dedisti,  
Si repetas, et si creditor esse velis:*

*Grandis in aethereo licet auctio fiat Olympo,  
Coganturque dei vendere quidquid habent:*

*Conturbabit Atlas, et non erit uncia tota,  
Decidat tecum qua pater ipse deum.*

*Pro Capitolinis quid enim tibi solvere templis,  
Quid pro Tarpeiae frondis honore potest?*

*Quid pro culminibus geminis matrona Tonantis?  
Pallada praetereo: res agit illa tuas.*

*Quid loquar Alciden, Phoebumque piosque Laco-  
nas?*

*Additā quid Latio Flavia templa polo?*

*Espectes et sustineas, Auguste, necesse est:*

*Nam tibi quod solvat, non habet arca Iovis.*

*Et cuius postea lapide max. circus est exstructus]*  
 Mirari licet, cur auctorem tanti operis reticuerit. Is autem est Traianus. Multa de hoc circo Plinius in libro Panegyrico.

Cap. 6. *Oppio Sabino consulari oppresso]* Scrib. *Appio Sabino* ex antiquis, Eutropio, et Fallis consularibus.

*De Cattis Dacisque — duplicem triumphum egit]*  
 Ita habent et Memmianus et alii Mss. Eusebius in Chronico de Dacis et Germanis ait triumphasse: ad quem locum vide notata Scaligero.

*De Sarmatis lauream modo Capitol. Iovi retulit]*  
 Clarum ex hoc loco, errare doctissimos viros, qui triumphare et Iovi Capitolino lauream referre idem esse putant; maius enim et longe dignius triumphum quam laureae ius: quod etiam stante rep. omnibus competit, qui caesis hostibus Imperatores salutati fuissent; sive illi res triumpho dignas gessissent, sive starent eorum facta intra gloriam triumphum: praeter hoc certissimum testimonium, sunt et alia non minus liquida. Lib. 6. scribit Suetonius c. 13. Neronem ob Teridatis in urbem adventum, *Imperatorem consalutatam, lauream in Capitolium latam*: nemo tamen sanus triumphasse eum propterea dixerit. Antonium collegam Ciceronis ex bello Catilinario lauream reportasse, quis nescit? Atqui triumphandi neque ius neque spem ullam habuisse Antonium, certissimum est. M. quoque Tullium proeliis aliquot in Cilicia feliciter gestis, et Imperatorem fuisse salutatum, et laurea fasces suos ornasse, constat: triumpho res dignas eum gessisse adeo non constabat, ut Catoni et senatorum plerisque aliis absurde facere visus sit, qui triumphum peteret.

*Paulloq. post occisum Anton. adeo vulgatum est]*  
 Papinius;

*Quaeque tuas laurus volucris, Germanice, cursu  
Fama velit praegressa diem, tardumque sub aëtris  
Arcada, et in medio linquit Thaumantida caelo.*

Cap. 7. *Castrari mares vetuit*] Statius 5. Sylv.  
3, 2.

*Qui castae Cereri diu negata  
Reddit ingera sobriasque terras:  
Qui fortem vetat interire sexum.*

Postquam hoc exit edictum, solita peti venia a principe vel praefide provinciae, si quis vel se vel alium vellet evirare. Iulianus Apolog. 2. Ἡδὴ τις τῶν ἡμετέρων βιβλίδιον ἀνέδωκεν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Φήλικι ἡγεμονεύοντι. ἀξιῶν ἐπιτρέψαι ἱατροῦ τοῦς διδύμους αὐτοῦ ἀφελεῖν, ἄνευ γὰρ τῆς τοῦ ἡγεμόνος ἐπιτροπῆς τοῦτο πράττειν ἀπειρήσθαι οἱ ἐκεῖ ἱατροὶ ἔλεγον.

*Exislmans nimio vinearum studio negligi arva*] Non solum in vita Apollonii lib. 7. meminit huius rei Philostratus, quem locum laudat Beroaldus; sed uberius in vita Scopeliani sophistae. Is enī, qui totius Asiae nomine legationem obiit ad Domitianum, deprecaturus edicti huius executionem: in quo tanta fuit illius vel dexteritas vel felicitas, ut non solum colendi vineas impunitatem suis nactus sit, sed etiam necessitatem; rediit enim, μὴ μόνον τὸ ἐξεῖναι φυτεύειν ἔχων, ἀλλὰ καὶ ἐπιτίμια κατὰ τῶν μὴ φυτεούντων. Caussam latae legis, quod ad Asiam provinciam attinet, aliam Philostratus affert, seditiones nempe saepe ortas ex temulentia: Ἐδόκει τῷ βρασιλεῖ μὴ εἶναι τῇ Ἀσίᾳ ἀμπέλους, ἐπειδὴ ἐν οἴνῳ στασιάζειν ἔδοξεν, ἀλλ' ἐξαιρεῖσθαι μὲν τὰς ἤδη πεφυτευμένας, ἀλλὰς δὲ μὴ φυτεύειν ἔτι. Ideo servatum videtur sub Imperatoribus insequentibus, ut promiscue non esset iuris, vitem instituere; sed eorum tantum, qui a principe veniam impetrassent. Vopiscus in Probo: *Gallis omnibus et Hispanis ac Britannis hic permisit!* ut vites haberent vinumque conficerent. Eutropius in eodem: *Vineas Gallos et Pannonios habere permisit:*

quo loco ridicula est Paeanii appendix ad verba superiora, *ὄπω πρότερον τοῦτο εἰδῶσι*, quasi ante Probum vineas colere nescierint Galli.

*Geminari legionum castra prohibuit*] Quid est geminari castra? et quae legis huius causa? Puto, geminari castra dici, non, ut censent Interpretes, quum ex veteri more pro occasione fierent maiora et minora; sed quum duae legiones coeunt in unum locum, et castra una, quod semper experientia docuit esse periculosum. Fere enim *secuta exercitus seditio, qui plerumque contemplatus frequentiam suam a disciplina desceisit*, ait Velleius lib. 2. c. 81. verissime, et Dio quoque lib. 49. *Milites*, inquit, *πρὸς τὴν ὄψιν τοῦ πλήθους σφῶν θρασύνονται*. Ideo seditionem parantes, aquilas, signa, castra iungebant, ut de legionibus Germanicis narrat Tacitus lib. 1. Confirmant hanc interpretationem quae statim sequuntur, de occasione legis huius ferendae.

*Addidit et quart. stipend. militi, aureos ternos*] Prorsus mendosa lectio, etsi ita habetur in omnibus Mss. Sed scribendum, *ad aureos ternos*, vel *aureis ternis*, ut docuit pridem Iustus Lipsius, in Electis suis 1, 2., ubi de stipendii militaris modo disputat docte et acute. Exstitit tamen nuper vir eruditus, qui Lipsii sententiam labefactare conaretur, et quidem, rationibus non sane levibus: itaque de tota re ad sextam Polybii, deo propitio, accurate sumus acturi.

Cap. 8. *Ne se persuasoriis — accommodarent*] Plerique codices hanc lectionem agnoscunt: quidam *persunctoriis*. Legendum vero *persuasiis*, ut habet liber optimus Turonensis, et plures alii, ut testatus est vir praestantissimus Iacobus Cuiacius *ὁ τῆς Νομικῆς ἄνωγος*, qui huius loci sententiam adversus Interpretes explicat doctissime ad legem 13. Dig. De excusationibus.

*Cum suo quemque consilio*] *Consilium* pro consiliariis et assessoribus, qui iudicantibus soliti adesse: ut *coniugium* pro coniuge: alioquin per *c* *concilium* esset legendum; sed membranae aliter.

*Auctor et Tribunus plebis fuit*] Non erat caussa, cur in notis illis T. P. R. C. L. haereret eruditissimus Torrentius, quas in veteri codice invenerat. Nam et nos eadem offendimus in nonnullis; sed mendam eorum librorum Memnianus arguit, in quo ita perscriptum T. R. P. L. Satis autem norunt, qui aliquem membranarum usum habent, voces ad eandem dictionem pertinentes, ita solitas interdum dividi puncto interiectio; quare verum erat, T. R. P. L.

*Lege Scatinia*] Vel *Scantinia*, ut alibi scribitur: et Turonensis quoque *n* agnoscit.

Cap. 9. *Vix suspicionem ullam*] Cuiacii liber, *suspicionem*.

*Ruscii Caepionis*] Viterb. *Rusti*, Liffiaci et Memmii, *Ruffi*. Ita non esset gentis nomen.

*Apud aerarium pependissent*] Veteres multi, *aerarium apud pepend.*: intelligit diuturnos reos, quorum nomina, ab accusatoribus delata, inter acta magistratuum ad aerarium fuerant delata. Similis locus in vita Augusti c. 32. Ita potius capiam haec verba cum eruditissimo Iurisconsulto Gul. Ranchino, quam ut Torrentius, qui ex lib. 5. c. 9. locum interpretabatur.

*Venia in praeteritum donavit*] Exemplar Viterb. *in perpetuum*; non probo.

*Veteribus possessoribus ut usucapta concessit*] Aggenus Urbicus commentariis in Iulium Frontinum: *Domitianus per totam Italiam subseciva possidentibus donavit, edictoquoque hoc universis notum fecit.*

Cap. 10. *Patrem familias*] Hoc est, τὸν δαίνα civem Romanum, ut interpretamur ad lib. 4. c. 26.

*Impie locutus parmularius*] Non solum in spectaculis periculum fuit sub tyrannis, favere alicui contra studium principis; sed etiam domi in vino et convivii liberam vocem de his nugis misisse verti solitum in occasionem calumniae, et impietatis crimen, ut appellabant. Alludit suo more ad hanc historiam Plinius in

Panegy. *Iam quam libera spectantium studia, quam securus favor? Nemini impietas, ut solebat, obiecta, quod odisset gladiatorem: nemo spectator spectaculum factus, miseras voluptates unco et ignibus expiavit. Similis saevitiae exemplum c. 35. Martialis de suo convivio lib. 10. epigr. 48.*

*De prafino conciva meus Venetoque loquatur,  
Nec facient quemquam pocula nostra reum.*

Porro *parmularios*, vel, ut Graeci scribunt hanc vocem, *καλμουκαρίους* appellabant, qui Threcibus in arena favebant, quorum erat propria parma. Ab eadem caussa dicti *Prafiani* vel *Prafiniani*, *Venetiani*, et *Secutoriani*.

*Complures senatores, in his — consul., interemit]*  
Adde etiam aliquot triumphales, vel certe triumphalibus ornamentis donatos: in his Iulium Agricola, Taciti socerum. Libet ἐν παρόδῳ Dionem in hac narratione emendare, et veram illi sententiam reddere, simul et Tacito conciliare. Scriptum in compendio Dionis de Agricola: Καὶ τέλος ἐσφάγη διὰ ταῦτα ὑπὸ Δομιτιανοῦ, καὶ περ τὰς ἐπινικίους τιμὰς παρὰ τοῦ Τίτου λαβών. Ait, occisum eum a Domitiano, licet a Tito ornamentis triumphalibus fuisset donatus. Primum non satis video, cur sic loquatur, et quam vim habeat illud καίπερ: deinde falsum, quod ait de Tito; nam Domitianus fuit, qui eo honore Agricola auxit, quod gravissimo testi et genero amplius accredamus necesse est. Enimvero scripsisse Dionem, aio: Καίπερ τὰς ἐπινικίους τιμὰς παρ' αὐτοῦ τούτου λαβών. Plane elegans emendatio.

*Quod post abduct. uxor. — Heu taceo, dixerat]*  
Parum satisfaciunt mihi Interpretes in explicatione huius Lamiae dicti: nam quod putant *Heu taceo*, suspirium esse eius, indicem doloris ob abductam uxorem magni, sed latentis, nobis non ita videtur; sed notatam potius fuisse tyrannidem principis, qui omnia in suo genere pulchra et excellentia possessoribus eriperet: unde necessitas incumberebat, sua bona dissimulandi celandique. Sic

esse exponendum, docent illa verba, *laudanti vocem suam*, ad quae parum attendisse Interpretes videntur. Similes sententiae multae apud poetas. Tibullus, postquam laudasset puellam suam, subiicit 4, 13, 7.

*Nil opus invidia est: procul absit gloria vulgi,  
Qui sapit, in tacito gaudeat ille sinu.*

Agathias epigrammata (Anth. lib. 7. p. 598.) quo Ariadnae citharistriae laudes praedicat, ita claudit:

Σιγῇ εἶδ' ἡμεῖων, ἵνα μὴ Διόνυσος ἀκούστας,  
Τῶν Ἀριαδνεῖων ζῆλον ἔχοι λεχέων.

Sunt codices, qui hic aliquid Graece muginentur loco illorum *Heu tacco*, ut Lislacii, ubi scriptum fere ἐν ταυτῷ sorte pro ἐν σκαυτῷ, supple ἔχε. Id est, digito compesce labellum: sed vulgata perplacet, licet Graecae lectionis servare vestigia videantur optimi codd. Memmii, Viterb. Pithoei et regii tres, in quibus est *eutacto* et *tutacto*: docti cogitent. Atque haec quum edita essent a nobis, litteras postea ab illustrissimo Scaligero accepimus, quibus ille nobis suam de isto loco sententiam aperit. Sic autem acutissimus vir: „Placet *eutacto*, ut erat in optimo Turonensi codice, vel εὐτακτῷ, ut in quibusdam. Acer et mordax iocus. Οὐκ ἔδω μὲν ἀλλὰ τοὺς ἔδοντας εὐτακτῷ. Proverbium etiam inter Gallos iactitatum: *Je ne chante point, mais j'accorde*. Nam non potiebatur uxore sua, ut Domitianus; sed suprum dissimulando, pacem inter se et uxorem et Imperatorem nutriebat: εὐτακτεῖν cum accusativo satis frequens, et ita semper Georgius Codinus. *Heu tacco*, quod vulgo legitur, ineptum est. Σφῶ ἐστὲ οἱ ἔδοντε, ἐγὼ δὲ ὁ εὐτακτῷ. Est locus elegans et notabilis.” Haec Scaliger. Ego non memini legere hac notione verbum εὐτακτῷ apud ullum scriptorem. Non multo tamen aliter vocem εὐτάκτως usurpat B. Chryostomus homilia 12. in Pauli ad Philippenles epistolam. Ἐν χορῷ, inquit, τὸν χορηγὸν δεῖ μεταθεῖν τοὺς λειπούς, καὶ οὕτω βαδίζειν εὐτάκτως. Sic etiam τάξι; nomen ea in re apud eundem



positum alibi: ut ad Hebr. Ἐν χοροῦ τὸν κορυφαῖον ἀνέ-  
λθης, οὐχὶ κατὰ μέλος καὶ τάξιν ὁ χορὸς ἔσται.

*Appellassetque eos sanctissimos viros*] Dio vertit,  
ἀνθρωπος ἱερός: qua de voce ad Athenaeum notamus.  
Iunius Ruficus, de quo hic Suetonius, is est, de quo  
Plutarchus in lib. de curiositate.

*Divortium suum cum uxore taxaſſet*] Haec scri-  
ptura librorum omnium veterum: at vulgo, *tractaſſet*:  
illa voce usus et lib. 2. c. 4.

*Flavium Sabinum alterum e patruelibus*] Adlice,  
generum Titi fratris. Philostratus lib. 7. Σαβεῖνον ἀπε-  
κτουῶς ἕνα τῶν ἑαυτοῦ ξυγγενῶν, Ἰουλίαν ἤγατο· ἣ δὲ Ἰου-  
λία γυνὴ μὲν ἦν τοῦ πεφουευμένου, Δομιτιανοῦ δὲ ἀδελ-  
Φιδῆ, μία τῶν Τίτου θυγατέρων.

*Latentes conscios — distorsit*] Multis modis ab-  
surda lectio: quid appellat *latentes conscios*? deinde,  
quomodo saevitiam in latentes exercuit? Emenda igitur,  
*latentes per conscios investigatos, novo quaestionis ge-  
nere distorsit.*

*Tribunum laticlavium et centurionem*] De iuve-  
nibus laticlaviis dictum est ad lib. 4. c. 58.; nam fuisse  
istos iuvenes, certum est: *impudicos* intellige muliebria  
passos.

Cap. 11. *Auctorem summarum*] Liffraei, *acto-  
rem summarum.*

*Asfidere in toro iuxta coegit*] Ita moris, intra  
cubiculum sedere in toris, ut sit hodie in scamnis, non  
solum quum ad cibum sumendum discumberent, sed in  
omni otio aut negotio, quod quiescere non prohiberet.  
Galenus in libro de praecognoscendo, loquens de ma-  
tre, quae puero aegro assidebat: Ἐν τῷ οἰκήματι ἦν καὶ  
κλίνη, καὶ ἦς ἡ μήτηρ τοῦ παιδὸς ἐκαθέζετο. Totum  
illum locum vide, et, si lubet, quae notavimus lib. 2.  
c. 78.

Cap. 12. *Sed quum obnox. se — animadverteret*] Zonaras procul dubio ex Dione, exposito incremento

Stipendii, de quo ante dictum. Μεταμεληθεὶς δὲ τὴν μὲν ποσότητα οὐκ ἐμέωσα, τὸ δὲ πλῆθος τῶν στρατευομένων συνέστειλε· καὶ ἐκατέρωθεν μέγαρα τὸ ὀημόσιον ἐβλάψε, μὴδ' ἰκανοὺς τοὺς ἀμύνοντας αὐτῷ, καὶ τούτους μεγαλομίσθους ποιήσας.

*Præf. ceter. Iudaicus sifcus acerbissime actus est]*

Quod factitatum alibi notabamus in artibus sordidis et vetitis, ut pretio depenso permitteretur illarum professio: idem factum in religione Iudaica, ac mox quoque in nostra, sicut declarat Tertulliani locus, quem ad lib. 4. laudavimus: is est, quem vocat auctor *sifcum Iudaicum*; et a duobus hominum generibus pensitatum fuisse indicat: prius suit eorum, qui liberam suae sectae professionem in urbe redimebant. Iudaeis enim licuit soluto pretio, quod erat imperatum, in urbe manere: nam Interpretes, qui ad persecutionem secundam Christianorum sub Domitiano haec verba referunt, falluntur. Tributi huius meminit Niphilinus in Vespasiano: Ἀπ' ἐκείνου δίδραχμον ἐτάχθη τοὺς τὰ πατρια αὐτῶν ἔδη περιστέλλοντας τῷ Καπιτωλίῳ δι' κατ' ἔτος ἀποφέρειν. Id est: *Ex eo constitutum est, ut Iudaei, qui patrios ritus servare vellent, didrachmum quotannis Iovi Capitolino inferrent.* Tertullianus in Apologetico: *Sacras litteras Iudaei palam lectitant: vectigalis libertas vulgo aditur sabbatis omnibus.* Meminit et Appianus in Syriacis, ubi Φέρου τῶν σωματίων vocat. Ita interpretamur illa verba, *qui velut professi Iudaicam intra urbem viverent vitam*: quae tamen possis fortasse etiam aliter accipere: Iudaeos omnes fuisse urbe pullos, nec aliter permissam Romae habitationem, quam si patrios ritus eiurassent, gravesque multas dietas, si qui nacti post eiurationem manendi in urbe facultatem, vixissent vitam Iudaicam. Mihi placet magis prior interpretatio: et professionem intelligo, qualis ea, quae Tertulliani temporibus ipso teste apud beneficiarios fieri solita a tabernariis, aleonibus, et Christianis. Scribendum autem, *qui vel ut professi.*

*Vel disfigurata origine*] Possunt haec verba etiam ad Christianorum persecutionem sub Domitiano referri. Nam hi videntur esse, quos pro Iudaeis passim habitos, disfiguratae originis arceffebant.

Cap. 15. *Et patri se et fratri imperium dedisse*] Hinc illud Martialis:

*Solus Iuleas quum iam retineret habenas,  
Tradidit, inque suo tertius orbe fuit.*

*Formalem dictaret epistolam*] Graeci historici vocant ἐγκυκλίους ἐπιστολάς, de quibus alius nobis dicendi locus constitutus.

*Statuas sibi — poni permisit*] Plinius Panegyrico ad Traianum: *Paullo ante aditus omnes, omnes gradus, totaque area hinc auro, hinc argento relucebat.*

*Ut cuidam Graece inscriptum sit arcui, Ἄρκεϊ*] Haec scriptura cod. Viterb. et regionum Mss. nisi quod vox Graeca, ut alibi multis locis, in omnibus desideratur: quam, iudicium secuti Turnebi, resituiimus, faventibus Memmii ac Lislacii libris et quibusdam e regijs, in quibus partim *arti*, partim *arcei* exaratum. In eisdem libris vulgatae lectionis *Aream* et *calvitium* nec vola exstat neque pes. Quare abeant, censeo, Morboniam.

Cap. 15. *Quo max. facto maturavit sibi exitium*] Philostratus declarat lib. 8. Ἐώθρου οἱ θεοὶ Δομετιανὸν ἤδη τῆς τῶν ἀνθρώπων προεδρίας· ἔτυχε μὲν γὰρ Κλήμεντα ἀπειτονῶς, ἄνδρα ὑπατου, ᾧ τὴν ἀδελφὴν τὴν αὐτοῦ ἐδεδώκει· πρόσταγμα δὲ ἐπεποίητο περὶ τρίτην ἢ τετάρτην ἡμέραν τοῦ Φόνου, κἀκείνην εἰς ἀνδρὸς Φοιτῆν. Στέφανος τοίνυν ἀπελεύθερος τῆς γυναικὸς, οὐ ἐδήλου τὸ τῆς διοσημίας σχῆμα, εἴτε τὸν τεθνεῶτα ἐνδυμηθεῖς, εἴτε πάντας, ᾠρμησεν ἴσα τοῖς ἐλευθερωτάτοις ποτε Ἀθηναίοις, εἰς τὸν τύραννον. *Iam dii a gubernatione mortalium Domitianum deturbabant: qui quum Clementem, virum consularem, (ὑπατου dixit, pro ὑπατικόν, ut nuper notatum nobis ad Apuleium: paret ex verbis Sue-*

tonii, *tantum non ipso eius consulatu: non ergo Consul fuit, quum occideretur) cui sororem suam nuptum dederat, occidisset: tertio vel quarto die a caede edixerat, ut ipsa quoque in publicum prodiret, (lego enim εἰς ἄνδρας: vulgata lectio sonat, ut et ipsa in manum viri conveniret) quamobrem Stephanus, mulieris eius libertus, quem divinitus datum ostentum denotabat, sive defuncti, sive omnium causa, non minus quam illi omnium liberrimi Athenienses, impetum cepit tollendi tyranni.*

*Minervam quam superstitiose colebat] Ita oportuit, matrem coli a filio: praeter alios testatur Philostratus lib. 7. quendam periisse, commemorans: Ἐπειδὴ θύων ἐν Τάραντι, οὗ ἦρχε. μὴ προσέθηκε ταῖς δημοσίαις εὐχαῖς ὅτι Δομετιανὸς Ἀθηναῖς εἶη παῖς.*

*Quam responso casuque Asecltarionis mathematici] Simplificissimam narrationem, quae deinceps sequitur, corrumpunt Graeci non uno modo. Cedrenus quidem aliter, aliter vero Glycas, Constantinus Manasses. Haec est istorum hominum in historia fides: imo verius παραδοξολογία, vitium in rerum conditoribus a Polybio et Tacito meritissime exagitatum.*

*Inter ceteras diei fabulas referretur] Sic scribendum, non referebatur; repetendum enim evenit.*

*Cap. 16. Audiit condemnavitque] Sed supplicio dilato, ut post fugam periculi tanto alacriori Imperatori poenas daret, servatus est: moxque a Nerva praemium loco poenae retulit. Dio.*

*Pro quinta, quam metuebat] Caesum circa meridiem, ait Philostratus.*

*In cubiculum se recepit, atque ibi occisus est] At Cedrenus ait, ἐν ναῶ Πώμης.*

*Cap. 17. Sinisteriore brachio — obvoluto] Ita moris fuit: atque hae sunt lanae, quarum meminit Ulpianus §. Ne eam quidem, lege, Si cui lana, Dig. De legatis 5. Apud Hippocratem et alios medicos leges sae-*

πε ερίσις ἐπικαταδεῖν αὐτ περιελίσσειν προσηνεῖς ἔνεκα, id est, ut pars affecta commodius sese habeat. Martialis 12, 91. *Quod lana caput alligas. Carine.* Meminit et Aristides in Sacris saepius. Leonius in epistola ad Lamiam: Οὐκ ἂν αὐτοῦ ἠνεσχόμεν φθειριῶντος καὶ Φιλονοσοῦντος καὶ κατακεπιλημένου εὖ μάλα πόκοις ἀντὶ πύλων. Ex eo est illud Artemidori lib. 1. "Ἐρία ἀντὶ τριχῶν ἔχειν νόσους μακρὰς καὶ Φθίσιν προαγορεύει. Hinc dicti sunt *lanoculi*, ut docet Festus. Ceterum Philostratus in hac historia dexterum brachium, non autem sinistrum fuisse involutum, tradit.

*Brachio obvoluto ad ips. horam dolum interiecit*] Scribe *dolonem*: sic emendavit hunc locum εὐστοχώτατα Iacobus Ferrarius, ut testatur clarissimus doctissimusque Petrus Faber 5. Semestrium. *Dolo* ficæ vel pugionis est genus. Hesychius: Δόλωνες, ξιφίδια ἐν ξύλοις ἀποκεκρυμμένα. Servius ad Virg. 7. Aen. 664. *Dolo est flagellum, intra cuius virgam latet pugio.* Plutarchus in Gracchis interpretatur ληστρικὸν ξιφίδιον. Vide in Claudio c. 15. Unice comprobatur hanc pulcherrimam coniecturam Philostrati locus, quem adscribam, simul ut emendam; ita enim editum: Στέφανος τοῖνον ξίφος ὑφώρας τῷ τῆς ἀριστερῆς πῆχει, καὶ τὴν χεῖρα ἐπιδέσμοις ἀναλαβῶν, οἶον κατακυῖαν, ἀπιόντι τοῦ δικαστηρίου προσῆλθεν. Mendosum esse illud ὑφώρας, constat: lego ὑφαρμόστας. Perspicua sententia. Faber, ὑφ' ὥρας, ex illis Suetonii *ad ipsam horam*, sed hellenismus eam emendationem non admittit.

*Anno aetatis XLV. imperii XV.]* Dio: "Ἐξῆσε μὲν ἔτη τέσσαρα καὶ τεσσαράκοντα, μῆνας δέκα, καὶ ἡμέρας ἕξ καὶ εἴκοσι· ἐμονάρχησε δὲ ἔτη πεντεκαίδεκα καὶ ἡμέρας πέντε. Imperio addit octo amplius menses Clemens Alexandrinus: aliter alii; quae annotent, quibus operae est λεπτολογεῖν.

Cap. 18. *Fultu modesto, ruborisque pleno*] *Ea vultum modestum* hic, et mox *verecundiam oris*, acci-

pe, ut loquuntur Iuriconsulti, sine effectu: quomodo saepe Suetonium loqui, ante notavimus. Modestum ergo vocat, qui, ut Tacitus ait, imaginem modestiae praese ferret; nam falluntur Interpretes, qui aliter sensisse Suetonium quam Tacitum ac Plinium notant. Modestiae illa imago fuit rubor: qui color in vultu pudoris ingenui argumentum esse solet, ideoque non parvam commendationem affert. Lege epistolam Senecae undecimam: propterea Hesychius *ῥέμερον*, quod est rubrum, explicat etiam *σεμῖον*. Et vocem *ῥεμερῶπις* (ut in Aeschili Prometheo victo, *ἐπληξέ μου τὴν ῥεμερῶπιν αἰδῶ*) interpretatur idem, *ἔρασμα*. Domitiani vultum ita depingit Philostratus lib. 7. *Δεῖ δὲ καὶ πρὸς τὸ Φθέγμα τοῦ βασιλέως παρεσκευάσθαι σε, καὶ πρὸς τὸ οὐστροπον τοῦ προσώπου· Φθέγγεται μὲν γὰρ βρῶν, καὶ πρῶως διαλέγεται· ἢ δὲ ὄφρὺς ἐπίκειται τῷ τοῦ ὀφθαλμοῦ ἦδαι· μεστὴ δὲ παρειαὶ χολῆς. Ταυτὶ γὰρ μάλιστα ἐπιφαίνει.* Ubi vides, omnia tribui illi ingrata et plane contraria descriptioni Suetonii: cuius unius testimonium plus ponderis apud omnes sani iudicii habebit, quam sexcentorum sive Philostratorum sive Apolloniorum.

*Commendari se verecundia oris adeo sentiebat]*  
Arguunt hunc eius sensum adulescentes poetae Statius et Martialis, qui hoc nomine saepe illum laudant: nempe quia sciebant, gratius ei nihil accidere posse.

*Scias, nec gratius quidquam decore nec brevius]*  
Eandem sententiam elegantissime persecutus Arbiter in hoc capillorum elegidario c. 119.

*Quod solum formae decus est, cecidere capilli:*

*Vernantesque comas tristis abegit hiems.*

*Nunc umbra nudata sua iam tempora moerent:*

*Areaque attritis ridet adusta pilis.*

*O fallax natura deum: quae prima dedisti*

*Aetati nostrae gaudia, prima rapis.*

Cap. 19. *Præbentisque pro scopulo — palmam]*

Mira librorum omnium constantia in voce *scopulo*: ta-

men Urſinus profert ex ſuis ſcopo. Sane rectius: niſi hoc Tranquilli *καυθουλιε* putet aliquis adſcribendum.

Cap. 20. *Alieno formabat ingenio*] Haec quidem plana lectio; ſed mirum in optimis membranis aliter legi: vel *Alpheno*, ut in libris Torrentii; vel *Alphabeto*, ut in Viterbienſi. Nihil elicio: niſi corruptum nomen eſt alicuius liberti vel ſervi ab epiſtolis.

*Et incanum, perſuſam nivem mulſo dixit*] Graeci *incanum* *σπαρτοπόλιον* dicunt: apud eosdem leges pro canitie et *χιόνα* et τὸ *χιονούμενον τοῦ τριχώματος*: et apud Graecos poetas, *γῆρας εὐρώτα πύχην*. Quod dictum laudat et explicat philoſophus lib. 5. de generatione animalium.

Cap. 23. *Scalas etiam inferri — detrahi*] Quid ſi potius? *Scalis etiam inferri clypeos*: nam *Scalas* dici absolute ſcalas Gemonias, quo ſolita abiici aut trahi ſupplicio affectorum corpora, non mirum. Graeci quoque *ἀναβαθμὸς ἀπλῶς* ſaepe vocant, ut Dio lib. 57. De hoc autem more vide lib. 3. c. ultimo. Vulgatam tamen lectionem non damno, quoniam ſimile eſt vero, ſcalis opus fuiſſe ad detrahendos clypeos et tyranni imagines, quae in curia. *Detrahere* eſt, de loco ſuperiore deiicere aut amovere. Clypei et imagines dedicabantur ſublimis, ut cuilibet eſt compertum: quare in re ſimili verbum *detraho* eſt uſitatiſſimum. Iuſtinus lib. 38. *Tunc populus Alexandrinus ſtatuas et imagines eius detrahit*. Et inter ſenatus acclamationes, exſtincto Commodo, fuit haec: *gladiatoris ſtaturae detrahantur*. Apud Iuvenalem ſtatuas male interpretantur iſto loco ſat. 7, 138.

— — *rumpe miſer tenſum iecur, ut tibi laſſo  
Figantur virides ſcalarum gloria, palmae.*

Scalae hic ſunt, aditus domus, ianua: ita autem vocat *ἐμφατικῶς* ad indicandam oratorum pauperiem, qui more omnium tenuium et mendicorum in coenaculis habitabant, ut habitationes ſuas niſi ſcalis introire non poſſent. Erat autem moris oratorum et cauſidicorum, vi-

ctoriam partam in foro, testari appensa pro foribus palma. Lucianus Ῥητόρων διδασκάλῳ expresse notat hanc consuetudinem, ac simul eius finem ostendit: quo videlicet clientes appensa palma plures conciliaret: Κἄν ἐν ταῖς δίκαις ἐξετάζουμι, προδιδούς τὰ πολλὰ, καὶ τοὺς δικαστὰς τοῖς ἀνοήτοις καθυπισχνούμενος· καὶ ἠτῶμαι μὲν τὰ πλεῖστα· οἱ Φοίνικες δὲ ἐπὶ τῇ θύρᾳ χλωροὶ ἔστεφανωμένοι· τούτοις γὰρ ἐπὶ τοὺς δυστυχεῖς χρῶμαι τοῖς δελέασι. Lucanus in Panegyrico ad Pisonem:

— — — — licet exercere togatae  
 Munera militiae: licet et sine sanguinis haustu  
 Mitia legitimo sub iudice bella movere.  
 Hinc quoque servati contingit gloria civis;  
 Atque victores intexunt limina palmae.

Ad oratorum palmas alludit Tertullianus de anima, de Socrate loquens: *Nihil mirandum, si et in carcere lemniscatas Anyti et Meliti palmas gestiens infringere, ipsa morte coram immortalitatem vindicat animae;* nam in re veteri alludit scriptor doctissimus ad morem sui aevi. Non legeram alibi expositum hunc Iuvenalis locum.

Ἔσται πάντα καλῶς] Viterb. vocula una auctior: Ἔσται ἤδη πάντα καλῶς. Sed modus est, ac finis: Γλυκὺ δ' ἀνθρώπων τέλος ἄκρα τε· δάμονος ὀρνύτος αὐξεται.



---

I S. C A S A U B O N I

13

SUETONII BREVIORES LIBELLOS  
ANIMADVERSIONES.

DE

ILLUSTRIBUS GRAMMATICIS.

Duo isti libelli, pars dumtaxat sunt, aut fortasse etiam particula, operis maioris a Suetonio quondam editi. Satis hoc vel ex eo potest constare, quod non solum grammaticos et rhetores, sed etiam poetas illustres ab eo fuisse descriptos, res ipsa arguit. Nam et Horatii et Lucani vitae, quae hodieque exsunt, Suetonium in antiquis libris praeferunt auctorem: et stilus ipse, concinna quadam brevitate insignis, item illa accurata inquisitio rerum ad πολυμάθειαν et eruditionis copiam spectantium, etiam mediocriter versatis in lectione huius eruditissimi scriptoris, fidem eius abunde fecerint. Terentii quoque vita, initio Προλεγομένων in eum poetam descripta, sicut observavit et monuit vere in suis ad Eusebium notis illustrissimus Scaliger, huius est scriptoris. Tranquillo enim dubio procul adscribi debent, quaecumque in fronte illorum Prolegomenon leguntur, usque ad ista verba, *Haec Suetonius Tranquillus*. Quia et Persii vitam, initio veterum Scholiorum positam, fallor, aut alius nemo praeter hunc composuit. Habemus igitur operis Suetoniani tres partes distinctas, de gram-

maticis, de rhetoribus, de poetis. Quemadmodum autem prius quam professores grammatices aut rhetorices enumeret, artium illarum originem apud Romanos et incrementa videmus illum exposuisse: ita etiam poeticae ortum, et prima illius studia, quaeque eodem pertinent, omnia exsecutus erat Suetonius, antequam poetas ipsos in ordinem digereret. Id enim nonnulla, quae hodieque supersunt, fragmenta indicant; in primis autem illud egregium, quod e lib. 8. Hidori inter cetera descripsimus. Praeter hasce tres, videntur et aliae corporis eiusdem fuisse partes. Nam Plinii quoque vitam a Tranquillo fuisse compositam, postea ostendemus. Quem non putamus in ullo ordine e tribus superioribus fuisse collocatum: etsi non negamus, omnibus illis facultatibus fuisse ipsum praeditum. Fuere qui existimarent, non solum de viris litteratis egisse isto opere Tranquillum; sed in unum de omnibus aut plerisque omnibus Romanis, aliqua insigni laude illustribus. Primus, quod sciam, auctor huius opinionis existit Alexander Minutianus, qui ante centum et octo annos sub titulo: *Suetonii de viris illustribus*, et hos duos libellos Mediolani publicavit, et una cum istis librum integram Sexti Aurelii Victoris, quo priscos Romae sive reges, sive duces enumeravit. Tam absurda sententia, quam ipsius auctor, qui eius patrocinium suscepit, ne similitudine quidem aliqua veri potuit firmare, invenit tamen, quibus placeret. Nam Minutiani editio aliis quoque locis postea est repetita. Porro licet non ignoremus, et apud Graecos et apud Romanos plures fuisse, qui similis argumenti libros a se compositos, ΠΕΡΙ ΑΝΑΡΩΝ ΕΝΔΟΞΩΝ et *de viris illustribus* inscriberent, ut Cornelium Nepotem, Plutarchum et alios: nos tamen existimamus, operis huius Suetoniani indicem minus laxè conceptum fuisse, hoc aut simili modo: *De viris in litteris illustribus*. Non obscure praestit nobis ad hanc sententiam B. Hieronymus, qui Suetonium enumerasse scribit, non simpliciter viros

*illustres* Romanorum; sed *litterarum viros illustres*. Est vero dolendum, priorum saeculorum homines, ea fuisse rerum cognitu dignissimarum incuriositate; ut tam eruditum scriptum posteris conservare neglexerint: nisi quod haud ratione caret, ut qui meliores litteras penitus et ignorarent et contentui haberent, eorum quoque memoriam vellent extinctam, qui bene de literis merendo nomen et famam sibi pepererant. Inde est, quod quum librorum octo de Caesaribus passim in omnibus bibliothecis scripta manu exemplaria reperiantur, horum tamen libellorum ne vestigium quidem ullum in librariis vel locupletissimis apparet. Nos in regia nusquam illos offendimus. Unum exemplar Senator amplissimus Paulus Petavius exhibuit, alterum olim habuit Vir clarissimus et praestantissimus Petrus Pithoeus; unde excerptas *δισ-φόρους γραφάς* optimus virorum Iacobus Bongarsius *ὁ πάλ-υ* nobiscum communicavit. Multa in iis notata, quae ex aliis libris protulerunt in lucem Achilles Stadius et Elias Vinetus, viri doctissimi, et de his libellis praeclare meriti: nos pauca attingemus illis intacta.

*De illustribus Grammaticis*] Mediol. *De claris Grammaticis*. Scripta lectio, *De illustribus*. Sic apud A. Gellium lib. 11. c. 25. *Duo Graeci grammatici illustres, Aristarchus et Crates*. Ateius philologus dicitur Afinio Pollioni *nobilis grammaticus*. Infra c. 10.

Cap. I. *Grammat. olim Romae — nedum*] Scripta lectio, cui consentit Mediolanensis editio, *Grammatica Romae ne in usu quidem olim, nedum*.

*Qui iidem et poetae et oratores semigraeci erant*] A codice Mediol. abest vox *oratores*; quod non probo. Ibidem sine parentheleos notis locus ita concipitur: *Siquidem antiquissimi doctorum quidem, et poetae et semigraeci erant. Livium et Ennium dico*.

*Quos utraque lingua — docuisse, adnotum est*] Viri eruditi *docuisse* hic accipiunt, ut quum dicimus docere fabulam, et Graeci *διδάσκων*, unde *διδασκαλία*

ἀραυάτων. Et certum quidem est, Livium atque Ennium fabulas multas docuisse: at Graecas tragoedias aut comedias ipsos composuisse vel docuisse, non legimus. Est vero indubitata res, Ennium litteras docuisse et domi, id est, Romae, et foris, hoc est, in Sardinia insula; ubi ipsam Porcius Cato invenit, qui, ut scribit Sex. Aurelius Victor, in praetura Sardiniam subegit, ibique est ab Ennio Graecis litteris eruditus. Sed aut Cato Ennium Roma secum in Sardiniam abduxit, aut Victor praeturae Catonis tribuit, quod quaesturae eiusdem congruebat. Aemilius Probus sive Cornelius Nepos in vita Catonis: *Praetor provinciam obtinuit Sardiniam; ex qua quaestor superiore tempore ex Africa decedens Q. Ennium poetam deduxerat: quod non minoris aestimamus, quam quemlibet amplissimum Sardiniensem triumphum.* Romae autem multos annos Graecas litteras Ennium docuisse, eximie probant hi versiculi ipsius Ennii de Romanis:

*Contendunt Graecos: Graios memorare solent sos.  
Quod Graeca lingua longos per temporis tractus  
Hos pavi:*

Lege, quae scripsit olim Iosephus Scaliger ad Festum in voce *Regium*.

*Nihil amplius quam Graece interpretabantur]* Omnino legendam, *Graeca interpretabantur*: nam cui bono Latina Graece interpretari, quam illi, quos docebant, Graecas litteras ignorarent?

*Ac si quid Latine — praelegebant]* Scripti, aut si quid. *Praelegere* autem vox artis est, quae de praecceptore usurpatur, ut de discipulo *legere*. Paulo post: *Lucilii Satiras legisse se apud Archelaum, Pompeius Lenaeus praedicat.* Sic apud Graecos ἀναγιώσκειν de discipulo dicitur, παραναγιώσκειν de magistro, vel etiam ἐπαναγιώσκειν; ut apud Sextum Empiricum initio libri, quo disputat de loco: Ἐπίκουρος κομιδῶν νεανίσκος ὃν ἤρατο τὸν ἐπαναγιώσκοντα αὐτῷ γραμματι-

σὴν. Sed et ἀναγιώσκειν de praeceptore apud Apollonium Grammat. saepe.

*Cuius etiam de augurandi — volumina feruntur]* Mediol. ferantur. Nonnihil diversa sententia, ut existimo verius et melius.

Cap. 2. *Crates Mallotes, Aristarchi — rege]* Cratetes olim viri celebres multi fuerant. Diogenes Laertius lib. 4. decem enumerat, inter quos septimum locum Mallotes obtinet. Fuisse hunc grammaticum et criticum insignem, Aristarchi aequalem, vetus quoque scriptor apud Suidam memoriae tradidit: ambos circa Olympiadem CLVI. regnante in Aegypto Philometore, floruisse, ex iis constat, quae de utroque illorum apud eundem leguntur. Sed Crates hic, qui propter facultatem criticam dictus est non solum γραμματικός καὶ κριτικός, verum etiam Όμηρικός, hoc amplius philosophus Stoicus audit, ut ait Suidas, et confirmat nonnihil Strabo, qui Panaetium, Stoicorum, indice M. Tullio, prope principem ab eo fuisse institutum scribit lib. 16. Apparet vero ex hoc Suetonii loco, etiam politica ipsum attingisse, et in Pergamenorum regum aula non sine dignatione esse versatum. Vixit in eadem urbe etiam Aristarchus; habuitque ibi acrem suorum studiorum aemulum, Cratetem alium, loci indigenam. Suidas: Ἀρίσταρχος Κράτῃτι τῷ γραμματικῷ Περγαμηνῷ πλεῖστα διημιλλήσατο ἐν Περγᾷ. Quod igitur dicit hoc loco Suetonius, primum Cratetem studium grammaticae Romam intulisse: non de primis litteris debet intelligi, aut de litteratoris alicuius grammaticae, qua neque urbs Roma, neque ulla unquam civitas mediocris caruit; sed de serua utriusque linguae cognitione, et auctorum qua interpretatione, qua imitatione.

*Inter secundum ac tertium bellum — mortem]* Obiit Ennius Coll. Q. Martio Philippo II., Q. Servilio Caepione, anno post finem impositum bello alteri Punico trigesimo secundo, ante principium belli Punici tertii XIX.

*Quum in regione Palatii prolapsus*] Dele in ex auctoritate librorum et usu Latine loquentium. Idem in Augusto, c. 5. *Natus est paullo ante solis exortum, regione Palatii, ad capita bubula.*

*Plurimas ἀποόσεις subinde fecit*] Melius, *acroasis*, ut in Mediol.; nam Romani illam vocem usu fecerunt suam: neque solum de litterarum professoribus eam usurparunt, sed etiam de aliarum artium magistris. Vitruvius lib. 10. c. 22. *Architectus ab Arado nomine Callias, Rhodum quum venisset, acroasin fecit.* Dixerunt et *auditiones*, verbum e verbo exprimentes. A. Gellius lib. 17. c. 11. *Easdem auditiones, eosdem doctores colebamus.* Cicero saepe, *scholam habere* vel *explicare*. Postea etiam *lectiones* dixerunt. B. Augustinus in Confessionibus, *lectionem exponere*, de se rhetore docente.

*Ac nostris exemplo fuit ad imitandum*] Mediol. *nostris exemplo fuit*, sine illis *ad imitandum*: quae possunt abesse, nullo sententiae damno.

*Diligentius retractarent*] Pithoei lib. *recitarent*. Alii sic, *retractarent legendo*, comm. sine copula.

*Naevii Punic. bellum — divisit in septem libros*] Quae narrantur fuisse apud Graecos litterarum initia, quae incrementa, eadem fere etiam apud Romanos fuerunt. Narrant Graeci, Homerum ea simplicitate in studiis versatum, ut et Iliadis et Odyssaeae carmina continenti scriptura componeret, sine ulla librorum distinctione, quae postea studio et industria grammaticorum in partes vicenas quaternas sint divisa. Auctorem eius partitionis Aristarchum grammaticum Graeci vulgo faciunt. Ecce apud Romanos similem ferme per omnia historiam. Naevius, ut Homerus, continuum carmen scribit: C. Octavius Lampadio seu alter Aristarchus opus Naevianum fecit in partes. Observare tamen licet, Varronem, Festum, A. Gellium, et alios veteres eruditos partitione Octaviana aut raro, aut nunquam uti: non enim aliter

Naevium in eo opere laudant, quam hoc pacto, *Naevius carmine belli Punici*; aut potius *Poenici*. Et ita Priscianus aliquoties. Sane si verum est, Aristarchum grammaticum, de quo paullo ante dicebamus, primum omnium poemata Homeri in libros distinxisse, ignoravit Naevius hanc partitionem; ut qui aliquanto fuerit natu maior Aristarcho.

*Quint. Vargunteius annal. Ennii — pronuntiabat*] Annalium Ennii opus in XL libros fuit digestum: quam partitionem a Vargunteio esse profectam, ex his Suetonii verbis neque dicere pro certo queas, neque negare. Ceterum recitatio haec Annalium in corona circumstantium, morem Graecorum rhapsodorum in Homericis versibus pronuntiandis referebat. Quare ut fuere in Graecia, qui Homeridae vel Homeristae dicebantur: sic in Italia, qui Ennianistae. A. Gellius lib. 12. c. 5. *Putcolis Iuliano nuntiatur, ἀναγνώστην quendam, non indoctum hominem, voce admodum scita et canora, Ennii Annales legere ad populum in theatro. Eamus, inquit, auditum nescio quem istum Ennianistam. Hoc enim se ille nomine appellari volebat.* Pro Vargunteius est in Mediol. *Varguntius*; perperam. Est enim gens Romana satis nota, *Vargunteia*, ex qua hic fuit ortus, aut adoptione in eam insertus.

*Ut Laelius, Archelaus — Quintus Philocomus*] Liber Mediol. *Laelius Archeas Vectii Q. Philocomus*. Fortasse, *Laelius Archias, L. Vectius, Q. Philocomus*. Sed nihil assero. Et mox in eodem libro *Archelaus* scriptum, non *Archeas*. Illud non dubito, *Laelius Archelaus* unius hominis esse nomina, quorum prius manumissione meruit. Sic mox *Pompeius Lenaeus* appellatur libertus Pompeii, qui ante manumissionem dicebatur *Lenaeus, Ἀγναῖος*. Tres igitur sunt, non quatuor, qui hic nominantur grammatici. Pro *Philocomus* Petavii cod. et Pithoei *Philoconius*; mendose. Est enim usitatum Graecis nomen *Φιλόκωμος*.

*Lucilii Satiras familiaris sui*] An eius, qui postremo nominatus? an omnium trium? *Satiras* autem per se scribendum semper esse, certo probavimus libro de Satira Romana.

*Praedicant*] Scripsimus, *legisse se praedicant* cum Mss. et Mediol. codice, non *legisse praedicantur*, quod ex coniectura docti substituerant; sententia multum variante.

Cap. 3. *Tantius optimatum fautor — sit*] Quenim Caecilius Metellus populari factione patria pulsus, ait Valerius Maximus lib. 4. c. 1., in Asiam secessit, et Smyrnae exulavit. Nota historia ex Livii Epitome, A. Gellio, Aurelio Victore, Cicerone ipso, atque aliis. Simillima sequitur narratio de Aurelio Opilio, qui cum Rutilio Rufo Smyrnae item exulante consenuit. Adeo verum est, literas adversis laetisque rebus pariter esse utiles.

*Veneno sibi perunxit pedes — vixerit*] Mediol. et Mss. *viveret*. Historiam narrat Plinius lib. 25. c. 3. *Tradit M. Varro, Servium Clodium equitem Romanum magnitudine doloris in podagra coactum, veneno crura perunxisse, et postea caruisse sensu omni aeque quam dolore in ea parte corporis*. Alii ad eiusdem rei effectum non veneno usi, verum aceto: cuius vim *υπερωτινήν*, et vere *ὀδονήφατον*, experimento suo cognovit M. Agrippa, supremis suis annis conflictatus gravi morbo pedum. Plinius lib. 23. c. 2.

*Post hoc magis*] Hoc, nempe tempus. Sed scribendum est *hos*. Post modo enumeratos grammaticos ars cepit incrementum.

*Et gratia et cura artis increvit*] Quidam, *et gratia et cura ars increvit*. Non sequar.

*Super viginti*] Scripta lectio, *super decem*. Mediolanensis editio, quae instar Mss. est, *viginti*.

*Quem Lenaeus Melissus — Πανός ἀγγυα dicit*] Mediol. litteris Latinis corruptissime, *panofagasema*.



Scripta lectio fere, ut est editum. Id esset *Panis admiratio*, sive *stupor*, ut intelligatur affine aliquid voci *ἐμβρόντητος*, quam usurpabant de eo, qui esset stupore defixus. Erit allusio ad Panicos terrores, quos a Pane credebant immitti, ut scribit Polyænus et alii. Est et vox militiae *ἄγημα*, *agema*, legio vel ala, ut Livius et Curtius vertunt. Sed prior significatio hic potius convenit, *Πανὸς ἄγημα*, quasi dicas, o stupide et litterarum oblivio! Sed refellit ista perspicue, quod ait Suetonius, *per cavillationem nominis*: nam in *Πανὸς ἄγημα* nulla est ad nomen *Daphnis* allusio. Itaque Iosephus Scaliger scribebat *δαπάνης ἄγημα*, *impensæ portentum*, vel *δαπάνημα*, vel *Δαπανιόης*, ut et ad nomen esset aliqua allusio, et ad rem, quæ narratur. Tentabam aliquando, *δάνοος ὄφλημα*, propter cuius pretium ingens aes alienum ac damnum esset contractum; vel *δάνοος ἄγρευμα*, quoniam *ἄγρευμα* aut tale quid libri omnes tuentur.

*Ducentis millibus nummum*] Ut si hodie dicas, aureis ad quinquies mille. Sed longe alio nos vocant libri alii, in quibus scriptum, *DCC millibus*: ea essent aureorum, quibus hodie utimur, millia circiter septemdecim et quingenti. Plinius lib. 7. c. 59. *Pretium hominis in servitio geniti, maximum ad hanc diem, (quod equidem compererim) fuit grammaticæ artis Daphnidis, Cn. Pisaurensi vendente, et M. Scauro principe civitatis III. MDCC. sestertiis licente.* Omnino ridicule expressa summa, quæ ne ad centum quidem aureos accevit. Ego vero nullus dubito, et in Suetoni et in isto Plinii loco numerum aliquem desiderari, omnibus ante dictis longe maiorem. Franciscus Hotomanus, clarissimus Iurisconsultus, et in hac parte antiquitatis diligenter versatus, emendabat, *tricies septingentis*: cui equidem, ut in re dubia, assentior; etsi summa illa prægrandis est ac plane stupenda. Sed Romanas opes et animos cogitet lector, non res hodiernas.

*Ab Efficio Calvino]* Mediol. *Efficio*. Scripti *Aeficio*, omnia suspecta. *Calvini* cognomen plures Romanorum gentes usurparunt, ut *Domitia*, *Veturia*, *Sextia*. *Efficios* nusquam legere memini: legi *Ericios* vel *Eruicios*.

*Multos edocuisse]* Scripta lectio, *edoceret*. Scribendum, *ut multos edoceret*; siquidem aliquid mutandum.

*De notissimis doctoribus]* Scripti, *de doctissimis doctoribus*. Perperam autem *Caros* sine aspiratione, pro *Chares*, *Χάρης*. Oppius iste is fortasse est, qui Macrobio vir doctus dicitur Saturnal. lib. 2. c. 14. Librum fecerat de sylvestribus arboribus.

Cap. 4. *In libello, quo — ab erudito]* Ut haec lectio est, videtur Cornelius Nepos ad id ipsum libri scripturam instituisse, ut discrimen explicaret inter litteratum et eruditum, quod vix putem; quare probo lectionem, mihi repertam in codice Bongarsii: *Cornelius quoque Nepos libello quodam distinguit litteratum ab erudito*. Proprie litteratus is est, qui litteras habet, sive earum doctrinam possideat, hoc est, *ὁ πεπαιδευμένος*, sive ipsarum notis sit inscriptus, ut servi *ἐστιγμένοι*. *frontem litterati*, Plauto et Apuleio. Ideo verit auctor Glossarum *litteratus*, *γεγραμμένος*. Cornelio Nepoti discrimen facienti inter *litteratum* et *eruditum* litteratus idem erat ac grammaticus. Diomedes lib. 2. *Artium genera sunt plura, quarum grammaticae solae litteralis est, ex qua rhetorice et poetice consistunt: ideoque litteralis dicta, quod a litteris incipiat. Nam et grammaticus Latine litteratus est appellatus: et grammatica, litteratura, quae formam loquendi ad certam rationem dirigit. At eruditi qui dicantur Romanis scriptoribus, et quid eruditionem proprie appellarent, exposuimus ad lib. 2. Suet. c. 89. Sic cape eruditionis variae volumina c. 6., id est, ποικίλην Φιλολογίαν περιέχοντα.*

*Eosdem litteratores vocitatos — epistola*] Restitue e codice Mediolanensi et Mss. vocem, quae desit, ac, distinctione mutata, scribe: *Eosdem litteratores vocitatos Messala Corvinus in quadam epistola ostendit, non esse sibi* [dicens rem.

*Nec cum Sigida quidem*] Scripta lectio, *ne cum Rigida quidem*. Neutrum possumus probare. Tucidam nominat Suetonius c. 11., qui an huc pertineat, nescio. Fortasse verius est, quod viro eruditissimo et veteri consuetudine καὶ συμβιώσει mihi coniunctissimo Iovanni Wovverio, Hamburgensi, de Polym. c. 4. videbatur: *Ne cum Sedigito quidem*. Volcatium Sedigitum de poetis scripsisse testis A. Gellius lib. 15. c. 24.

*Sunt qui litteratum — grammatista*] Qui diligentius sive Graece sive Romane loquuntur, haec discrimina accurate servant. Iuvat vero hoc loco referre, quae de differentia inter grammatisticam et grammaticam Sextus Empiricus, scriptor eruditissimus nondum Graeco editus, diserit, docens, ab eadem quidem voce utramque esse appellatam, sed non ab eadem vocis eiusdem notione. Γράμματα] quippe Graecis dici, et litterarum elementa, quae in prima pueritia pueri docentur, et scripta auctorum. Igitur grammatisticam quidem a priorre significatione esse appellatam, grammaticam vero a posteriorre: quae quidem auctorum omnium intelligentiam et interpretationem profiteatur. Sic ille in iis, quae scripsit adv. μαθηματικούς, 1, 2. Ποσαχῶς λέγεται ἡ γραμματική. Καὶ ἡ τέλειος γραμματικὴ ἀπὸ τῆς τῶν γραμμάτων εἰδήσεως κατ' ἀρχαῖς ὀνομασθεῖσσι, διστάθη καὶ ἐπὶ τὴν ἐν τοῖς ποιητικωτέροις αὐτῶν καὶ τεχνικωτέροις θεωρήμασι γινώσιν. Τάχα δὲ ὡς Φασιν οἱ περὶ τὸν Ἀσκληπιάδην καὶ αὐτὴ ἀπὸ μὲν γραμμάτων ὀνομασται, οὐκ ἀπὸ τούτων δὲ, ἀφ' ὧν καὶ ἡ γραμματιστική· ἀλλ' ἐκείνη μὲν, ὡς ἔφην, ἀπὸ τῶν στοιχείων· αὐτὴ δὲ ἀπὸ τῶν συγγραμμάτων περὶ οἷς πονεῖται· ΓΡΑΜΜΑΤΑ γὰρ καὶ ταῦτα προσαγορεύεται· καθὰ καὶ δημόσια καλοῦμεν γράμ-

ματᾶ· καὶ πολλῶν τινᾶ γραμμάτων ἐμπειρον ὑπάρχειν  
 Φαμέν· τουτέστιν οὐ τῶν στοιχείων, ἀλλὰ τῶν συγ-  
 γραμμάτων· καὶ Καλλίμαχος δὲ ποτε μὲν τὸ ποίημα κα-  
 λῶν γράμμα, ποτὲ δὲ τὸ καταλογάδην σύγγραμμα φησι.  
 Prius probat allato epigrammate Callimachi, ubi sunt  
 ista: — Ὀμήρειον δὲ, καλεῖσθαι Γράμμα Κροσφύλου, Ζεῦ  
 Φίλε, τοῦτο μέγα. Posterior, allato versu ex epigramma-  
 te eiusdem in Cleombrotum: Ἴν τὸ περὶ ψυχῆς γράμμ'  
 ἀνκλεξάμενος, ubi γράμμα est Phaedo Platonis. Affert  
 postea Sextus grammaticae descriptionem ex Dionysio  
 Thrace hanc: Γραμματικὴ ἐστὶν ἐμπειρία ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖ-  
 στον. τῶν παρὰ ποιητῶν τε καὶ ξυγγραφεῦσι λεγομένων.  
 Deinde vocem ξυγγραφεύς, quae scriptoribus Atticis histo-  
 ricum fere significat, interpretatur addens: ΣΥΓΓΡΑΦΕΙΣ  
 καλῶν, ὡς ἐστὶ ἐν τῆς πρὸς τοὺς ποιητῶς ἀντεμφάσεως  
 πρόδηλον, οὐκ ἄλλους τινᾶς, ἢ τοὺς καταλογάδην πρα-  
 γματευσχμένους. Haec Sextus Empiricus.

[*Quum famil. alicuius venal. produceretur*] Quum  
 aliquis mango, aut alius servos suos venum produce-  
 bat in catalta. Titulis enim et voce praeconis singulo-  
 rum mancipiorum pretia indicabantur. Lege Lucianum  
 Βίων πράσει. Propertius lib. 4. *At quorum titulus per  
 barbaram colla pendit Caclati medio quum saliere  
 foro.* Vide A. Gellium lib. 4. c. 2.

[*Secundum quam consuetudinem — existimo*] Con-  
 fer hunc locum cum iis, quae scribit Quintilianus lib. 1.  
 c. 9. et lib. 2. c. 1.

[*Periaphrasēs, elocutiones, ethologias*] Mediol. *pa-  
 raphrasēs, alioeutiones.* Optime et verissime in eodem  
*aethologias*: putet aliquis, pro *aetiologias*; sed rectum  
 est, *ethologias*. De illis omnibus exercitationibus habes  
 apud rhetores, praesertim Graecos. Ἠθολογίαι sunt mo-  
 rum descriptiones, puta avari aut meticulosi: de quibus  
 notationibus diximus in Prolegomenis ad Theophrasti  
 Characteres.

*Quosdam e grammaticis — transisse in forum*] Posterius e abest a Mediolan. Legendum omnino cum libris Achillis Statii: *Quosdam e grammatici statim iudo transisse*. Ea vera lectio et mens Suetonii.

Cap. 5. *Saeuius Nicanor*] Scribo *Saeuius*, cum doctissimo viro Elia Vineto.

*In qua libertinum se, — esse hoc indicat*] Vix constat Latinitas. Melius Mediol. *in q. l. se duplici cognomine esse, per hoc indicat*. *Suevii* duplex cognomen, *Nicanor Posthumius*, vel *Postumeius*, ut videtur suadere mox alterius lex versus.

*Ibique diem obiisse*] Alia lectio, *ibique dicitur obiisse*.

Cap. 6. *Non absurde et scripsisse — appellatione*] Mira breuitas sermonis. Nam hoc vult: quod integrum opus in partes novem tribuisset, quodque illi uomen Musarum imposuisset, non absurde fecisse se, ex numero diuarum et appellatione. Existimant eruditi, novem illis libris novem Musarum nomina esse praefixa, ut in Herodoteo opere factum est: sed falluntur. Nam opus uniuersum *Opilii Musarum* nomen tulit: singulae autem dictae sunt, *liber primus Musarum, secundus Musarum* etc., neque aliter, quod meminimus, a veteribus laudantur.

*Huius cognomen in plerisque*] Curiosa et grammatica est haec observatio: quam refero ad liquidae geminationem in cognomine *Opillius*. Nam in huiusmodi nominibus quidam semel litteram *l* ponebant, quidam geminabant. Inde est illa etiam in antiquiss. codd. varietas, *Lucilius* et *Lucillius*, *Popilius* et *Popillius*, et similia.

Cap. 7. *In centubernio Dionysii Scytobrachionis*] Videtur hic, altero brachio debilis factus; effigiem brachii e corio aliave re leui facto gestasse. Id enim est *σχυροβραχίων*. Sed, Suida auctore, non solum *Scytobrachion* dictus est, verum etiam *Σχυρός*, futor calceola-

rins. Quare alia fuerit caussa huius appellationis. Recte autem Suetonius antiquiorem hunc fuisse pronuntiat, quam ut illi convivere Gniphio hic, Ciceroni aequalis, potuerit. Aetatem illius certo definire non possumus: sed vetustum admodum scriptorem fuisse, declarant verba Athenaei e lib. 12. Ἱστορεῖ Ξάνθος ὁ Λυδός, ἣ ὁ τὰς εἰς αὐτὸν ἀναφερομένας Ἱστορίας συγγραφῶς, Διονύσιος ὁ Σκυτοβραχίων, ὡς Ἀρτεμίων φησιν ὁ Κασανδρεὺς ἐν τῇ περὶ συναγωγῆς βιβλίῳ. Historiam Lydiaca inscriptam plerique Xantho Lydo tribuebant; quidam Dionysio Scytobrachioni. Hic Xanthus antiquissimus fuit scriptor ante Ephorum et Herodotum. Si igitur Dionysius ille Iulii Caesaris et M. Tullii aetate vixisset: quis tam satius eo vel proximo saeculo reperiri potuisset, qui vetustissimam Historiam illi adscriberet? Profecto ne dubitandum quidem erat Suetonio, quin huius et Gniphonis tempora parum inter se congruerent.

Cap. 8. *Pompilius Andronicus*] *Mediol. Marcus Pompilius Andronicus.*

*Ut coactus sit — vendere*] Si haec lectio vera est, index libri a Pompilio editi fuit, *Elenchi Annalium*. Quem titulum ferre et aliquo modo interpretari possemus, nisi *Mediol. editio* et *M. alius* suaderent. In iis scriptum: *Præcipuum illud opusculum suum Annalium Ennii Elenchorum XVI nummum cuidam vendere*. Docti viri emendanto: ego nihil possum.

*Quos libros Orbilius suppressos — auctoris*] Revocavit nempe Orbilius exemplum Xenophontis, qui in libris Thucydidis idem fecit, magnamque ex ea re nivei candoris laudem est consecutus.

Cap. 9. *Pauperem se, et habitare sub tegulis*] Recte *sub tegulis*, non *pergulis*, ut placet nonnullis. Erat enim paupertatis indicium, in meritorio coenaculo, quod multis scelis adiretur, habitare, ut etiam ad extremum Domitianum notabamus.

*Cui est titulus Perialogos*] Mendosa vox sine dubio; quod omnes Graece docti mihi concedent. Περὶ ἀλογίας esset, de contentu; atque hoc videntur sequentia Suetonii verba confirmare non obscure. Vereor tamen, ne, ut fieri amat in librorum titulis, aliquid morosius excogitatum sit ab Orbilio.

*Quas professores negligenter — acciperent*] Quid sit *negligenter accipere iniurias*, alii quaerant. Ego suspicor scribendum, *negligentia et ambitione parentum*.

*Quos omni sermone laceravit*] Non sermone, sed occasione codex Mediol.

*Quo artificio uteretur*] Forte se tueretur. Sic enim M. Tullius et alii Latinitatis optimi scriptores loquuntur.

Cap. 10. *In eam rem adiutorium ei fecit*] Liber Petavii, *adiutorium ei fuit*.

*Atteius praetextatus*] Scrib. *Praetextatus*: nam est Atteii cognomen.

*Eiusque Hermam postea docuisse*] Quis iste Hermas? Filius Gniphonis an discipulus?

*Sicut Eratosthenes*] De huius studiis et eruditione varia habes apud Strabonem, quae hac faciunt; ubi plura olim annotavimus.

*Hylen nosiram*] Sunt Excerpta, qualia Plinius sibi confecerat digesta in Commentarios centum et sexaginta, ut narrat Plinius iunior.

*Alium breviario rerum Romanarum*] Scripti perperam, *breviore*. Amat Suetonius hanc vocem. In Augusto, c. 101. *breviarium totius imperii*, in Vespasiano, c. 21. *perlectis officiorum omnium breviariis*.

*Praeceptis de ratione dicendi*] Imo vero, *scribendi*, atque ita corrige e Mediol. et Mss.

*Vitetque maxime obscuritatem Sallustii*] Mirum est, si discrete monitus fuerat Asinius Pollio ab Atteio, ut Sallustii obscuritatem vitaret; tam iniquum fuisse ipsi

Atteio Pollionem, ut scriberet, voces obsoletas suggeri ab eo solitas Sallustio. Sed puto, verum esse, quod inveni annotatum in codice Bongarsii, delendam isto loco esse vocem *Sallustii*.

Cap. 11. *Lydiae Ticide meminit*] C. Ticide poeta epigrammaticus, de quo, ut de aliis, erudite doctissimus Gyraldus apud Priscianum lib. 5. in novissima editione adolescentis eruditissimi, in cuius obitu damnum fecit resp. litteraria, *Atticidas* perperam scriptum, pro C. *Ticidas*, sive quod aliud fuit huic viro praenomen.

*Saecula permaneat nostrae Diana Catonis*] Scribe e libro Petavii, *nostrae Dictynna C.*, notum ex poetis et eorum Interpretibus Dianae nomen.

*Unum difficile expedire nomen*] Non sunt audiendi, qui mutant hanc lectionem: iubet enim vir doctus scribi *explicitare nomen*, et avertit ex Ambrosii Sermone 59. *Tributa sunt gravia, fiscalia explicare non possumus*. Quasi vero non saepe apud Ciceronem et in libris Iuris occurrant illa genera loquendi, *expedire pecuniam*, et *expedire nomina*: item his ἀνάλογα multa.

Cap. 12. *Calatorque sacerdotio augurali*] Καλήτωρ Dionysio Halic. in historia Romanorum: Graecis κήρυξ. Plautus, Festus, alii.

Cap. 13. *Laberius Hiera — emptus de catasta*] Mediol. *Staberius*, quod perplacet: gens Romae nota Staberia. Cetera sive in Med. sive in Mss. corruptissima, ut iam annotavit Achilles.

Cap. 14. *Inter Niciam nostrum et Vidium*] Med. *Nidium*. Scripti, *Nudium*. Editiones Ciceronis, *Videum*.

*Huius de Lucilio lib. etiam satira comprobat*] Script. *Satura compr.* Quid sibi haec verba velint, non facile dixerō.

Cap. 15. *Lastaurum*] Λάσταυρον: hoc est, πόρνοϋ et impudicua. Scripta lectio varie corrupta ex imperitia Graecae linguae videtur. Lenaeus hanc vocem



mutuatus ab aliquo e Latinis poetis, qui poetica licentia eam fecerat Romanam.

*Traditur autem puer adhuc catenis subreptus]* Videtur ab aliquo amicorum subreptus, quum ipse ostiarius veterum more in catena esset, sicut loquitur Tranq. in Octacilio. Sed non sit absurdum suspicari, pro *catenis* scribendum esse *quadriennis*, aut tale quid.

*Pretium domino suo retulisse]* Servi, quibus erat peculii copia, libertatem suam praesenti pecunia redimebant; quibus non erat, fidem suam obligabant; quod hic videtur fecisse. Refert igitur pecuniam veteri domino, iam patrono suo, quam ex pacto illi debebat. Dominus in honorem litterarum pretium non accipit. Potest etiam dici, tam diu servisse Lenacum, donec litteras docendo idoneam pecuniam quaesisset. Ita interpretamur editam lectionem, quam docti quidam sollicitant.

Cap. 16. *Libertus Attici Satrii]* Satriam gentem Romanam etiam ex epistolis Ciceronis habemus notam. Sed hoc cognomen unde Pomponio Attico? aut quis alibi illud legit? Omnino inducenda vox *Satrii*, quae e depravata lectione Mediol. et aliquot Mss. ortum habuit. In illis est, *Libertus Sarti equitis*, littera *S* e fine praecedentis dictionis initio sequentis male adhaerens, fons et origo depravationis fuit. Porro Caecilius hic etsi libertus Attici erat, Pomponius tamen dictus ab eo non est, verum Caecilius, de nomine avunculi Q. Caecilii, cuius hereditatem Atticus adierat; neque dubium, bonorum Caecilii partem fuisse hunc servum.

*Post deinde damnationem]* Med. *Post inde damnationem*. Elegans traectio, ἀπὸ τοῦ, *deinde post damnationem*.

Cap. 17. *Ab Augusto quoque nepotibus eius]* Scrib. *nepotibus suis*. Error e scribendi consuetudine, nota vel ex Florentinis Pandectis.

*Statuam habet Praeneste]* Asertior Octavio Panagatho, feliciter emendanti *pro Vestae*, vel *pro aede*

*Vestiae.* Causas emendationis pluribus persequitur Onufrius initio Fastorum.

*Et marmoreo parieti incisus]* Petavianus codex, *et marmori perite incisus.*

Cap. 18. *Cognomine Pafides]* Corrige e. Mss. *Paficles.* Error frequentissimus, *d* pro *el.* Quod autem Paficles postea Pansa dici se maluit, ratio clara est, quia Pansa cognomen erat multarum gentium Romanarum, ut Apuleiae, Genutiae, Serviliae, Selliae, Vibiae. At Paficles Graecum nomen, memoriam servabat prioris servitutis, quae per hanc transnominationem videbatur posse aboleri.

*Ad Q. Septimii philosophi sectam]* Pithoei et Petavii codd. *ad Sextii ph. sectam.*

Cap. 19. *Cuius — de Orthographia rescripsit]* Rescribere librum suum auctor dicitur, qui corrigendi studio illum recenset aut iterum scribit. Sic loquitur Suet. in Julio c. 56. *existimatque rescripturum et correcturum fuisse.* At pro ἀντιγράφειν et contra scribere *rescribere librum* vix putem Latinum. Lego igitur, *libris de Orthographia rescripsit.*

Cap. 20. *Caius Iulius Hyginus]* Cognomen istud etiam in Mss. varie scriptum et depravatum invenimus. Non dubito, rectum esse, *Hyginus*, vel *Hygenus*, Ὑγινοῦ pro Ὑγινοῦς, ut ὕδατα pro ὕδατων. At pro *et* vel *e* vel *i* promiscue scribebant. Hygini huius meminit et Hieronymus in Chronico Eusebii.

*Studiose et avide imitatus est]* Scribe cum antiquis, *Studiose et audit et imitatus est*, favente etiam Mediol.

*Quem propter antiquitatis notitiam — vocabant]* Recte *vocabant*, nempe sui aequales: nam qui de Alexandro loquuntur scriptores, Polyhistorum semper, nunquam vocant Historiam; neque eius appellationis meminit Suidas, qui de hoc viro multa narrat scitu digna. Passim hunc Graeci Latinique scriptores laudant, sed Eu-

sebius integrum fere illius librum in 9. Praeparationis suae transtulit, ubi hoc elogio ornatur: 'Ο Πολύστωρ Ἀλέξανδρος πολύνους ὦν καὶ πολυμαθῆς ἀνὴρ. Τοῖς τε μὴ πάρεργον τὸν ἀπὸ παιδείας καρπὸν πεποιημένοις Ἑλλησι γυνωριμώτατος.

Cap. 21. *Quibus et alios diversos — addidit*] Scripta lectio, *animos div.*, alii, *nimios*. Leviter adiuxa et scribe; *nimos diversos*.

Cap. 22. *Et si non esset futurum. Certe iam*] Vera distinctio est, *et si non esset, futurum certe iam inde*. Mentitur, inquit Capito, *iam inde*, hoc est, simulac innotuisset Tiberium eo verbo usum.

*[Qui caput ad laevam didicit]* Non didicit scribendum, quod nihil significat; sed *deicit*, ut pridem docti emendarunt. Lego autem cum libris, *glossemata nobis Praecipit*, non *vobis*. Iam quod Suetonius ex istis Afinii, *Os nullum, vel potius pugilis!* colligit, auctorem epigrammatis affirmare, fuisse aliquando Pomponium pugilem, mihi videtur frigidum ac leve, ne dicam ineptum. Nam si omnes epigrammatum iocos aut scommata, pro seriis veri argumentis libeat accipere, quantam fenestram falsis asertionibus aperiemus? Ego non dubito, *παροιμιανῶς* dictum a Gallo, *os pugilis*, imitatione Graecorum, qui *ὠτοθλαδίαν* et *ὠτουάθαξιν* convitii loco etiam de iis usurpant, qui nunquam caestibus pugnarunt: quantumvis proprie in pugilibus locum habeant illae voces.

Cap. 23. *Remmius Palaemon Vicentinus*] Mediolanensis, *Veicetinus*. Vide Hieronymum in anno Claudii VIII. *Saeptus in die lavaretur*] Melius scripta lectio, *lavarret*.

Cap. 24. *M. Valerius Probus*] Hieronymus recenset in anno II. Neronis apud Eusebium.

*Nimis pauca et exigua*] Mediol. *id perraro nimis. Pauca et exigua*.

DE

## CLARIS RHETORIBUS.

Cap. I. *Caio Fannio Strabone — Coss.*] Anno 3. Olympiadis CLIV. a Palilibus Romae DXCII. factum est hoc Senatus decretum, quo philosophi simul et rhetores Urbe pelluntur. Videntur circa illa tempora philosophiae et rhetoricae studia magnum Romae et in Italia cepisse incrementum, per illos mille Aethaeos exules, quos Senatus e patria accitos post bellum Perseum in Urbe aut per Italiam multos annos detinuit, ut nuper in Polybiana Chronologia ostendimus. Non enim dubito, in tanta multitudine hominum Graecorum, qui praecipuas in urbibus suis dignitates obtinuerant, plures fuisse doctos litteras, et studiis philosophiae imbutos. Exemplo sit Polybius Megalopolitanus, ille quidem non e multis unus, sed plane inter paucos excellens et eximius: quem tamen non debemus existimare solum inter tot populares, litterarum et philosophiae studium cum usu et actu rerum coniunxisse. Existimamus igitur istos, quum et ignavo otio torperent, et rebus etiam necessariis, ut solent exules, plurimum carerent, ad philosophiae studia conversos, multis Romanorum ad simile propositum hortatores existisse, atque huic Senatus consulto occasionem praebuisse. Meminit huius decreti Athenaeus lib. 13., ubi σοφιστὰς uno verbo appellat, qui in Senatus consulto philosophi et rhetores nominantur. Ῥωμαῖοι, inquit, οἱ πάντα ἄριστοι ἐξέβαλλον τοὺς σοφιστὰς τῆς Ῥώμης, ὡς διαφθείροντας τοὺς νέους· οὐδ' ἐπειτ' οὐκ οἶδ' ὅπως κατεδέξαντο. Seneca, Consolatione ad Helviam: *Apicius in ea urbe, ex qua aliquando philosophi, velut corruptores iuventutis, abire iussi sunt* etc.

*De ea re censuerunt*] Inferre ante haec verba e libris Achillis Statii, S. CON., atque adeo totum locum ita scribe ac lege, S. CON. D. E. R. I. C. *Senatus consultus de ea re ita censuit.* Frequens formula in an-

tiquis Senatus consultis: exempla tirones apud Briffonium legant.

*De iisdem interiecto tempore*] Septuagesimo anno post superius consultum Senatus. Adi ad Fastos Consulares et Cenforios, in a. U. DCLII.

*Latine vero senior — vocabat*] Mediol. editio, et *quidem cum Consulibus Hirtio*. Sed qui potuit fieri, ut cum illis Consulibus Cicero declamaret? quorum quidem consulatus in eum annum incidit, quem populus Rom. vidit turbulentissimum et luctuosissimum? quare etiam eodem anno sunt omnes extincti: Ciceronem dico, et ambos Consules. Adde, quod ne in Urbe quidem, nisi paucos admodum menses post aditum consulatum, Hirtius et Panfa remanserunt. Nam quum principio anni hostis Antonius esset indicatus, belli administrandi provincia Caesari cum Coss. demandata, primo verè, aut etiam exente hieme, Hirtius et Panfa Roma profecti, nunquam postea Urbem viderunt. Quod igitur liberum tempus ad declamandum illis Consulibus fuit? Ipsum quoque Ciceronem in tantis curis suis, et gravissimis pro rep. contentionibus, quarum testes sunt orationes Philippicae, ad has exercitationes rhetoricas animum potuisse convertere, quis putet? neque hoc sane aut Plutarchus dicit, aut quisquam veterum. Narrat Seneca pater praefatione in primum librum Controversiarum, scribere M. Tullium, *in atrio duos grandes praetextatos secum declamare solitos*. Ego non ambigo, duos illos praetextatos fuisse Hirtium et Dolabellam, quos ipse nominat pulcherrima epistola ad Paetum, lib. 9. Hi non eo anno, quem ait Suetonius, sed triennio prius, itare ad Ciceronem et illud atrium celebrare soliti: quando M. Tullius, Caesare belli civilis reliquias in Africa persequente, inter spem metumque pendens animi, foro et cura se abstinens, ac domi plurimum continens, inglorium suum otium studiis literarum solabatur. Existimabat Nicolaus Faber, Vir clarissimus, sublatam iri *et*

πίξ huius dicti, si deleta voce *Consulibus* scriberetur, et quidem cum *Hirtio et Pansa*. Mihi videbatur Suetonius, qui probe meminerat, alterum horum praetextatorum fuisse Hirtium, in alterius nomine vitio memoriae lapsus: atque hoc pacto accidisse, ut in ratione temporum tantum delinqueret. Porro Ciceroni, eo, quo diximus, tempore etiam alios proceres Romanos operam dedisse, perquam sit mihi verisimile. Ac fortasse illam declamandi consuetudinem respiciebat B. Hieronymus, quem in Eusebii Chronico Munatium Plancum Ciceronis discipulum appellavit: quod et illae Planci epistolae, purissimae Latinitatis, et vel Cicerone dignissimae, suadent, quae hodieque inter Ciceronianas leguntur.

*Publice quoque bis antea declamavit*] Non necessario quidam emendant, *bis ut antea*, quod nulli libri confirmant. Sententia non est obscura, et, ut puto, vera, Neronem privatim declamasse et ante imperium saepius et primo etiam imperii anno aliquoties, publice vero bis tantum, idque ante imperium.

*Per omnes figuras, per casus*] Consentiant in hac lectione Mediol. et omnes Mll. Suspiscabar scribendum, *per causas*. Sed ἐπέχω.

*Tum latius et uberius*] Scripti omnes, et liberius.

*Bolum quanti emerent*] Graecum est, βόλον πρίσσειαι, *iactum emere*.

*Venalicii quum Brundisii*] Separanda haec sunt a praecedentibus, ut quae nihil commune cum iis habeant. Est enim alterum veterum controversiarum exemplum. Scribendum vero, *venaliciarii*: id est, ἀνδροποδοκάπηλοι. Glossae veteres: *Venaliciarius*, σωματέμπορος.

Cap. 2: *L. Plotius Gallus*] B. Hieronymus, quem constat totum fere hunc de claris Rhetoribus libellum Suetonii in Chronicon Eusebii retulisse, in Olympiadis CLXXIII. anno primo haec posuit: *Plotius Gallus pri-*

*mus Romae Latinam rhetoricam docuit: de quo Cicero sic refert: Memoria teneo, pueris nobis primum Latine docere coepisse Plotium quendam.*

*Hordearium eum rhetorem appellat — sordidum]* Quem M. Tullius appellat oratorem gracilem et strigosum, is hoc loco dicitur hordearius. Translata vox a pane, quod praecipuum est omnium alimentorum fundamentum. Omnium optimi panes sunt triticei, *πύρινοι* vel *αυτόπυροι*. Minus laudabiles *κρίθινοι* et hordeacei. Minus enim alit hordeum quam triticum; et parata ex hordeo alimenta esse *Φυσσάδη*, scribit Dioscorides, quod ad illa verba Suetonii pertinet, *ut inflatum*. Potest et ad rem militarem esse respectus: nam inter ignominias militares erat hordeo pasci; quod in sexta historia Polybius non praetermittit, et sunt multa in historia Romanorum exempla. Galenus lib. I. de facultate alimentorum super ea re haec observat: *Οί παλαιοὶ καὶ τοῖς στρατευομένοις ἄλφιτα παρεσκευάζον· ἀλλ' οὔτι γε νῦν τὸ Ῥωμαίων στρατιωτικὸν ἄλφιτοῖς χρῆται, κατεγνωκὸς αὐτῶν ἀσθενείων· ὀλίγην γὰρ τροφὴν δίδωσι τῷ σώματι.*

Cap. 3. *L. Octacilius Pilitus]* Mediolan., ut fere scripti, *Octacilius Pilitus*.

Cap. 4. *Consularis Isaurici]* Pithoei liber, *Confidii Isaurici*. Perperam: neque enim Confidorum, verum Serviliorum cognomen erat Isauricus.

*Quam Epidii calumniatoris]* Pithoeanus, *Epidiici*. An est iocus cum allusione ad vocem Graecam *ἐπίδικος*? qui legibus est obnoxius, et qui, ut sic dicam, status controversiam patitur. Initio dixit Tranquillus, Epidium calumnia fuisse notatum: *ἐπίδικος* interdum fere idem atque *ὑπόδικος*.

Cap. 6. *C. Albutius Silus Novariensis]* Hieronymus in Chronico Eusebii ad numerum MMXI: *Albutius Silo Novariensis clarus rhetor agnoscitur*. In Suetonii et Senecae libris Silus hic dicitur, non Silo.

*Ne usquequaque scholasticus existimaretur*] Scholasticum appellabant, qui in umbra circa fictas hypotheses se occuparet. Quintilianus lib. 12. *Cognoscere et praecepta vivendi perdiscere, et in foro nos experiri potuimus, dum scholastici sumus.* In aureo Longini libello ἀληθινοῖς λόγοις opponitur νόησις σχολαστική. sententia scholastica, sive puerilis, frigida et ineptae affectationis plena. Τί ποτ' οὔν, ait, τὸ μειρακιῶδες ἐστίν; ἢ ὄηλον ὡς σχολαστικὴ νόησις ἐπὶ περιεργίας λήγουσα εἰς ψυχρότητα. Sed de varia acceptione huius vocis diximus ad Capitolini Maximinos.

*Nec alium in ulla locum quam perorandi*] M. Tullius in Oratore: *Miserationibus eo sum usus pluribus, quod etiamsi plures dicebamus, perorationem mihi tamen omnes relinquebant.* In Bruto ait ipse Brutus: *De te quod optarent rei, quod ipse Hortensius iudicaret, videbamus: qui quum partiretur tecum causus, (saepe enim interfui) perorandi locum, ubi plurimum pollet oratio, semper tibi relinquebat.*

Multa hodie in hoc libello desiderari, ex indice apparet, quem in vetustis codicibus repertum huius editionis fronti praefiximus. Quoniam autem B. Hieronymus, ut antea dicebamus, quaecunque de claris Oratoribus in Eusebii Chronico annotavit, ea ab hoc scriptore sunt mutuatus; nos vicissim, quae huc pertinebant, ex illo praestantissimo opere descripsimus, atque infra subieci-  
mus.

## HORATII VITA.

Non pertinere hanc vitam ad libellos de grammaticis et rhetoribus, initio ostendimus: neque dubitare possumus, de poetica et poetis Suetonium quoque scripsisse. Quaedam in hac vita, ex fide Virorum eruditorum, qui illam primi publicaverunt, hic edita, sunt animadvertenda. Initio, ut vere creditum est, malim, ut fere credi-



tum. Hellenifinus est in illis, *vidi patrem tuum cubito emungentem*, ἀπομύττουτα pro ἀπομύττουτα ἐαυτόν, vel ἀπομυττώμενον, ut in Laertii Bione. Sic *exercere pro se exercere*. Puto tamen, scripsisse hic Suetonium, *cubito se mungentem*. Maecenatis versiculi alibi sic scribuntur emendatius:

*Ni te visceribus meis, Horati,  
Iam plus diligo, ut tuum sodalem  
Ninnio videas strigiosiore.*

Scribe mox, *ut hoc ad Maecenatem*: deinde: *tantum si convictor mihi fueris*; ea mens Augulli certo. Sequitur item in verbis Augusti: *Sed si tibi statura deest, unde est*, videtur postulare sententiã, *si tibi statura deest, venter abunde est*. Vocem Graecam, quae depravatissime est edita, restituere, ὀγκωδέστατος. Illa sub finem verba, *post nonum et quinquagesimum annum*, conferenda cum iis, quae Hieronymus scribit in Eusebiano Chronico, et Notis ad locum illum Virorum praestantissimorum Arnaldi Pontaci Episcopi et Iosephi Scaligeri.

## LUCANI VITA.

Hanc vitam, ita ut erat descripta e veteri codice, ad me misit Theodorus Canterus, Vir clarissimus: cuius etiam pleraeque notae sunt, quas subieci.

*Quaesturae honoratus*] Deest *honore*, vel scribe, *quaestura*.

*Clariore cum strepitu*] Dele *cum*, aut scrib. *clariore sono strepitus*. Deinde scribe, *magna confessorum fuga*, non *cum sefforum*.

*Multis in glor. tyrannicid. indicenda*] Scribe, *Multus in gloriam tyrannicidarum palam in dicendo, ac plenus minarum*. Hoc adeo verum est, ut ne in scribendo quidem, nedum in dicendo, temperare sibi potuerit, a certis indiciis animi veteris libertatis revocan-

dae cupidissimi, et imperantibus infesti. Lector attentus pallim deprehendet in libris decem de Bello civili.

*Brachia ad secandas venas medico praebuit*] Videtur hinc mutuatus Hieronymus: quum scriberet numero MMLXXX. in anno X. Neronis: *M. Annaeus Lucanus Cordubensis poeta in Pisoniana coniuratione deprehensus, brachium ad secandas venas medico praebuit.*

## PLINII VITA.

Non est Suetonii: quod et dictio clare arguit, et supina negligentia in tanti viri rebus memoriae prodendis. Amat, fateor, brevitatem Tranquillus; sed cruditam, et quae cognitioni rerum nihil officiat. Denique, auctor huius vitae neque Suetonius est, neque quisquam alius, qui meliore illo seculo vixerit, sicut etiam Iosephus Scaliger pronuntiavit. Scripsisse tamen Tranquillum Plinii huius vitam, testimonio est locus ille, quem ex eius libro de Viris illustribus laudatum, commemorat Achilles Stadius: *Dum idem Plinius legiones in Siciliam duceret, eruptione favillarum ab Aetna eructantium, praefocatus interiit, anno vitae suae LVI.*

---

FASTORUM PRAENESTINORUM  
RELIQUIAE  
COLLECTAE ET ILLUSTRATAE

P. FRANC. FOGGINIO.

Quum semel ad Suetonium illustrandum ab Editoribus congesta sit copia numerorum et Inscriptionum, hic locus nobis admodum idoneus visus est, in quo fragmenta nuper effosa Fastorum Praenestinatorum ex Foggini V. C. editione repeteremus, et ita Verrii Flacci, cuius notitiam Suetonius exhibet de ill. Grammat. c. 17., intermortuam memoriam renovaremus. Dicemus autem primum de inventione praesiantissimi monumenti, tum de opera, quam in eo publicando egregie navavit Italus Editor, partim huius ipsius verbis, partim Viri eruditi, qui censuram libri egit in Biblioth. crit. Amst. Vol. II. P. 3. Addeamus deinde ipsis tabulis, ad lapidum normam diligenter expressis, Animadversiones ex Foggini commentariis decerptas, ita ut prope nihil sit omisium, quod operis, in nostris regionibus rarioris, desiderium movere possit, praeter Fastos singulorum mensium ex reliquis hactenus repertis Calendariis in Appendice quadam expressos. \*)

\*) Operis titulus hic est: *Fastorum anni Romani a VERRIO FLACCO ordinatorum reliquiae, ex marmorearum tabularum fragmentis, Praeneste nuper effossis, collectae et illustratae. Accedunt Verrii Flacci Operum fragmenta*

Nobilissimum Grammaticum, quem integro nomine Hieronymus in Chron. ad a. 2024. Chr. 9. vocat *M. Verrium Flaccum*, ex Suetonio innotuerat, statuam habuisse *Praenestis*, in inferiore *Fori* parte contra *hemicyclum*, in quo *Fastos* a se ordinatos et marmoribus incisos publicarat. At latebat statua, latebant ipsi *Fasti*. Ecce vero, posteaquam Romae inter rudera veteris *Fori* repertae erant marmoreae illae *Tabulae*, quae *Fastos* civiles populi Rom. continent, nunc affixae in *Capitolio*, in *Palatio III Virorum*, qui *Conservatores Urbis* vocantur; puduit plures illius temporis *Eruditos* latere, ignorare se operis auctorem, et continuo hos *Fastos consulares Capitolinos* huic *Verrio* tribuentes, *Suetonii* testimonium ad opinionem suam stabiliendam audacter perverterunt. Iam alius ex illis pro *Praeneste* legendum edicebat pro *Vestis*; alius prope *Vestis* sc. templum, quod erat regione VIII., ubi etiam *Forum*; quidam *pura veste*; nonnemo *pedestrem*. Atqui haec et similia vix seria animadversione digna viderentur, nisi eximium illud ad quasvis doctrinas bene tractandas adinventionem, *Critica*, tali hominum temeritate, qua, ut levissimis suspicionibus colorem quendam concilient, e quolibet quidlibet fingant, in hoc discrimen adduceretur, ut apud cordatos suspecta, apud imperitos prope modum infamis reddita, si non de salute, at dignitate sua iam dimicare cogatur. Igitur ut appareat, quam falsi fuerint coniectores illi ingenio abutentes, en, ipse sub a. 1770 *Praeneste* detectus est *hemicyclus*, cuius *Suetonius* meminit, et circa illum pars quaedam marmorearum *Tabularum*, in quibus incisi leguntur *Fasti*, a *Verrio Flacco* ordinati.

Iam vero, qualis sit ille antiquitatis thesaurus, et quatenam *Foggini* in eo tum e terra eruendo, tum etiam illustrando, partes fuerint, age, paullo accuratius exponamus.

omnia, quae exstant, ac *Fasti Romani* singulorum mensium ex hactenus repertis *Calendaris* marmoreis inter se collatis expressi, cura et studio P. F. F. Romae a. sal. MDCCCLXXIX. E. max.

Primum quidem, quum Praeneste prope Forum celeberrimae Romanorum coloniae, ipsumque Palatium Caesareum, \*) ubi Augustus et Tiberius rusticari solebant, \*\*) et quorum supersunt quaedam reliquiae, quum ergo frustra nonnulla marmorearum Tabularum ex agro Praenestino casu quodam in lucem prodierant, statim in haec spem venit Editor, tandem aliquando detectum esse locum, quo fasti Verriani delitescerent. Neque iam spes, sed certa res erat, quum illae marmorum particulae iuxta reliquias cuiusdam aedificii, figuram semicircularem referentis, repertae essent. Enimvero hoc esse hemicyclum a Suetonio designatum, quis non credat? Itaque operariis a Cardinali Io. Franc. Stuppanio, amici studium et diligentiam adiuvante, admotis, mox effodiuntur marmoreae fastorum Verriarum Tabulae quatuor, IANUARIUM, MARTIUM, APRILEM et DECEMBREM exhibentes; nec illae tamen, quod maxime dolendum est, integrae, sed intercisae, corrosae, et in parvula frusta misere diffractae. Ibi ergo Fogginius, ut singula in ordinem suum redigeret, minutiores quasque particulas in quatuor ligneis capsis, eiusdem altitudinis ac latitudinis, cuius veteres fuisse Tabulas ex ipsis supersitibus fragmentis coniecerat, disposuit, firmavit, et vero lacunas, gypso impletas, plastica ratione sic composuit et complanavit, ut fracturarum vestigia apparerent, et tamen hae Tabulae illarum veterum marmorearum speciem referrent.

Tabularum forma ita erat elaborata, ut in concavo hemicycli spatio aptari possent, quum aliarum superficies esset plana, contra nonnullarum concava. Litterae nundinales, et quae variam dierum rationem distinguunt, maximae sunt, scalptaeque omnes elegantissi-

\*) Palatii huius ingentes ruinae distant a montis Praenestini radicibus mille fere passuum, et a laeva in conspectu habent aequae distantem a montis radicibus locum illum, ubi hemicycli vestigia et Calendarii illius fragmenta effossa sunt; media vero interiacet quaedam vallicula, ad quam utrinque a summo aequalis declivitas deducit.

\*\*) Vid. Sueton. Aug. c. 72. Gell. 16, 13. conf. Cic. Philipp. 2, 40. ad Att. 12, 2. Tac. Ann. 15, 46.

me. Elegantes etiam sunt minores litterae, quibus sacra eorumque causae et aliae res historiae notantur, sed variis modis formatae ob maiorem minoremve seu notarum brevitatem, seu loci amplitudinem, fortasse etiam ob sculptorum diversitatem.

Nec temere statuas, hemicyclum aliis ornamentis fuisse insignitum; quoniam circum eius reliquias plurimum columnarum reperta sunt fragmenta cum quarundam marmorarum Tabularum frustis, in quibus nonnullorum ipsius coloniae magistratum, forsitan etiam aliquis collegii nomina scripta extant. Etenim illustrium ac bene de republ. merentium virorum statuas in Foro ponere consuevisse magistratus Praenestinos, et Livius testatur 23, 19., et plures comprobant tituli, ex basibus ibidem repertis descripti. Has inter numeretur Verrii ipsius statua, contra hemicyclum posita, quasi Auctor compositos a se Fastos contemplari videretur. Quid? quod ipsius loci splendor talibus ornamentis non parum angebatur. Nam Praenestie venustiorum hominum multitudine celebratum esse constat, quum aestivalis suas delicias haberent Romani, ipsisque Caesaribus placeret ibi rusticari: unde facile erit ad intelligendum, cuiuscumque generis operibus tum ad usum, tum ad splendorem et voluptatem, auctum esse atque ornatum.

Porro, ut ipsa horum Fastorum ratio intelligatur, tenendum est, eos non secus ac libros Fastorum Ovidianos complexos esse *Tempora cum causis Latium digesta per annum*, et *Sacra annalibus eruta priscis, ac quo sit merito quaeque notata dies*. Praeterea incisa illis erant Augustae domus *sesta domestica cum praemiis Fastos signantibus* (Ovid. Fast. 1. init.): quae Iul. Caesari, Augusto et Tiberio Patrum cura et Quiritium favor detulerat. Sunt ergo Verriani Fasti ex eorum genere, qui vel *sacri* vel *calendares* dicantur, utpote sacra et serias statas, quae a Calendis ad Calendas singulis anni mensibus celebrabantur, designantes. Antiquissimis quidem temporibus illi tantum sacrorum et feriarum notationem habebant: postea nonnihil de ratione eorundem sacrorum adiciebatur; tandem etiam nomina et facta hominum accesserunt ambitione Principum et assemtatorum perveritate. Eaque res inde a

M. Antonio in exemplam abiit: Cic. Philipp. 2, 54. Sed haec licentia posterioribus saeculis in immensum crevit, occupata republica ab Imperatoribus; unde *Fastios adulatione temporum foedatos* queritur Tac. Hist. 4, 10. Iam hoc, quod dudum ex Ovidii carmine et aliorum veterum Calendariorum fragmentis apparuerat, imprimis nunc testantur reliquiae Fastorum Verrianorum. Etenim in his non modo festarum dies indicantur adiectis causis et rationibus; verum notantur etiam dies et anni rerum, a Iul. Caesare, Augusto et Tiberio gestarum, honorumque, quos iisdem Principibus publice decreti sunt.

Quaerendum ita se habeant, et in paucis, quae hic in conspectum venerunt, fragmentis plura, quae adhuc ignota erant, reperiantur: quis tam alienus a prisca doctrina est, quin vehementer doleat, hos Fastios ad nos pervenisse laceros, mutilos et quasi decurtatos? praesertim si animo obversetur Verrii auctoritas, qui nomen Grammatici suo merito obtinuit, non quod scholastico pulvere sorderet, syllabarum minutias aucupans, quales hodie fere censentur ab imperitis ii, qui olim *Litterati*, i. e. rerum divinarum humanarumque scientissimi, numerabantur; sed quia inter illustres sui aevi et accurata eruditione excellentes viros in ea Grammaticorum schola floreret, quae *gloriosa mater facundiae* dicta est a Cassiodoro Epist. 9, 21.

Ceterum non sine probabilitatis specie disputat Fogginius, Ovidium F. 6, 62. hos ipsos Verrii Fastios respexisse, quum dixit *Praenestinae moenia sacra deae*: porro Praenestina haec marmora Augusto imperante posita videri, atque conspicua fuisse certe usque ad Theodosium M., cuius tempore Macrobius multam eorum mentionem lib. 1. c. 10. seqq. faciens, Saturnaliorum libros scripsit: denique a quarto inde saeculo Tabulas per nimiam superstitionis licentiam diffractas, dirutoque tandem ipso, quo continebantur, hemicyclo, ruinis esse sepultas.

Iam ne ceterorum scriptorum huius Grammatici mentionem prorsus omittamus, quae a Gellio, Macrobio, Servio, aliis, imprimis a Festo laudantur: scripsit ille praeter *Carmina*, quorum Priscianus me-

minit, libros *Epistolarum*, *Rerum memoria dignarum*, *de orthographia*, *de obscuris*, s. vocabulis s. locis; alium librum, *Saturni* nomine, denique magnum opus *de verborum significatione*, quod in epitomen redegit Festus, unus ex paucissimis, qui nobis in manibus sunt, veteris Latinitatis Lexicographis. Ex hoc et reliquis scriptoribus collegit Fogginius corpusculum Fragmentorum Verrianorum, quod tamen ne eam quidem perfectionem, quae in hoc genere expectatur, habere potest, quum plura ex Verrii libris tum apud alios, tum apud Festum, sine nomine allata esse videantur. Itaque ea sarrago hoc loco repeti non debuit, sed servanda est novae editioni sane quam necessariae eius, quem modo nominavi, Lexicographi, si modo in huius seculi elegantissima *αίσχροπεδείξ* talium librorum editiones suscipere Viris doctis licebit.

---



## I A N U A R I U S .

UR . IN . LATIO  
T . LIBO . QUOD

AKIAN . F

LAPIO . VEDIOVI . IN . INSULA . HAE . ET  
AE . CALENDAE . APPELLANTUR . QUIA  
MUS . IS . DIES . EST . QUOS . PONTIFEX . MINOR . QUO  
MENSE . AD . NONAS . SIN  
TOLIO . IN . CURIA . CALA . . . . . ISNO  
QUIA . EO . DIE . MAG . IN . EUNT . QUOD . COEPIIT  
C . . . . . A . . . . . DCI

B III F

LANTUR . QUOD . HIS . LICET . FARI . APUD  
VERBIS . LEGE . AGI . NON . POTEST . IDEM  
TRIDIE . OMNIS . CALENDAS . QUOD . HIS

C III C

AL  
QUEM . LEGI  
LEGE . AGI . NON

US . COIRE . CONVOCARE . COGI . POTEST

D PR C

E NONF

F VIII F IE  
CAUSSAG VII C IMP . CAESAR . AUGUST  
HIRTIO . ET . PANSIA  
VII . VIR . EPUL . CREATUSH VI C SIGNUM . IUSTITIAE . AUGUS  
ET . SILIO . COS

A V AGON

AGONIA

AUT . QUIA

B III EN HAEC . NOTA . SIGNI  
PRO . INPONEBATUR  
QUAM . HOSTIA . IMMO  
NEFAS . FIT . ITAQUE . IA  
LICERE . AGI . TI . CAESA

C III KARM

FUTURA . OB . QUAM . CA  
OMINE . MORTICINO  
AB . ROMULO . ET . IANUM  
AUGUSTUS . TI . CAESAR

D PR C

E EIDNP LUD  
ID . IS  
NOSF XIX EN AI  
CORONA . QUER  
AUGUSTI . ONER  
P . R . RESVITIOSUS . EX . S . C  
-EANDEM . CAUSSAM

NIS . CALEND

X

G	XIIX	KARNP	FERIAE . CA III . IDUS . HERCULES . DICITUR . INSTITUIS SI . FIDENAS . EO . DIE . CEPISIT	NTI . OB . EANDEM . CAUSSAM
H	XVII	C	IMP . CAESAR CONCORDIAE . AU TI . CAESAR . EX . PA	PPELL US . IPSO . VII . ET . AGRIP AEST . P . DOLABELLA . C . SILANO . COS AVIT
A	XVI	C	PONTIFICES . M NT . M	VIR . EPULONUM . VICTUMAS . IN UAM . DEDICAVIT . TI . CAESAR AUG . PATR . DEDICAVIT
B	XV	C		
C	XIIII	C		
D	XIII	C		
E	XII	C		
F	XI	C		
G	X	C		
H	VIIII	C		
A	VIII	C		
B	VII	C		
C	VI	C	AED	ILLUCIS . DEDICA
D	V	C		
E	IIII	F	FERIAE MA MARINA DIVUS . CAESAR . ADI	IMP . CAES
F	IIII	NP	FERIAE MARTIC	AUGERETUR . . . A DIE . ARA . PACIS . AUGUSTA TI . DRUSO . ET . CRISPINO . C
G	PR	C	EX . S . C . QUO DEDICATA	

MARTIUS.

MARTIUS . AB . LATINORUM  
 ALBANOS . ET . PLEROSQUE . ULOS . LA . LANDI . ITAQUE . APUD  
 CONDITAM . ROMAM . UT . A . TEM . ALII . CR . OS . IDEM . FUIT . ANTE  
 FIUNT . HOC . MENSE . NT . QUOD . ET . SACRA

DK . MART . NP

E VI F FERIAE . MARTI . JUNONI . LUCINAE . EXOULLIS  
 QUOD . EO . DIE . AEDIS . EI . TA . EST . PER . MATRONAS  
 QUAM . VOVERAT . ALBI . VEL . UXOR . SI . PUERUM  
 OVE . IPS

F V C

G III C

H III C

A PR NP IMP . CAESAR . AUGUST . PONT  
 NIO . ET . VALGIO . COS . II . VIRI  
 OB . OPULUS . CORONATUS . FERIATUS

B NON OVI . ARTIS . VEDIOVIS . INTER . DUO  
 UCOS

C VIII F

D C

E C FERIAE . EX . S . C . Q . TI . CAESAR . PONTIFEX . MAX . FAC EST . DRUSO . ET  
 NORBANO

F

G

H

A

B

C

D

E

F XIII QUINQ<sup>N</sup>  
IN . LATIO . POST

G XIII

NARENTUR . . ARTIFICUM . DIES  
AEDIS . IN . AVENTINO . EO . DIE . EST  
ACIUNT . IN . COMITIO . SALTU  
TIFICIBUS . ET . TRIB . CELER

H XII

A XI

B X TUBIL<sup>NP</sup>MARTI . HIC . DIES . APPELLATUR . ITA . QUOD  
IN . ATRIO . SUTORIO . TUBI . LUSTRANTUR  
QUIBUS . IN . SACRIS . UTUNTUR . LUTATIUS  
QUIDEM . CLAVAM . EAM . AIT . ESSE . IN . RUINA . PALA  
NCENSI . A . GALLIS . REPERTAM . QUA . ROMULUS . URBEM  
INAUGURAVERIT

C VIII Q . R . C . F

HUNC . DIEM . PLERIQUE . PERPERAM  
INTERPRETANTES . PUTANT . APPELLAR  
QUOD . EO . DIE . EX . COMITIO . FUGERTIT  
D VIII C AM . NEQUE . TARQUINIUS . ABIT . EX . COMITIO  
T . ALIO . QUOQUE . MENSE . EADEM . UNT  
IGNIFICANT . O  
A . FIERI . INDIC

E VII

F

G

H

A C

B PR.

LUNAE . IN . AVI

XXXI

## A P R I L I S .

VINIRI . QUOD . EA . GUM . AE . REGIS  
 UM . A . QUO . P . R . ORTUS . E . ISE . QUA  
 FRUGES . FLORES . ANIMALIAQUE . AC . MARIA . ET . TERRAE . APERIUNTUR

CK . APR . F

FREQUENTER . MULIERES . SUPPLICANT  
 FORTUNAE . VIRILI . HUMILIORES . ETIAM  
 IN . BALINIIS . QUOD . IN . IIS . EA . PARTE . CORPO  
 UTIQUE . VIRI . NUDANTUR . QUA . FEMINARUM  
 GRATIA . DESIDERATUR

D III F

E III C

F PR C

LUDI . M . D . M . I . MEGALENSIA . VOCANTUR . QUOD . EA . DEA  
 MIGALE . APPELLATUR . NOBILIIUM . MUTATIONES . GENARUM  
 SOLITAE . SUNT . FREQUENTER . FIERI . QUOD . MATER . MAGNA  
 EX . LIBRIS . SIBULLINIS . ARCESSITA . LOCUM . MUTAVIT . EX . PHRYGI  
 ROMAM

G NON . N

LUDI . FORTUNAE . PUBLICAE . CITERIO  
 IN . COLLE

H VIII NP

LUDI . E . Q . E . D . C . CAESAR . C . F . IN . AFRICA . REGEM

A

B

C

D

E N

FORTUNAE . PRIM G . UM . MAXIMU  
 ORACLUM . PATET . UTRO . EQRUM . DIE  
 IVIRI . VITULUM . I

F PR N

LUDI . IN . CIRCO . M . D . M . I . IN . PAL . QUOD . EO . DIE . AEDIS . E  
 DEDICATA . EST

G EID

RI H XIIX N

FRUCTUS

o A XVII FORD

B XVI N LUDI  
CO

G	xvi				
H	xv				
A	xiiii				
B	xiii				
C	xii	DIVA	FERIAE . DIVA NP APPEL PRAE IN . AR OCCUL		
D	xi		M . AIUNT . OB . AN M RINIS . IN . PORT	UCI	
E	x	LAR	IAE . IOVI . ACCAE NP HANC . ALII . REM MERETRICEM . HERCULIS . SCORTUM PARENTARI . ET . PUBLICE . QUOD . P . R . HE MAGNAE . PECUNIAE . QUAM . ACCEPE TARVILLI . AMATORIS . SUI	LARENTIN ET . ROM	UNT RIT 110
F	viii				
G	viii	C			
H	vii	C			
A	vi	C			
B	v	C			
C	iiii	F			
D	iii	F			
COSE	PR	C			

## D E C E M B E R .

GKDEC

H

A

B

C

D

E

F VI C

G V C

H III C TR

A III AGON

B PR EN

C EID

D XIX F

E XIX CONS

FERIAE . CONSO . EQUI . ET  
 NP QUOD . IN . EIUS . TU  
 QUE . REX . EQUO .

AL . IN . CARINIS . AEDI  
 ET . LECTISTERNIUM . ELEC  
 MANCEPS . PRAESTAT

F XVII C

- C XV N LU
- D XIII N LU
- E XIII CER
- F XII N
- I G XI PAL
- I H X N
- A VIII VIN F
- B VIII C
- C VII ROB
- D VI F HUNC . DIEM . DIVUS . CAESAR . ADDIDIT
- E V C
- F III NP
- G III C LUDI
- H PR C LUDI
- XXX
- EST  
DAE . Q  
IGNES . TRA  
PRINCIPIO . A  
REDIGITUR
- IO  
M  
DEL  
CONSECRATUM  
RENTUR . AB . RUTULIS . QUIA . MEZENTIUS . REX . ETRU . UM  
PACISCEBATUR . SI . SUBSIDIO . VINISSIT . OMNIUM . ANNORUM  
VINI . FRUCTUM . SIG . DIVO . AUGUSTO . PATRI . AD . THEATRUM . MAR  
IULIA . AUGUSTA . ET . TI . AUGUSTUS . DEDICARUNT  
TI . CAESAR . TOGAM . VIRILEM . SUMPSIT . IMP . CAESARE . VII . M . AGRIFF  
III . COS .  
FERIAE . ROBIGO . VIA . CLAUDIA . AD . MILLIARIUM  
NP V . NE . ROBIGO . FRUMENTIS . NOCEAT . SACRIFICIU  
ET . LUDI . CURSORIBUS . MAIORIBUS . MINORIBUSQ  
FIUNT . FESTUS . EST . PUERORUM . LINONIORUM  
QUIA . PROXIMUS . SUPERIOR . MERETRICUM . EST
- LUDI . FLORAE . FERIAE . EX . S . C . QUOD . EO . DI  
VESTAE . IN . DOMU . IMP . CAESARIS . AUGU ET  
DEDICATA . ST . QUIRINIO . ET . VALGIO . COS . NTF . MA  
DIE . AEDIS . FLORAE . QUAE . REBUS . FLORESCENDIS . EODEM  
DEDICATA . EST . PROPTER . STERILITATEM . FRUCUM PRAEEST



# ANIMADVERSIONES

IX

## RELIQUIAS

### FASTORUM PRAENESTINORUM.

#### IN JANUARIUM.

Ad nomen mensis. . . *ur in Latio*] Forſan legendum: *appellabatur IN LATIO* ſcil. Ianuarius a *Iano*. Conf. Cenſorin. de D. N. c. 22.

*T. Libo quod*] Lego: *Faciunt LIBO QUOD Ianual appellatur*. Feſtus, Verrii compilator: *Ianual libi genus, quod Iano tantummodo libatur*. Ovid. Faſt. 1, 127. *libum Cereale* vocat.

Ad diem 1. . . *lapio — infula*] Supple: *Feriae AesculAPIO* etc. Conf. Ovid. F. 1, 289. ſeqq.

*Vediovi*] Quis deus eſſet *Vediovis*, ſeu, ut variat ſcriptura, *Veiovis*, *Vedeiovis*, *Vediovis*, iſtis veteribus dubium et incertum erat. Vide Ovid. F. 3, 450. ſeqq. Gell. 5, 12. Notanda eſt nominis ſcriptura in lapide.

*In infula*] Tiberina. Ovid. Met. 15, 739.

*Hae et* etc.] Supple: *Hae et aliae calendae appellantur, quia dierum primus is dies eſt, quos Pontifex minor quolibet menſe ad nonas ſingulas calat in Capitolio in Curia Calabra*. Similiter certe Varro L. L. 5, 4. Conf. Macrobian. Sat. 1, 9.

*Calendae*] Iam tum igitur C in hoc vocabulo uſitatum erat, eſſi K retinebatur pro nota, quae et *Kalendas* et *Kaeſonem* et *Kaput* (ſc. legis) et *Kalumniam*

significaret. Conf. Quintil. 1, 4. et Scaur. de Orthogr. p. 2252. Hic igitur ad primum diem mensis lege A. KALENDAE IAN. FASTUS. Sed quae nundinalibus octo literis adiunctae sunt notae huiusmodi, vel perspicuae sunt, vel suis locis attingentur.

[*Pontifex minor*] Quo is ritu nonas publice declarit, exponit Macrob. Sat. 1, 15.

[*In Curia Calabra*] Vid. Liv. 41, 27. Festus v. *Curia*. Fuit haec Curia in Reg. VIII., quae Capitolium complectebatur.

[*Isno*] Fort. *AnnUS NOvus incipit, quia e. d. magistratus incunt.* Conf. Ovid. F. 1, 149.

[*Quia — DCI*] Hinc discimus, quando certus annus consulatui ineundo constitutus sit. Conf. Epit. Liv. 47. Ovid. F. 3, 147. Errat igitur Plut. Qu. Rom. 10.

[*Ad d. 2. . . lantur*] H. e. *appellANTUR*. Explicat h. l. Verrius, quid significarent litterae F. N. *Fastus, Nefastus*.

[*. . . tridie — quod iis*] Lego: *PosTRIDIE OMNIS CALENDAS QUOD IIS res publice male gesta est.* Notarat hic, postriduanum singularum Calendarum diem fuisse *atrum*. Vide Gell. 5, 17. et ubique a Verriopendentem Festum v. *Nonarum postridie*, Plut. Qu. R. 25.

[*Ad d. 3. . . us coire — potest*] H. e. *Populus coire, convocari, cogi potest.* Explicabat haud dubie, qui essent Comitiales dies.

[*Ad d. 6. . . ie . . caussa*] Primum post Nonas *diem* habitum esse *atrum*, eadem de *caussa*, qua primum post Calendas, hic annotatum erat. De scriptura *caussa* pro *causa* v. Quintil. 1, 7. Res notissima.

[*Ad d. 7. Imp. — Pansa*] Supple: *IMP. CAESAR AUGUSTUS imperium orbis auspicatur HIRTIO ET PANSA Coss.* Sic enim in marmore ap. Grut. p. 209.: VII . IDUS . IANUAR . QUA . DIE . PRIMUM . IMPERIUM . ORBIS . TERRARUM . AUSPI-

CATUS . EST. Conf. Suet. Aug. c. 95. et Plin. 11, 75., cuius loci fabulosam interpretationem affert Harduin. Sel. Opp. p. 699., bene refutatam a Spanhem. U. et P. N. Disf. 12. §. 4. Quod autem *Imp. Caesar* h. l. vocatur et *August.*, id satis arguit, Fastos suos fecisse Verrium post delatos Caesari hos titulos.

*Hirtio et Panfa*] Suppl. *Coff. a Cal. Ian. a. U.* 710. Sic et Sueton. Dio etc. male Velleius 2, 61.

*VII. Vir epul. creatus*] Sc. *Tiberius Caesar*: cui hoc sacerdotium in aliis quoque monumentis tribuitur, ap. Grut. p. 255. 10. Murator. p. 225. 6. Eidem collegio ipse adscriptus fuerat Augustus, teste lapide Murator. p. 220.

Ad d. 8. *Signum Iustitiae — Cos.*] Quum alterius Consulis nomen perierit, nec alia ulla succurrat vetus auctoritas de huius signi dedicatione, incerta res manet.

Ad d. 9. *Agonia — aut quia —*] Ter in anno agebatur festum, *Agonia* s. *Agonalia* dictum. Antiquae vocis *Agonia* hic variam originem indicasse videtur Verrius. Vide Ovid. F. 1, 317. seqq. Varro L. L. 5, 3. Fest. v. *Agonium*.

Ad d. 10. *Haec nota*] *EN* pro *IN*, antiquo usu, *endotercisus*. Docnerat Verrius, quid haec nota huic diei apposita significaret, scil. *diem intercisum*. Vide Varron. L. L. 5, 4.

*Ti. Caesar*] Animadvertendum est, cur Verrius *Imperatoris* praenomen Tiberio non addiderit, in his etiam notis, quas de illo iam imperante Fastis suis adici curavit. Nempe recusavit illud nominis Tiberius, testibus Suet. c. 26. Dione 57, 2. Ceterum quid de Tiberio ad hunc diem notatum fuerit, divinare non auserim.

Ad d. 11. *Karm*] Calendarium Vindob. habet: *Dies Carmentariorum*, quo nomine signatur hic dies in aliis quoque Calendariis et in Fastis Ovidii 1, 461. Conf. Varro L. L. 5, 3.

*Futura ob quam cauff.]* Attulerat rationem, cur haec dea diceretur *Carmenta*: nimirum, quod *futura* canebat *Carmenta* s. *Carmentis*. Conf. Serv. ad Virg. 8, 536. Varro. L. L. 5, 3.

*Omne morticino]* Varro L. L. 6, 5. Ovid. F. 1, 629. Quid vero essent *morticina* s. exanimata, docet Serv. ad Aen. 4, 518. Causam superstitionis affert Festus: *Mortuae pecudis corio calceos aut soleas fieri Flaminibus nefas habetur, sed aut occisae alioqui, aut immolatae, quoniam sua morte extincta omnia funesta sunt.* Sed hic legere malim, OMINE funesta sunt.

*Ab Romulo — Augustus]* Lego: *Ianum Geminum, AB ROMULO ET IANUM Quirinum appellatum, claudit AUGUSTUS.* Quo die id factum sit, nunc primum hic legimus. Falso res diversis temporibus gestas in unum diem et annum cumulat Orosius 6, 20.

Ad d. 13. *Ludi]* Notabantur sive ludi tibicinum, de quibus v. Plut. Qu. R. 54., seu potius ludi ideo celebrati, quia eo die Octavianus *Augusti* nomine auctus erat.

*Id. is]* Lego: *FID. IS dies appellatur.* Dixit enim, opinor, cui numini sacer esset Iduum dies, et cur Idus vocaretur. Conf. Ovid. F. 1, 56. et 588. Macrob. Sat. 1, 15. Fest. v. *Idulis ovis.*

*Corona quer—]* Nota divisio provinciarum ab Augusto instituta, oratione eam ob rem in Senatu habitâ Idib. Ian. Itaque *corona querna* ex S. C. imposita est aedibus *Augusti*, ONEROSAS quod eo die recepit provincias, et pacatas *populo Rom.* RESTITUIT. Ovid. F. 1, 389. et 614. Huc spectant nummi Augusti cum illa corona et hisce litteris, OB CIVES SERVATOS, quae litterae in ipso etiam palatii Caesarei fastigio inscriptae fuisse videntur, arguente Ovid. Trist. 5, 1, 47.

Ad d. 14. *Vitiosus — Calendas]* Quem hic *vitiosum diem* dicit, *religiosum* vocant Liv. 6, 1. et Cic. ad

Att. 9, 4. Conf. Gell. 4, 9. Ceterum legendum *postridie omNIS CALENDAS*, et addendus locus iis, quae Norisius collegit in Cenot. Pis. IV, 5.

Ad d. 15. *Feriae Carmentis — cepisset*] Res aliunde prorsus ignota, et fabula innumeris aliis, quae de Hercule narrantur, adiicienda. Conf. tamen Serv. ad Virg. 8, 203. Vox *cepisset* pro *cepisset* sequitur analogiam sermonis priscarum legum, *verberit, plorasset*. Conf. Fest. v. *plorare*. Denique videmus h. l., non per 5 continuos dies acta esse Carmentalia, sed III. Idus Ian. et inde iterum post quintum diem.

Ad d. 16. *Imp. Caesar — et Agrippa*] Lego: IMP. CAESAR Augustus est APPELLATUS IPSO VII. ET AGRIPPA COS. Ovidius quidem 1, 589. seq. testari videbatur, Augustum Idibus Ian. tum provincias P. R. restituisse, tum salutatum esse *Augustum*. Iam ex Verrii verbis sic est explicandus, ut putetur utriusque rei iunctim meminisse, non quia eodem die utraque acciderit, sed quod *Augusti* nomine dictus est Octavianus ob meritum, quo sibi S. P. Q. R. devinxit dividens provinciarum imperium. (Conf. Dio 53, 16. et Censorin. de D. N. 21. Rem actam esse a. d. XVII. Cal. Febr., iam ex hoc lapide cognoscimus. Ceterum ex eo, quod Caesar se VII. et M. Vipsanio Agrippa III. Cos. dictus est *Augustus*, nova ex Calendis Ian. huius anni exorta est annorum series, quos *Augustorum* et *Augustianos* appellat Censorinus. c. 21: et 22.

*Concordiae — Silano Cos.*] Lego: CONCORDIAE AUGUSTAE aedes dedicata EST P. DOLABELLA C. SILANO COS. Diem dedicationis ex Ovid. F. 1, 659. noramus: ecce hic etiam annum, scil. U. C. 762. Conf. Dio 56, 25. Quum autem plura essent in Urbe templa Concordiae, huic aedi nomen inditum est *Concordiae Augustae*, tum quod inscripta essent Caesarum nomina ad concordiam eorum declarandam, tum quod Tiberius una cum Livia Augusta eam instauravit. Conf. Ovid.

F. 1, 640. seqq. Dio 55, 8, Spanhem. Disf. XIII. p. 648.

*Ti. Caesar — avit*] Supple: TI. CAESAR EX PANNONIIS triumphAVIT. Ita discimus, quo die Tiberius egerit triumphum ex Pannoniis Dalmatisque, de quo Velleius 2, 121. Ex Capitolinis fastis annus comptus erat 764. Nempe in hunc annum dilatus est triumphus, propter adversum ex Germania nuntium et cladem Varianam, quum iam decretus esset a. 762. Conf. Dio 55, 17, et 18. Suet. Tib. c. 17. et 20.

Ad d. 17. *Pontifices — immolant*] Narrat Dio 53, 20., quum Augusti cognomen accepisset Caesar, Sex. Pacuvium Trib. pl., ut prae aliis Caesari gratificaretur, se illi in Senatu devovisse, quumque se foras proripuisset, alios, ut idem facerent, adegisse. Fortasse hanc ob causam deinceps quoque hoc die victimas immolare consueverunt summa quatuor collegia, Pontificum, Augurum, XV Virorum et VII Vir. Epulonum. Haec coniectura an satis probabilis sit, alii iudicent.

*Ti. Caesar — dedicavit*] Suetonium Tib. c. 47. et Tac. Ann. 4, 43. si inspicias, difficile est coniecturam facere de aedificio per Tiberium dedicato. Agitur ergo h. l. de minore quedam opere, de quibus loquitur Dio 56, 46. et 57, 10. pr.

Ad d. 27. *Aed — . . . lucis dedica*] Lego: AEDes Castoris et POLLUCIS DEDICATA est. Rem attigit Dio 55, 27. et Suet. Tib. c. 20. Conf. Ovid. F. 1, 705.

Ad d. 29. *Feriae — marina*] Dies notatur, ob aliquam rem ab Augusto bene gestam insignis, quem tamen nec Ovidius, nec ullum aliud Calendarium indicat. Nobis incidit suspicio, an sorte Verrius h. l. notaverit, quam Augustus Conf. XIII. exhibuit in Campo MARTIO, mirificam naunachnam, ubi plurimae tum fluviales, tum MARINAE naves conflixerunt; an potius aliquod aliud Neptuno dicatum seu sacrificium, seu spectaculum in Campo Martio, ea de causa quod Augustus mare pa-

*cavit a praedonibus.* De utroque sibi Augustus plaudit in lap. Ancyrano.

*Divus Caesar* —] *Lego: Hunc et posterum diem* DIVUS CAESAR *addidit ut* AUGERETUR *Annus.* De Iuliano anno agens Macrob. Sat. 1, 14. praeter cetera observat, Caesarem *adiectos a se dies Fastos notasse, ut maiorem daret actionibus libertatem, et non solum nullum nefasium, sed ne comitiales quemquam instituisse.* Illud vero non diu obtinuisse, apparet ex h. l. et ex Calendario Maffiorum. In altero enim a. d. 3. Cal. Febr. appositum est N, in hoc autem NP, i. e. *ex parte nefasius.* Praeterea Verrius prid. Cal. Febr. notavit diem comitiales.

Ad d. 30. *Feriae ex S. C. etc.]* *Lego: FERIAE EX S. C. QUOD eo DIE ARA PACIS AUGUSTAE in Campo MARTIO DEDICATA est* TI. DRUSO ET CRISPINO *Cos.* Dedicatam esse hoc die Aram PACI AUGUSTAE, docuerat nos Ovid. F. 1, 709.: nunc Verrius addit, quo et loco et anno facta sit dedicatio, quum Consules nominat a. U. 744. Plus semel autem Senatus decrevisse videtur aram *Pacis Augustae* dedicandam, siquidem in Calendario Amiternino a. d. 4. Non. Iul. haec nota legitur: FER. EX S. C. Q. E. D. ARA PACIS AUG. CONSTITUTA EST NERONE ET VARO COS., qui quatuor annos ante fuerunt Consules. At vero ubi reversus est, C. Sentio et Q. Lucretio Coff. a. U. 754, ut domesticos in Urbe motus compesceret, *Ara Fortunae reduci* consecrata est, non Paci. Iam quod Dio narrat 54, 10., Augustum honorem arae Paci sibi consecrandae a Senatu decretum reiecisisse, pertinet tantum ad locum. Senatus decreverat dedicationem in Curia. Hoc detrectavit Augustus, quando, ut constat ex Calendario Amiternino, dedicatio facta est in Campo Martio, quod deinceps in exemplum abiit. Quod denique ad res pertinet Druso et Crispino Coff. gestas, animadvertas velim, eas magna ex parte





sius a Cal. Ian. consulatum XIII., et potestatem Tribunit. ex a. d. Cal. Iul. anni superioris gerebat XXI. Nunc conf. Suet. Aug. c. 18.

## IN MARTIUM.

Ad nomen mensis. *Martius ab Lat.]* Forf. legendum: AB LATINORUM Deo Marte. Conf. Ovid. 3, 79. Cenforin. c. 22.

.. *landi — idem fuit]* H. e. *Appellandi itaque apud Albanos et plerosque populos Latii mos idem fuit.* Conf. Ovid. 3, 97. Macrobr. Sat. 1, 12. Varro L. L. 5, 4. Isidor. Orig. 5, 55. *Populos illos Latii enumerat* Ovid. 3, 87. seqq.

*Ut — mense]* Lego: UT AUTEM ALII CREDUNT QUOD EI (h. e. Marti) SACRA FIUNT HOC MENSE. Scil. per Salios.

Ad d. 1. *Feriae Marti]* Nimirum hoc die ancilia movebantur, non 5. Non. Mart., ut ad Ovidium putabat Neapolis. Hoc autem festum si *per 30 dies* continuatum dicit Polyb. Exc. legatt. c. 25., alii *per plures dies*, utrumque ita videtur capiendum, ut Salios toto Martio, non tamen singulis huius mensis diebus, confluissent per Urbem ire canentes et tripudiantes, sed statim quibusdam diebus, quos eisdem fuisse suspicor, ad quos Calendaria apponunt verba, *Feriae Marti*. Haec vero apud Verrium bis leguntur, saepius in aliis Calendariis. Conf. Dio 44, 95. Liv. 57, 55. Tac. Hist. 1, 30. Suet. Claud. c. 4. 33. Oth. 8. Cuper. Obs. 4, 1. seqq.

*Iunoni — Exquiliis]* Aedem Iunonis Lucinae in Exq. commemorat Varro 4, 8. Conf. Ovid. 2, 455. seqq. Plin. 16. extr.

*Quod eo die — matronas]* Hoc ipsum videlicet ex Verrio tradit Festus: *Martias Calendas matronae celebrant, quod eo die Iunonis Lucinae aedes coli coepta est.* Conf. Ovid. 3, 245. seqq. Haec *Matronalia*

quasi Saturnalia mulierum erant, eiusque festi manserunt vestigia usque ad saec. VI.

[*Quam voverat* etc.] Notaverat Verrius, quis primus voverit hanc Iunonis aedem, et qua de causa: utrumque haud scio an nullus alius auctor prodiderit.

[*Si puerum*] Arnobius: *Puerperis Iuno praeposita est, et auxiliatur genetricibus fetus.* Unde deae cognomina, Februlis, Fluonia, Opigena, Lucina.

Ad d. 6. *Imp. Caesar — Valgio Cos.*] Lego: *Feriae ex S. C. quod eo die IMP. CAESAR AUGUST. PONTIFEX max. factus est QUIRINIO ET VALGIO COS.* Nomina haec annum signant 741. Diem noramus iam aliunde, et ex Ovid. 3, 415. Annum adhuc Eruditi novo huic honori assignabant 740, quod in illum mors Lepidi incidit. Sed causam cunctationis coniectere licet ex Dione 54, 27.

[*Quirinio et Valgio Cos.*] Suffectus Consul est Valgius Rufus, quum in magistratu obiisset M. Valerius Messala Barbatum Aemilianum, et quidem, ut ex h. l. suspicor, ante Non. Martias. Consul, qui praepontur, ordinarius, quem alii perperam *Quirinum* scribunt, idem est ille, cuius meminerunt Tac. Ann. 3, 48. seqq. Saet. Tib. c. 49. et alii, in his Lucas Evang. c. 2.

[*II viri*] Supplendum forsan: *II VIRI victimas immolant.* Sacerdotii et duumviratus dignitates non semper erant coniunctae; sed sacerdotium et Duumviris delatum fuisse et duumviratu functis, ex antiquis monumentis liquet. Ceterum isti Duumviri videntur iidem esse, qui notantur infra III. Id. April. scil. Praenestini. Neque enim dubitare licet, anniversarium diem, quo Augustus pontificatum max. cepit, ut Romae, ita etiam in coloniis fuisse solemnem, sicut deinde fuit dies, quo eandem dignitatem iniiit Tiberius.

[*Populus coronatus — ob*] Supple: *OB eandem causam.* Apparet hinc, *ludos pontificales*, quorum

mentionem facit Suet. Aug. c. 44., quotannis fuisse celebratos. Falluntur, si qui putant, etiam superiores Pontiff. max. iure suo eiusmodi ludos edidisse. Immo id licuit nemini, qui magistratus non esset, nisi funeris causa; et ut illi Augusti ludi appellarentur *pontificales*, ideo factum videtur, quod forte eo die, quo illud sacerdotium iniiit, agebantur.

*Populus coronatus*] Mos fuit Romae, ut Senatus et populus, interdum etiam milites, *laureati* in publicum procederent. Suet. Aug. c. 58. Dio 47, 10. et Herodian. passim.

Ad d. 7. *Ovi — Lucos*] Corr. et supple: *Feriae IOVI seu VedioVI ARCIS VEDIOVIS INTER DUO (s. DUOS) LUCOS*. Ubi intell. locus arcis, ubi Vediovis aedes sita erat, sive aedes ipsa: ut Sulpicia in Satira *arcem Monetae* appellat aedem Iunonis Monetae, quae in Arce erat. Nec mirum, quod, quum duae essent in Urbe aedes Vediovis, una earum distinctionis causa diceretur *in insula*, de qua supra Cal. Ian., altera vero *Arcis Vediovis*, quia in Arce posita erat.

*Inter dua lucos*] *Ante duos lucos* dicit in eadem re Ovid. 3, 429. Conf. Dionys. 2, 15. Liv. 1, 8,

Ad d. 10. *Feriae ex S. C. — Norbano*] *Lego: Quod eo die, mox, FACTUS EST*, et infra addo *Cos*. Ex alio lapide ap. Grut. 228. 8. et Gorium Inscr. antt. P. 1. p. 317. innotuerat, VI. Id. Mart. pontificatum max. inisse Tiberium: nunc Verrius annum adiecit 767. Ad rem. conf. Tac. Ann. 3, 59.

Ad d. 19. *Quinq. Quinquatria* praebet Calend. Vindob., de quibus vide et compara Ovid. 3, 810. Varr. L. L. 5, 3. Gell. 2, 21. Fest. h. v., ubi leg. *apud Tusculanos triatrus et sextatrus et septimatrus* (vulg. *septenatrus*) *et Faliscos decimatrus*.

*... narentur artificum dies*] Supple, *nominaRENTUR*. Hoc nomen Quinquatrium ex uno h. l. discimus, sed causam nominis suppeditat Ovid. 3, 835. Adde La-

ctant. 1, 18. *Minerva est, quae omnes (artes) reperit, ideoque illi opifices supplicant.*

*Aedis — est]* Suppleo: *Quod Minervae AEDIS IN AVENTINO EO DIE EST consecrata.* Hinc sua petiit Festus l. c., quem conf. v. *scribas*, unde apparet, eam aedem antiquissimam fuisse. At aliam causam affert Ovid. 5, 812., cui consentit Calend. Vindob., quod habet N. MINERVES h. e. *Natalis Minervae.*

*. . . faciunt — celer]* Fortasse: *fACIUNT IN COMMITIO SALTUS adstantibus PONTIFICIBUS ET TRIBUNO CELERum.* Scil. praecipue *in Comitio quotannis* saltabant Salii: Varro L. L. 4, 15. Ex h. l. cognoscimus, quo die factum sit.

Ad d. 23. *Tubil. — Marti]* Supple: *Feriae MARTI.* Hoc festum in editis libris Varr. L. L. 5, 3. *Tubilustrum* vocatur; at ex Ovidio et Festo colligitur, nominandum potius esse *Tubilustrium*, uti illud nominat Calend. Vindob. Bis in anno Romae agebatur, hoc die X. Cal. April. et X. Cal. Iun. Conf. Ovid. 3, 849. 5, 725., quorum locorum priore Verrius confirmat scripturam plurium codd., *et forti sacrificare deo pro vulg. deae*, ubi egregie coniecit N. Heinf.

*Hic dies — lustrantur]* Consentiet Verrius Varroni, si apud hunc l. c. legatur *tubi lustrantur*, non *tubae*. Atque ipse 4, 24. docet: *Tubae a tubeis, quos etiam nunc ita appellant tubicines sacrorum.*

*Lutatius — inauguraverit]* Lege: *IN RUINA PALATII INCENSI A GALLIS.* Ex his autem verbis sequi videtur, non modo sacrarum ceremoniarum origines arcanas fuisse, sed ipsas etiam ceremonias: cui enim incertum esse potuisset, an tubos s. tubas lustrarent sacerdotes, an Romuli lituum? Ni forte mavis dicere, quod primitus in tubilustriis Romuli lituus lustraretur, deinceps tubae, quod eius speciem prae se ferrent. Gellius 5, 8. inquirens, *utrum lituus auguralis a tuba, quae lituus appellatur, an tuba a lituo*

*augurum lituus dicta sit; animadvertit, quod utrumque a pari forma, et pariter incurvum est; et quaestionein solvit contendens, quod virga auguralis a tubae similitudine lituus vocetur: quae fuerat etiam Ciceronis sententia, de Romuli lituo dicentis, ab eius litui, quo canitur, similitudine nomen invenit: de Div. 1, 17.*

*Lutatius]* Q. Lutatius Catulus scripsit libros *Communium Historiarum*, ut eos nominat Serv. ad Virg. 9, 710. Ex iis nonnulla loca leguntur inter Fragmenta historicorum ab Aufon. Popma collecta; iis locis nunc hic accedit.

*Clavam]* Haud memini alius veteris scriptoris, qui Romuli lituum *clavam* appellarit, ut h. l. fit: simili tamen vocabulo utitur Cicero, ubi eum vocat *bacillum*. Verrius Romuli lituum *clavam* appellans, eius non modo formam, sed et materiem ob oculos ponit, ut rei miraculum adiciat.

*In ruina — repertam]* Ex hoc Lutatii testimonio clarius prodit historia, a Cic. l. c. et Val. Max. 1, 8. narrata; siquidem affert, quo res acciderit tempore, traditque, totum Palatium, non unum sacrarium, aut unam Saliorum curiam fuisse incensam. Igitur inventus est Romuli lituus ab igne intactus, *in ruina* h. e. inter rudera deultarum mansionum, quas Salii habebant in monte Palatino, quum eas, devictis fugatisque Gallis, instaurare coeptum est. *In moliendo*, scribit in Camillo Plutarchus, *et purgando loco reperiunt sub magno cumulo cineris Romuli baculum, quo is uti ad auspicia solitus erat.*

Ad d. 24. Q. R. C. F.] I. c. Quando Rex Comitio fugit. Bis quotannis agebatur festum illis litteris signatum, mense Martio et Maio. Semel eius meminit Ovid. 5, 727. Sed huius festi quam mature obscurata sit origo, arguunt seqq. verba, quae sic fere legenda sunt: HUNC DIEM PLERIQUE PERPERAM *litteras*

Q. R. C. E. INTERPRETANTES PUTANT APPELLARI ita QUOD EO DIE EX COMITIO FUGERIT *Rex Tarquinius*: NAM NEQUE TARQUINIUS AGIT EX COMITIO ET ALIO QUOQUE MENSE EADEM *sacra fiunt*. Legebantur adeo illae litterae etiam diverso modo: *Quando rex comitiavit fas i. e. ad Comitium itat.* Conf. Festum v. *Quando et Regifug.*

[*significant etc.*] Forſan ſuppl. *Haec notae Q. I. . . . . SIGNIFICANT, Quando Rex Comitio fugit, (vel I. . . . . Quando Rex comitiavit fas.) NP. hunc diem FIERI INDICANT e nefasto fastum.* Conf. Varro. 5, 4.

[Ad d. 31. *Lunae in Aventino*] Concinit Ovid. 8, 883. Duo erant Romae templa Lunae dedicata: unum in Palatio, *Lunae Noctilucae* dictum: (Varro 4, 10. conf. Spanhem. Diſf. X. §. 12.) alterum in ea ſium Aventini montis parte, quae erat contra Palatium verſus Forum boarium et principium Circi. Conf. Liv. 40, 2. Varr. 5, 2. et Lipſ. ad Tac. Ann. 15, 41.

## IN APRILEM.

Ad nomen menſis. *Viniri quod etc.*] Suppl. *Aprilis a VENERE, ſeu, ſacer VENERI: et mox, QUOD EA CUM Anchife parens fuit Aeneae REGIS qui genuit Iulum A QUO POPULUS ROM. ORTUS Eſt.* Conf. Ovid. 1, 39. 4, 25. ſeqq. et 35. Cenſorin. c. 22. Macrob. 1, 12. Quod pro *Venere* ſcriptum eſt *Viniri*, haec notavit Gell. 10, 24. *Sano quam conſuetum veteribus fuerat litteris E et I plerumque uti indifferentur.*

[*ſe quia — aperiuntur*] Aliud etymon: *Putant nonnulli ita appellatum eſſe quia FRUGES etc.* Conf. Varro 5, 4. Ovid. 4, 85. Cenſorin. et Macrob. ll. cc., ubi poſtremus haec ipſa verba Verrii ante oculos habebat.

Ad d. 1. *Frequenter — desideratur*] Haec est illa sententia, quam Macrobius l. c. sic memorat: *Non tamen negat Ferrius Fl. hoc die postea constitutum, ut matronae Veneri sacrum facerent; cuius rei causam, quia huic loco non convenit, praetereundum est.* In lapide post ETIAM supple *Veneri*, et paullo post *CORPORIS*. De ritibus huius festi conf. Ovid. 4, 143. seqq.

*Frequenter* etc.] *Frequenter* h. l. est *magna frequentia, magno concursu*. Ut ap. Liv. 1, 11. et Cyprian. ep. 55. *Concilio frequenter acto, ad quem v. Gronov. Obsl. in serr. eccles. c. 14. Fortunae virilis aedem Dionys. Hal. 4, 27. in ripa Tiberis positam scribit, exstructum a Servio Tullio. Conf. Plut. Q. R. 75. et Varro ap. Non. v. undulatum, ubi assentior legentibus virilis Fortunae potius quam virginis Fortunae. Eam coniecturam praeter alios praestat Ovid. 6, 569. et 625.*

Ad d. 4. *Ludi — appellatur*] Calendarium Mafseianum hoc die: *Ludi matr. mag.* Calendar. Vindob. *Ludi Megalesiaci*, quo verbo utitur etiam Iuvenal. 11, 191. Conf. Ovid. 4, 179. Ceterum h. l. apparet, *Megalensia* olim scriptum esse pro *Megalesia*, quod et Quintil. 1, 5. docet, si cum Mss. legamus: *Quaedam faciem soloecismi habent — ac Megalensia.*

*Magnae deum matris Idaeae*] Eius idolum lapis fuit, de quo v. Arnob. lib. 7. p. 253. (298.) et impr. luculentam Disf. in T. 23. Memorr. R. Acad. Inferr. p. 213.

*Nobilium mutitationes — fieri*] Vox *mutitationes* nunc primum in lucem prodit, eaque tuetur scripturam *mutitarent* ap. Gell. 2, 24. et 18, 2. ducitque ad veram lectionem ap. Ovid. 4, 354. *mutita* pro *tum magis*, ubi iam N. Heinsius poni iubebat *mutuita*. Illud frequentativum est ex *muto*, ut vel Ovidius arguit.

*Ex libris Sibull. arcaffita*] Iisdem verbis utitur de hac re Varro l. c. Scripturam *Sibulla* pro *Sibylla* ex Verrio confirmat Velius Longus p. 2215.

Ad d. 5. *Non. N. Ludi — colle*; Leg. CITERIORI IN COLLE. Hinc primum a Latino scriptore disce, quae sit *Fortuna Brevis*, cui fanum Ser. Tullius dedicavit, et quam unus, quod sciam, sic nominat Plut. Q. R. 75. Mihi Verrius *citeriorem* eam vocans indicare videtur, *Fortunam brevem* esse viciniorem, et brevi necessariam, seu brevi obventuram; aut, si mavis, *Fortunam huiusce diei* appellatam, cuius meminit Cic. de Legg. 2, 11. f. Ea enim est passim vis vocis *citerior* ap. Latinos scriptores: hanc autem *Fortunam*, opinor, Plutarchus *μυρὸν* et *βρέβευ*, aptius vero Verrius *Publicam citeriorem* appellavit, ut a *Fortuna publica* primigenia distingueretur, cuius festum duo alia marmorea Calendaria assignant VIII. Cal. Iun., de quo die v. Ovid. 5, 739.

*In colle*] I. e. Quirinali. Inde porta quaedam Urbis proprio nomine dicebatur *Collina*, alias *Salaria*. Conf. Ovid. 4, 378. Aliud *Fortunae publicae* templum fuisse in Capitolio, ex Dione 4, 26. colligas; nec bene Ryequius de Capitol. c. 43. censuit, Dionem loqui de templo *Fortunae obsequentis*.

Ad d. 6. *Ludi E. Q. E. D. C.* etc.] Forfan: LUDI Equestres Quod Eo Die Caius CAESAR Caii Filii IN AFRICA REGEM, suppl. *Iubam devicit*. Conf. Ovid. 4, 379. Suet. Caes. c. 55. Hirt. B. Afr. 79. 94. Senec. Provid. c. 11. Liv. epit. 114. Sext. Ruf. Breviar. c. 4.

Ad d. 11. . . *um maximu . . — vitulum i . .*] Nihil est in ceteris Calendariis aut Fastis Ovidii, quod nos ad centum supplementum ducat. Sed peculiare festum latitare videtur, quod biduo Praenestae agebatur; et fortasse sic integrandum erit fragmentum: FESTUM MAXIMUM Iovis et FORTUNAE PRIMIGENIAE UTRO EO-



RUM DIE *omnibus (s. matribus)* ORACLUM PATET  
 HVIRI VITULUM *Immolant.* Nomen *Iovis* addidi,  
 quia una cum Iove Fortuna primigenia Praeneste cole-  
 batur; cuius idolum, teste Cicerone, Iovem puerum  
 in gremio tenebat, mammam cum Iunone appetentem:  
 quam coniecturam plane firmant plurimi votivi lapides,  
 Praeneste reperti. Denique ex eodem Cic. de Div. 2,  
 41. suppleendum putavi *matribus*.

*Oraculum*] Ita contracte de loco dixisse videntur  
 Praenestini, quorum proprium fuit, Romana vocabula  
 decurtare, ut constat ex Plauto, Nonio, Festo. Iam  
 h. l. *oraculum* est delubrum, atque adeo sanctior delu-  
 bri pars, ubi Fortunae simulacrum, forsitan etiam urna  
 sortium servabatur. Qualis autem hic fuerit locus, docet  
 Cic. de Div. 2, 41. Quodsi in eo fuisse dicamus lithostro-  
 ton, quod Sullam fecisse testatur Plin. 36, 25., Sullanum-  
 que lithostroton id ipsum esse, quod nunc Praenestiae in  
 palatio Barberiniorum Principum visitur, multisque cele-  
 bratum est doctorum commentariis, ita supersunt adhuc  
 illius *oracli Praenestini* vestigia. Conf. Vulp. Vet. Lat.  
 16, 6. T. 9. p. 136. Ceterum quod hic videmus partem  
 sanctiorem delubri non quotidie, sed stasis diebus, *patuisse*,  
 hinc explicandum arbitror *Iovis* cognomen *Arcani*,  
 quem plures Praenestiae reperti lapides offerunt. V. Fabret-  
 ti Inserr. c. 5. p. 411. n. 312. Murator. Inserr. p. 181.

*Hviri vitulum immolant*] Nimirum respublica Prae-  
 nestinorum penes Duumviros erat, ex Decurionum or-  
 dine deligi solitos; cuius regiminis formam diu ibi man-  
 sisse, arguunt plures lapides, quos descripserunt Suare-  
 sius, Vulp. et Ceconius in commentariis suis de An-  
 tiqq. Praenestinis. De *vitulo* notandum est, hanc pro-  
 priam fuisse Iovis victimam, praesertim pueri. Conf.  
 Serv. ad Virg. Aen. 9, 627. et 5, 21. Macrob. Sat. 3,  
 10. Varro R. R. 2, 5.

Ad d. 12. *Ludi in Circo M. D. M. I.*] Haere-  
 bam, utrum IV seu III Idus, an pr. Id. April. ponen-

da essent haec verba: sed posterius praeferrī iussit Liv. 29, 14. Etiam alia Caledaria *Ludos Cereri* notant ad pr. Idus. Conf. Ovid 4, 385. Una eademque dea erat Magna deūm *Mater* Idaea, et Cybele, et Ops, et Ceres, et Bona Dea, et Isis, et Rhea.

*In Pal.* — *dedicata est*] Scr. IN PALATIO QUOD EO DIE AEDIS EI D. EST. Huius aedis in Palatio faciendae primus auctor fuit Scipio Nasica, omnium consensione optimus iudicatus, qui Matrem deūm adventantem exceperat. Conf. Liv. 36, 36. Ovid. 4, 347. Martial. 1, 71. Stetit templum usque ad imperium Theodosii.

*Fructus*] Pertinuit hoc, puto, ad caussam ludorum Cerealium, qui agebantur per plures dies: unde singulis diebus a pr. Id. April. ad XIII Cal. Maias apponitur nota LUDI in Calend. Mass., et LUDI CEREA-LICI in Vindob.

Ad d. 15. *Ford.*] *Fordicidia* huius diei omnia Caledaria assignant. Praeter Festum et Ovid. 4, 629. conf. Varr. 5, 5. Dicta sunt etiam *Hordicidia* s. *hordicalia*, ut apparet ex eodem Varr. R. R. 2, 5.

Ad d. 21. *Pal.*] Scil. *Palilia*. Addidi autem L, quia eius vestigium mihi visus sum videre adumbratum in marmore. Alii dicebant *Parilia*, ut et Graece Dionys. Hal., quod unice verum confidenter pronuntiat Marius Victorin. De hoc festo hic pluribus egerat Verrius, sed quinque tantum versuum initiales litterae supersunt, ex quibus nihil certo elici potest: nisi quod verba IGNES TRA sic supplenda videntur, IGNES TRAN*siliunt*; indicantia morem pastorum, qui quum primo huius diei mane ovilia lustrassent, (unde in vet. Calend. rustico m. Aprili indicitur: OVES LUSTRANTUR,) et Pali deae lacte, sapa ac milio sacra fecissent, et convivia celebrassent; demum vespere palearum accensos acervos certo ordine in loco plano collocabant, et saltando *transiliebant*, ut se purificarent: ex quo il-

Ind Perfii, *fumosa Palilia foeno*, Sat. 1. v. 72. Conf. Tibull. 2, 5. Ovid. F. 4, 727. et totum locum, Fest. v. *October*.

Ad d. 25. *Vin.*] *Vinalia* edicuntur etiam in Calend. Mass. a. d. IX Cal. Mai., sed in eo apponitur NP pro F. Erant autem etiam alia *Vinalia*, quae *rustica* appellabantur, acta XIV Cal. Sept., auctore Festo et probantibus pluribus Calendariis. Atque ex his simul apparet, mendosum esse locum Varronis 4, 3., ubi id festum d. XII Cal. Sept., tum Plinii 18, 29., ubi d. XIII Cal. Sept. assignatur.

*Io..*] Forf. *IOvis dies, non Veneris*: seu, *IOvi dies sacer est, non Veneri*. v. Varr. l. c. et Macrobr. Sat. 1, 4. Adiectio de Venere illuc pertinet, quod Venerem hoc die peculiariter colebant meretrices, ideoque vulgo festum Veneris esse credebant; eo magis quod erat alius dies, pariter *Vinalia* dictus, mense Augusto, de quo loquitur idem Varro. Sed Verrius etiam sic scribere potuit: *IOvi vinum novum libant*. Nam sic fere Festus vv. *rustica* et *calpar*.

*Consecratum — — fructum*] Quid hic exciderit, difficile est divinare. Verum ad rem propius ducent loci de Mezentio ap. Plin. 14, 12. Macrobr. Sat. 3, 5. Ovid. 4, 879. Plut. Q. R. 46.

*Sig. Divo — dedicarunt*] De hoc signo v. Tac. Ann. 3, 64., ubi qui memoratur titulus Tiberio displiuisse, mihi quidem his videtur conceptus esse verbis:

D. AUGUSTO PATRI  
IULIA AUGUSTA  
ET TIBERIUS AUGUSTUS  
DEDICARUNT.

Nec mirere, superbam hanc mulierem suum nomen Tiberio praeposuisse. v. Dio 57, 12. Praeterea aliud quoque signum Augusto domi Iulia dedicavit, de quo Dio idem l. c., ubi noli credere Reimaro.

*D. Augusto Patri*] Ita etiam in nummis, post consecrationem Augusti culis; quasi iam alter esset *Iuppiter*, qui vulgo *Patris* nomen habebat. Nam si propter adoptionem Iulia Augustum voluisset Patrem appellare, sibi et Tiberio litteram P. addidisset. Ac nummi ita inscripti varia, quae Augusto variis in locis consecrata sunt, signa repraesentant.

*Et Ti. Augustus*] Saepe Verrius Tiberium memorat, hoc uno loco cognomine *Augusti*. Nempe hic, ut puto, ipsa recitat verba tituli, quem Livia Iulia, Augusti coniux, inscribi iusserat; alibi, ubi ex sua persona loquitur, id cognomen non ponit, seu quod res a Tiberio privato gestas notabat, seu quod placere ei volebat, qui, teste Suet. c. 25., *ne Augusti quidem nomen ullis nisi ad reges et dynastias epistolis addidit*; quod ipsum confirmat Dio 57, 8. hoc adiecto, quod etiam *Augusti* nomen ipse non usurpabat, *audiens tamen aut scriptum legens ferebat*; ex quo testimonio intelligitur, cur essent tot nummi, in quibus *Augusti* cognomen Tiberio non additur, et plures quoque, in quibus additur, praecipue inter nummos in coloniis cufos.

Ad d. 24. *Ti. Caesar — Cos.*] Prodit nunc dies, prodit annus, quibus Ti. Caesar togam vir. sumpsit: est is a. U. C. 726; quo *agebat* annum aetatis suae 16. Simul hoc illustrare exemplum est, quod multis aliis adicias a Noris. Cenot. Pl. II, 4. allatis contra Sallianum, qui diem 17. Mart. sumendae togae vir. definitum ex Ovidio perperam dicebat. Ita in Antiatino Calendario d. 20. Oct. adscripta est nota vir. togae ab Augusto sumptae. Ceterum hic notanda est certa aureae aetatis scriptura, SUMPSIT. I nunc et irride, si potes, quorundam Grammaticorum disputationes, audacesque sententias.

Ad d. 25. *Rob.*] *Robigalia* hoc die etiam in Calend. Mass. iisdem litteris ponuntur. De iis v. Varr. 5, 3. Plin. 18, 29. Tertull. de Spect. 5. et Paullum ex Festo.

*Feriae — fiunt*] In v. *robigo* scriptura ostendit etymon a colore *robo*, unde *robum* rustici dicebant bovem rufi coloris, ut Festus docet. Accedit vetus lapis, ubi legitur *vitulo robio et verre*: et Senatus Conf. ap. Gell. 4, 6., quo decretum, ut hostiis maioribus dii placarentur, ubi additur: *si quid succidaneis opus esset, ROBUS succederet*. Sic enim ex Mss. emendandum pro vulg. ROBIGUS. Hunc vero deum Verrius cum Varrone dicit *Robigum*, ut et in titulo arae, quem habet Murator. 102, 6., sed Ovidius et Columella, praeter Tertullianum, deam faciunt *Robiginem*.

*Via Claudia*] Viae huius eodem nomine meminit Ovid. ex P. 1, 8, 44., alii *Clodium* nominant. Iuncta erat viae Flaminiae. Quaeri hic potest, quibusnam in collibus fuerint horti Ovidiani, qui ex via Claudia spectabantur. Non bene de Apennino cogitabat N. Heinsius. Immo certum est, et ex ipsius quidem carminibus, fuisse eos in vicinia Urbis. Qua de re, nisi fallor, quem *collem hortorum* appellat Suet. Ner. c. 50., alii *hortulorum*, sub *piniferorum collium* nomine montem Pincium indicatum esse ab Ovidio crediderim, tunc extra Urbem positum, deinde in pomoerio inclusum ab Aureliano, ubi plures hortos fuisse inditum ei nomen *collis hortulorum* demonstrat. Hoc autem mihi constare etiam videtur ex eo, quod via Claudia aut incipiebat a porta Catularia, aut ei proxima erat; quum Flamines, qui, teste Verrio, per viam Cl. ibant ad lucum Robigi, per portam Catulariam exirent, ut observat Festus.

*Sacrificium*] Praecipue canis, tum ovis; unde id sacrificium Ateio Capitoni ap. Festum dictum est *canarium*. Conf. Ovid. 4, 939. Colum. 10, 342.

*Et ludi — fiunt]* De ludis sacrificio additis tacet Ovidius: erant ii duplices, iuvenum ac puerorum. Conf. Virg. Aen. 5, 563. 548. Suet. Caes. c. 59. Aug. c. 43. Tib. c. 6. Sed ludus Troiae, quo pertinent hi loci, equester erat; illi, de quibus Verrius, pedestres. *Cursores* etiam memorat Suet. Aug. c. 43.

*Quia — meretricum est]* Scil. dies Vinaliorum IX Cal. Mai.

Ad d. 28. *Ludi Florae]* Ludi Florales, qui incipiebant IV Cal. Maias, complebantur IV Nonas, ut ex Ovidio apparet; seu V Non., ut docet Calend. Vindob. Agebantur in Circo, cui nomen *Circus Florae*, quem Rufus et Victor ponunt in Reg. VI. Conf. Ovid. 4; 947. Plin. 18; 69.

*Feriae — Valgio Cos.]* Lego: FERIAE EX S. C. QUOD EO DIE *aedes* ET VESTAE IN DOMU CAESARIS AUGUSTI PONTIFICIS MAXIMI DEDICATA EST QUIRINIO ET VALGIO COS. Ita innuit nobis primum annus U. C. 741 rei, quam Ovid. 4. f. f. enarrat. Ibi verba, *Sic iusti constituere Patres*, respiciunt Senatus consultum. Apud Verrium ET ante VESTAE videtur esse pro *etiam*, i. e. praeter aedem Florae. *Domu* alias quoque legitur in lapidibus, et praecipue in libris Iuris, notante Briffonio. Ita Priscian. ap. Lucret. pro *freto* legisse se testatur *fretu*.

*Eodem — dedicata est]* Adiicitur ratio, cur primus hic esset dies ludorum Floralium. Eo die aedes Florae dedicata fuerat, eodemque anniversaria huius dedicationis memoria celebrabatur. Conf. Ovid. l. c. Tac. Ann. 1; 49. Varr. 4; 32. Vitruv. 1; 2.

*Florae — praest]* Plin. 18; 29. in eadem re ponit *desflescere*, quod idem est ac Varr. R. R. 1, 1. *tempestive florere*. Conf. Ovid. 5, 195., ubi recte legitur *littera Graeca*, et fortasse scribendum est *Sabino* pro *Latino*. Accepisse enim Romanos a Sabinis cul-

tum Florae, ex Varrone discimus, qui etiam docet, Sabinorum fuisse H per litteram F pronuntiare. *Hircus, quod Sabini fircus; et quod illi fedus, in Latio rure hedus, quod in Urbe, ut in multis AE additō, haedus.*

*Propter sterilitatem frucum*] Particulam *propter* et alii sic ponunt; ut Palladius Mart. t. 10. 11. Nov. t. 13. *propter iniuriam pretiosi velleris, pro, ad cavendam novam velleris. Frucum pro frugum.* Suspicor enim, Verrium hic vetustae alicuius legis verba adhibuisse, ideoque curasse, ut more vetusto insculperentur: nec dubito, in legg. XII tabb. scriptum fuisse *secetem, fruces* etc. Conf. Noris. Cenot. Pis. IV, 5.

## IN DECEMBREM.

Ad d. 10. *Tr..*] Ex his duabus litteris coniicio, Verrium hic annotasse, *diem 4 ante Idus Dec. TRIBUNATUI PLEBIS ineundo solemnem fuisse, quod eo die primi Tribuni pl. magistratum inierint.* Conf. Dionys. Hal. 6, 89. Nec oblitat Cic. Verr. Act. 1. c. 10., si eum ita accipias, ut non de perpetua, quae tunc temporis facta esset, veteris solemnisque moris immutatione loquatur, sed de singulari re propter illius anni necessitatem, quam profecto ipsa Ciceronis verba exprimere videntur.

Ad d. 11. *Ag..*] Calend. Mass. et Amiterninum hoc die: AGON NP. Nec dissentit Calend. Vindob., in quo notatur *Septimontia*, ut docet Felsus v. *Septimontium*, ubi nugās agit Dacérius.

Ad d. 15. *Cons. NP.*] Calend. Amitern. pr. Id. Dec. CONSO IN AVENTINO, ac postea: CONS. NP. FERIAE CONSO. ARA FORTUNAE REDUCI DEDIC. EST. Confus autem et Neptunus equester pro uno deo habebantur; sed arcanorum populi Rom. peri-

tiores putabant, Consam esse deum, cuius nomen esset vulgo ignotum, ita dictum ob suggestum Romulo consiliium de raptu virginum Sabinarum. Huc ducunt nos Plutarchus, Dionys. Hal., Strabo et alii.

*Equi et . . i]* Supple: EQUI ET null. Festus: *Mulis celebrantur ludi in Circo max. Consualibus, quia id genus quadrupedum primum putatur coeptum currui vehiculoque adiungi.* Conf. Plut. Q. R. 47.

*In Carinis]* Missis opinionibus aliorum, puto, Carinas tum in convalle Exquiliis subiecta contra Palatinum, tum quoque in ea, quae inter Palatinum et Coelium iacet, et ad Circum max. exit, patuisse: unde facilius intelligo Livium scribentem, quod *Itaccus porta Capena cum exercitu Romam ingressus, media Urbe per Carinas Exquilias contendit* 26, 10.

*Aedi . . — tu . .]* Dubia hic sunt plura. Statim quid duas primas litteras AE sequatur, non plane certum est, et dubitabam, an legendum esset AER. P., hoc est *aere publico*. Tentabam etiam AEQUE; tandem scriptum divinavi AEDI, supplendumque AEDILITII, i. e. qui ad Aediles curatores solemnium ludorum pertinebant. Potuit tamen etiam sculptum esse AEDITUANT, h. e. in conspectu aedis manent.

*Et lectisternium — praestat]* Horum Consualiorum solemnitatem augebat quoQUE lectisternium, sacrum scil. convivium ex victimis immolatis deo Conso super infrato pulvinaribus lecto appositum, curante, qui *Rex manceps equorum* electus esset. Haud occurrit alius scriptor, apud quem *Regis mancipis equorum* mentio fiat; Asconius tamen in Cic. Philipp. *Antonius*, inquit, *redemptas habebat ab aerario vectigales quadrigas, quam redemptionem Senatori habere licet per legem.* Itaque inter decumas, quas P. R. a focis et civitatibus exigebat, erant etiam vectigales quadrigae, quibus forte utebantur in ludis Circen-



sibus; et quoniam, eodem Alconio docente, cuiuscumque generis decimarum mancipes, veluti publicanorum principes habebantur, haud mirum est, quos *maniceps equorum*, quorum redemptionem suscipere ipsis etiam licebat Senatoribus, *Rex* diceretur, quo vocabulo cuiuscumque rei redemptores, et qui prae ceteris ditiores seu potentiores erant, vocabantur. Decursu temporum omnes quarumcunque rerum mancipes obtinisse ut coirent, et corpus seu collegium constituerent, apparet ex titulo inscripto a. Chr. CCCLIII. ap. Grut. 438, 1. MEMMIO VITRASIO ORFITO CORPUS OMNIUM MANCIPUM STATUAM SUB (leg. *suo*) AERE CONSTITUIT.

Ad d. 21. *Feriae diva* ...] Notatum opinor. DIVAL. Sed ne L quidem addere volui, quia nullum eius apparet in marmore vestigium: ut omnino huius mensis fragmenta non tantum manca, sed etiam detrita et corrota sunt. Festum modo *Divalia*, modo *Angeronalia* dictum est, scil. deae Angeronae s. Angeroniae. Conf. Macrob. Sat. 3, 9. et 1, 10. ex Verrio et aliis Grammat. Solin. c. 1.

*In ar* ...] Lege: IN ARA *Voluptiae*, ex allatis locis Macrob. et Augustin. C. D. 4, 11. Apud Varr. L. L. 5, 4. scribendum puto: *Angeronalia ab Angerona, cui sacrificium fit in ara ad navalia*. Scaliger tentabat: *cui sacrificium fit eo die, ac cuius eae feriae publicae*; sed haud dubie perperam.

Ad d. 22. ... *rinis in port* ...] Ex Macrobio constat, in h. d. incidisse serias *Laribus* sacras, quod eo die aedes illis dedicata est. Hanc autem aedem *Laribus permARINIS* dedicatam fuisse a M. Aemilio Lepido, testatur Livius 40, 52. Conf. Atil. Fortunat. p. 2680. Putsch. Dicebantur hi Lares *permardini*, de quorundam sententia, quod erant navibus attributi, ut *compitales* compitis, *familiares* domibus, *viales* viis,

*rurales ruri, publici civitati alicui.* Mihi vero *per-marini* dicti videntur *mari potentes*. Nam quum aedi horum Larium praefixum titulum ligata oratione scriptum fuisse cognorim ex Fortunatiano, qui inde exemplum versus Saturnii affert, facile suspicor, epigrammatis auctorem eam vocem usurpasse ad metri commoditatem; neque id prorsus inepte, sed ut exprimeret Lares penmaxime mari potentes, aut qui late regnabant per omnium regionum maria. Ceteram Turnebus testatur Adversf. 20, 35., in vetere quodam Lexico hos Lares explicari *διαπορτίους θεούς*. Mox legendum videtur IN PORTUBUS. Nam aedi aptissimum locum praebere potuit aliquis ex portubus apertis propter Tiberim, qui campum Martium ambiebat, in quo campo sitam eam aedem narrant Eivius et Macrob.

.. *uci* ..] Lego *pollUCent*, h. e. offerunt, consecrant; sc. fortasse nautae seu mercatores: nisi etiam addendum est *pisces*, ex lege Numaee, quam affert Plin. 32, 3. ex Cassio Hemina, iudice Scaligero sic conceptam: PISCEIS, QUEI SQUAMOSEI NON SUNT, NEI POLLUCETO: SQUAMOSOS OMNEIS, PRAETER SCARUM, POLLUCETO.

Ad d. 25. *Lar* ..] LARENTALIA s. LARENTINALIA, quod festum in X Cal. Ian. incidisse Varro, Ovidius et alii testantur.

.. *iae Iovi*] PERIAE IOVI. Cur hoc die, quo Accae Larentinae parentabatur, Iovi seriae constitutae fuerint, causam hanc reddit Macrobius: *Quia uestimaverunt antiqui animas a Iove dari, et rursus post mortem eidem reddi.*

*Accae Larentin* ..] Scrib. ACCAE LARENTINAE *parentalia* s. *sacrificium*. Notes autem, quum parentalia agerentur, ubi erat sepulcrum illius, cui parentabatur, inde factum videri, ut quidam dicerent, teste Varrone, sacrificium illud fieri *ad sepulcrum Ac-*

*cae*, i. e. ad cenotaphium. Cic. Epp. ad Brut. 15. med., ubi pietatis suae intemperantiam adversus defunctam Tulliam excusat: *In eoque sum maiorum exemplum secutus, qui hunc honorem mulieri Larentiae tribuerim, cuius vos, Pontifices, ad aram in Velabro facere soletis.*

*Hanc alii — . . unt]* Forsan: HANC ALII REMI ET ROMULI nutricem, Faustuli coniugem, alii MERETRICEM HERCULIS SCORTUM fuisse dicunt. Conf. Liv. 1, 4. Ovid. 3, 55. Gell. 6, 7. Macrob. Sat. 1, 10. Augustin. C. D. 6, 7. Lactant. 1, 20.

*Parentari et publice]* Festus: *Publica sacra, quae publico sumptu pro populo fiunt.*

*Quod — amatoris sui]* Publico igitur sumptu Aecae parentalia fiebant, QUOD POPULUM ROM. HEREDEM fecerit MAGNAE PECUNIAE QUAM ACCEPERAT ex testamento TARVILII AMATORIS SUL. At fortasse pro *heredem* leg. est *herem*, qua antiqua voce Naevium usum esse testatur Nonius. Ceterum *Tarvili* nomen nunc primum prodit: reliqui scriptores hominem vocant *Carucium* s. *Tarutium*. Dempsterus de Etrur. reg. 3, 7. in quadam Macrobiani edit. invenisse scriptum dicit *Tanitium*; alibi etiam reperias *Taruntium* et *Tarratium*.

# I N D E X

## H I S T O R I C U S.

### A.

- Cn. Acerronius Proculus Cos. *Tib.* 73
- Achaia sit provincia *Vesp.* 8
- Achaia et Macedonia Senatui redditae a Claudio *Claud.* 25
- Achaia patribus conscriptis ab eodem commendata *Claud.* 42
- Acies Bedriatensis *Vesp.* 5
- Mutinensis *Aug.* 12
- Pharsalica *Caes.* 65 et 75 *Vesp.* 1
- Philippensis *Aug.* 91
- Acilius Aviola Conf. *Claud.* 45
- Acilius Glabrio *Domit.* 10
- C. Acilius *Caes.* 68
- Acilius, Aed. cur. *Vit. Terent.*
- Acroamata in conviviis *Aug.* 74
- in ludis *Vesp.* 19
- Acta Senatus et populi confecta et publicata *Caes.* 20
- publicare vetat Augustus *Aug.* 56
- eorum auctoritas *Cal.* 8
- Acta principum, in ea iuratur *Tib.* 26
- rescinduntur *Claud.* 12
- Acta Pompeii confirmat Caesar *Caes.* 19
- Acte liberta *Ner.* 28
- Neronis concubina 50
- Actium *Aug.* 18 et 69
- apud Actium navali proelio vicit Antonium Augustus 17
- Actiacus triumphus 22
- Actiaci ludi *Tib.* 6
- Actiacae victoriae sollempnibus feriis celebrari prohibitae *Cal.* 25
- Actius comoedus *Tib.* 47
- M. Actorius Naso *Caes.* 9
- Adminius, Cynobellini filius *Cal.* 44
- Adorari Caium, ut deum, primus instituit Vitellius *Vit.* 2
- Adulterium, lex de adulteriis *Aug.* 54
- Aedes Caltoris et Pollucis *Cal.* 22
- Concordiae *Vit.* 15
- Concordiae, Pollucis et Caltoris *Tib.* 29
- Dianae *Aug.* 29
- Herculis Musarum *ibid.*
- Iovis *Aug.* 20
- Iovis Olympici 60
- Iovis Tonantis 26
- D. Iulii 100
- Martis *Aug.* 21
- Cal.* 44
- Claud.* 13 et 33
- Martis Ultoris *Aug.* 29
- Saturni *ibid.*
- Oth. 6
- Serapidis *Vesp.* 7
- Telluris *Gr.* 15
- Veneris genetricis *Caes.* 78
- Vestiae *Tib.* 50
- Aedilium numerus ampliatur *Caes.* 41
- Aediles iussi inhibere popinas *Tib.* 34
- Aedilis Censorem via decedere iubet *Claud.* 4
- adempta coercitio popinarum *Claud.* 38
- repetundarum rei *Dom.* 8
- Aegyptum provinciam facere veretur Caesar *Caes.* 55
- Aegy-

ptus redacta in formam provinciae *Aug.* 18 Aegypti claustra *Vesp.* 7 praefectura *Aug.* 66 *Ner.* 47 praefectus *Vesp.* 6 Aegyptii ritus abolentur *Tib.* 36 Aegyptiae classes *Caes.* 59

Aelia Petina, Claudii uxor *Claud.* 26

Aelius Lamia *Dom.* 1 mors eius 10

Aemilia Lepida, Claudii sponsa *Claud.* 26

Aemiliana ardent *Claud.* 18

Aemilius Aelianus Cordubensis *Aug.* 51

M. Aemilius Lepidus *Conf.* *Tib.* 5

Aemilii Lepidi caussa *Cal.* 24

Aemilius Pappus Imperator *Aug.* 2

Aemilius Paullus *Conf.* *Caes.* 29

Aëno-barborum genus *Ner.* 1 Aëno-barbus salutatur Nero post adoptionem 7 appellari non vult Nero 41

Aequiculi *Vit.* 1

Aerarium, cura eius a Quaestoribus ad Praetores praetoriosque translata *Aug.* 36 ad Quaestores revocata *Claud.* 24

Aesar-Etruscis deus *Aug.* 97

Aesculapii insula *Claud.* 25 signum *Aug.* 59

Aeserninus, nepos Pollionis *Aug.* 45

L. Afranius *Caes.* 24 et 75 interemptus 75

Afranii togata *Ner.* 11

Africa, Caesaris ex ea triumphus *Caes.* 37 provincia *Aug.*

47

Agathemerus medicus *Vit. Perf.* v. Reines. *Interr.* p. 610.

Ager Campanus *Aug.* 4 Campanus vectigalis relictus *Caes.* 20 Thurinus *Aug.* 3. intermissilia *Ner.* 11

L. Agerinus, libertus Agrippinae *Ner.* 34

Agon musicus *Ner.* 23 Nero-neus 21

M. Agrippa pater *Aug.* 16. 25. 29. 35 et 64 gener Augusti 42 ducit Iuliam 63 Mitylenas abijt *Tib.* 10 caeruleo vexillo donatus *Aug.* 25 patientia in eo desideratur 66

Agrippa, Augusti nepos *Aug.* 19 et 64 adoptatus ab Augusto 65 intractabile ingenium, amentia, in insulam transportatio *ibid.* interemptus *Tib.* 22

Agrippina M. Agrippa genita uxor Tiberii *Tib.* 7 dimittitur *ibid.* abegisse post divortium Tiberio doluit *ibid.*

Agrippina, Agrippae filia, Augusti neptis, Germanico collocata *Aug.* 64 eius ingenium *Aug.* 86 apud Tiberium locerum queritur: crudeliter tractatur a Tiberio, eiusdem relegatio, oculi excussio, mors *Tib.* 53

Agrippina Germanico genita *Ner.* 5 morte Domitii viduata, ad nuptias Galbam sollicitat *Galb.* 5 cum Claudio patris nuptiae *Claud.* 26 de Agrippinae matrimonio Claudii poenitentia *Claud.* 43 Claudium veneno necat 44 Agrippinae summa rerum delata a Nerone filio *Ner.* 9. Neroni in-

vifa *Ner.* 34 infidiis tentata et interfecta *ibid.*

Agrippinensis colonia *Vit.* 10

Alani *Dom.* 2

Alauda legio *Caes.* 24 (*Alou-  
etta.*)

Albanæ columnæ *Aug.* 72

Albanum *Ner.* 25 *Dom.* 4

Albanus mons *Claud.* 4 seces-  
sus *Dom.* 19

Albia Terentia L. Othonis  
uxor *Oth.* 1

Albudinus f. Albudignus fons  
*Claud.* 20

Albulæ calidæ aquæ *Aug.*  
82 aquæ *Ner.* 31

Alexander Magnus *Aug.* 94  
eius imagine inspecta ingemi-  
scit Cæsar *Caes.* 7 eius imago  
in Augusti sigillo *Aug.* 1 eius  
conditorium *Aug.* 18 *Cal.* 52  
corpus Alexandri voluit videre  
Augustus *Aug.* 18 eius thorax  
*Cal.* 52 Alexandri Magni pha-  
lanx, legio Neronis sic dicta  
*Ner.* 19

Alexandria obsessa *Aug.* 17  
capta 71 Alexandriae museum  
*Claud.* 42 Alexandrinus tri-  
umphus *Caes.* 37 *Aug.* 22 et  
41 pharus *Claud.* 20. Alexan-  
drina bibliotheca *Dom.* 20 na-  
vis *Aug.* 98 *Ner.* 45 *Galb.*  
10 Alexandrinum bellum *Tib.*  
4 Alexandrinae merces *Aug.*  
98

Alexandria, mulier *Ner.* 50

Alliensis dies *Vit.* 11

Allobroges a Cn. Domitio su-  
perati *Ner.* 11

Alpes *Caes.* 35 in Alpium  
iugo urbem condere statuerat  
C. Cæsar *Cal.* 21 Alpium re-

gnum in provinciæ formam re-  
ductum *Ner.* 18 Alpium trans-  
itus *Caes.* 56 in Alpium trans-  
itu maximum Augusti pericu-  
lum *Aug.* 79 Alpinae gentes  
*Tib.* 9

Alveus Tiberinus ab Augusto  
laxatus et repurgatus *Aug.* 30  
eius curatores instituti 37

Amazones magnam Aliae par-  
tem tenere *Caes.* 22 Amazo-  
nicæ peltæ *Ner.* 44

Ambiatinus f. Ambitarinus vi-  
cus *Cal.* 8

Ambitus poenæ *Aug.* 40 lex  
de ambitu 34

Ambrones pop. *Caes.* 9

Amphitheatrum a Statilio  
Tauro exstructum *Aug.* 29 Tau-  
ri *Cal.* 18 inchoatum a C. Cæ-  
sare 21 exstructum a Vespasia-  
no: *Vesp.* 9 dedicatum *Tit.* 7  
ligneum *Ner.* 12 amphitheatri  
arena 53 amphitheatri ruina  
viginti hominum millia sublata  
*Tib.* 40

T. Ampius *Caes.* 77

Ancharia uxor Octavii *Aug.* 4

Ancilia mota *Oth.* 8

Anicetus paedagogus *Ner.* 55

Anien f. Anio novus *Claud.*  
20

Annales Ennii *Gr.* 2 viri con-  
sularis *Tib.* 61 annalium elen-  
chorum opusculum *Gr.* 8

Annaeus f. Anneius Cornutus,  
*Vit. Pers.*

Annius Cimber *Aug.* 86

Annus ordinatus a Cæsare  
*Caes.* 40 ab Augusto *Aug.* 31

Antiatae sortes *Cal.* 57

Anticatones libb. duo Cæsa-  
ris sic inscripti *Caes.* 56

Antiochus Comagenus *Cal.*  
16

Antistius Labeo *Aug.* 54 me-  
dicus *Caes.* 82 L. Antistius  
Trib. pleb. 25

Antium *Aug.* 58 *Tib.* 58  
*Cal.* 8 dilectum Caligulae ut  
natale solum *Cal.* 8 et 49 *Ner.*  
6 colonia *Ner.* 9 et 25

Antonia maior, Domitii uxor,  
Neronis avia *Ner.* 5

Antonia minor, Germanici  
mater *Cal.* 1 uxor Drusi *ibid.*  
ei honores habiti a Caligula  
*Cal.* 15 eius mors 23

Antonia Claudii filia Petina  
*Claud.* 27 nubit Pompeio Ma-  
gno, dein Fausto Sullae *ibid.*  
Neronis nuptias reculat *Ner.* 35  
eius mors *ibid.*

Antonius Cof. *Caes.* 79 et 84  
*Aug.* 5 diadema Caesari impo-  
nere vult *Caes.* 79 *Aug.* 10  
Triumvir *Aug.* 8 et 9 infans  
antiquitatis studio 86 *Tib.* 4  
*Ner.* 3 exprobrationes Augusto  
factae *Aug.* 16 cum Augusto  
reconciliatio 62 mors *Aug.* 17  
Antonii liberi ut tractati ab Au-  
gusto *ibid.* M. Antonii epistolae  
*Aug.* 7

Antonius M. filius *Aug.* 17. 73

C. Antonius Caesaris legatus  
in Illyrico caeditur *Caes.* 36

L. Antonius Triumviri frater  
*Aug.* 9. 14. 15

Antonius Musa medicus *Aug.*  
59. 81

Anulariae scalae *Aug.* 72

Apelles Tragoedus *Cal.* 35

Apenninus, non Appen., *Caes.*  
44

Aphrodisius *Gr.* 19

Apis visendus *Aug.* 93 Apis  
apud Memphim *Tit.* 5

Apollinaris Tragoedus *Vesp.*  
19

Apollo Palatinus *Ner.* 25  
*Aug.* 31 et 52 Sandaliarius  
*Aug.* 57 Temenites, statua;  
*Tib.* 74 Tortor *Aug.* 70 Apol-  
linis filius exilimatus Augustus  
94

Apollodorus Pergamen. *Aug.*  
89

Apollonia *Aug.* 8. 10. 89 et  
94

Apollonius Molonis *Caes.* 4  
Apollophanes praefectus Sex.  
Pomp. *Aug.* 16

Aponius Saturninus *Cal.* 38  
Aponi fons *Tib.* 14

Appius, v. et Claud. *Tib.* 2  
Appius Caecus 2 et 3 Caecus  
Centor *Claud.* 24 Claudius  
*Gr.* 19 Pulcher *Tib.* 3 Sila-  
nus *Claud.* 29 Decemvir legi-  
bus scribendis *Tib.* 2

Aprilis mensis Neroneus di-  
ctus *Ner.* 55

Sex. Appuleius Cof. *Aug.* 100  
Aqua Claudia, v. Claud.  
*Claud.* 20 aquae ductus *Cal.* 21.  
aquae ductus a C. Caesare in-  
choatus *Claud.* 20 aquae ma-  
rinae *Aug.* 82 marinae et al-  
bulae *Ner.* 31 aquarum cura  
*Aug.* 37

Aquila, v. Pontius *Caes.* 78

Aquilae ostento mors Augu-  
sti praecognita *Aug.* 97 omen  
imperii Vespasiano ferunt *Vesp.*  
5

Aquileia *Aug.* 20 *Tib.* 7  
*Vesp.* 6

Aquilius Niger hist. *Aug.* 11

- Aquitania *Aug.* 21 *Galb.* 6  
 Ara dei *Aug.* 35 Iovis Cassii  
*Ner.* 22 Lunensis 50 D. Iu-  
 lii *Aug.* 15 Augustii, Lugdunen-  
 sis, *Claud.* 2 arae desum sub-  
 verfae *Cal.* 5 legionum sacra-  
 tae *Tib.* 14 Caesari decretae  
*Caes.* 76 Larum *Dom.* 17  
 Archelaus rex *Tib.* 8 Cappa-  
 dox 37 Archelaus, v. Laelius  
*Gr.* 2  
 Area Capitolina *Cal.* 22 et  
 34 area fori *Caes.* 26  
 Arelate *Tib.* 4  
 Areus philosophus *Aug.* 89  
 Argius *Galb.* 26  
 Aristarchus *Gr.* 2 Aristarchus  
 h. c. censor *Gr.* 14  
 Armenia *Aug.* 21 *Tib.* 11  
*Ner.* 39 amissa *Ner.* 40 minor  
*Caes.* 44 a Parthis occupatur  
*Tib.* 41 Armeniae regnum *Tib.*  
 9 Rex *Cal.* 1 Rex Tiridates  
*Ner.* 15  
 Arretinus Clemens *Dom.* 11  
 Arricida Tertulla *Tit.* 4  
 Arruntius, v. Camillus *Oth.* 2  
 Artabanus Parthorum rex *Tib.*  
 66 *Vesp.* 2 amicitiam Caligulae  
 petit *Cal.* 14 Litterae ex-  
 probrationis plenae ad Tibe-  
 rium *Tit.* 66 signa Rom. et  
 imagines *Caes.* adorat *Cal.* 14  
 Arverni superati *Ner.* 2  
 Asclepiades Mendes *Aug.* 94  
 Ascretario *Dom.* 15  
 Asellius *Cal.* 8 Asellius Sa-  
 binus *Tib.* 42  
 Asiaticus libertus *Vit.* 12 Asia-  
 tici oratores *Aug.* 86  
 Asinius Epicadus *Aug.* 19  
 C. Asinius, v. Gallus *Claud.*  
 15, 41 *Gr.* 23 *Col.* *Hor.* 14  
 Asinius Marcellus *Col.* *Claud.*  
 45 Pollio *Caes.* 37 et 55 *Aug.*  
 29 *Gr.* 10 orator *Aug.* 45  
 Asprenas, v. Nonius *Aug.* 45  
 et 56  
 Astrologi Babili scelestum con-  
 siliium *Ner.* 36  
 Astici s. astyci ludi *Tib.* 6  
*Cal.* 20  
 Atalanta Meleagro ore mori-  
 geratur *Tib.* 44  
 Ateius philologus *Gr.* 7 Ate-  
 ius Capito *Gr.* 22  
 Atellanae poeta *Cal.* 27 Atel-  
 lanarum histrio *Ner.* 39 Atel-  
 lani *Galb.* 15 Atellanicum ex-  
 odium *Tib.* 45  
 Athenodorus *Claud.* 4  
 Athletae *Caes.* 39 *Aug.* 43  
 certantes *Ner.* 40 athletarum  
 spectaculum 12 athletae in  
 Campo Martio eduntur *Aug.*  
 43 athletis privilegia conserva-  
 ta et ampliata 45  
 Atia, mater Augusti *Aug.* 4  
 Octavii uxor *ibid.* et 94  
 Atratinus *Rhet.* 2  
 Atta s. Attus Clausus *Tib.* 1  
 Attalus rex *Gr.* 2  
 Atticus, v. Caecilius *Tib.* 7  
 Satrius *Gr.* 16 Veltinus *Col.*  
*Ner.* 35  
 Atilius poeta *Caes.* 84  
 L. Audasius *Aug.* 19  
 Aventinus mons *Vit.* 16  
 Avernus lacus *Aug.* 16 *Ner.* 31  
 Audidius Lingo *Cal.* 23  
 Auguliae cognomen *Claud.*  
 11 Augustiarum ornamenta *Ner.*  
 28  
 Augustiales sodales *Claud.* 6  
*Galb.* 8  
 Augustiani *Ner.* 25



Augustinus currus, h. e. Augusti *Claud.* 11

Augustus, gente Octavia ortus *Aug.* 1 et sq. quando et ubi natus 5 nutritus 6 nomina quae acceperit 7 quamdiu reimp. tenuerit 8 bella civilia eius: Mutinense 10. 11. 12 Philippenſe 13 Perulinum 14. 15 Siculum 16 Actiacum 17 bella externa 20. 21 clades 23 disciplina militaris 24. 25 pax, triumphus, orationes 22 magistratus et honores 26. 27 deliberatio de reddenda rep. 28 opera publica, et cura Urbis 29. 30 pontificatus 31 correctio varia morum publicorum 32 iurisdictio 33 *νομοθεσία* 34 Senatus recognitio 35 institutio variarum rerum, et novorum officiorum 36. 37 virtutis bellicae aestimatio 38 recognitio Equitum 39 comitiorum ordinatio, populi recensio et repurgatio 40 magnificentia in spectaculorum varietate ac disciplina 43. 44. 45 Italiae administratio 46 provinciarum item 47 et regnorum 48 militares copiae 49 mos signandi 50 honores affectusque in eum collati 57 patris patriae cognomen 59 vota pro eius incolumitate 59 coniurationes in eum et insidiae 61 sponsae et matrimonia eius 62. 63 liberi et nepotes 64. 65 quomodo amicos tractaverit 66 item libertos et servos 67 causae morbi 99 mors 100 supremi honores *ibid.* testamentum 101 Caesaris heres *Caes.* 88 Augustus mensis cur dictus *Aug.* 31 ge-

nitus Septembri, defunctus Augusto *Aug.* 100 edidit ludos seculares *Domit.* 4 declamat *Rhet.* 1 cur successor ab eo relictus Tiberius *Tib.* 21 epistolae ad eum *ibid.* eius codicilli de Tiberio a Livia prolati *Tib.* 51 Augusti epistolae *Hor.* 4 et sq. forum *Claud.* 33 nepotum praeceptor Verrius Flaccus *Gr.* 17 templum *Tib.* 47 mensis appellatio in Septembr. transferenda *Aug.* 100 incestum cum Iulia filia 23 Augustum montem, qui ante Coelius, vocari vult Tiberius *Tib.* 48 per Augustum iusiurandum *Claud.* 11 Augusta loca quae dicantur *Aug.* 7

Aurelia mater Caesaris *Caes.* 74 Aurelia via *Galb.* 20

Aurelius Cotta *Caes.* 1 Optilius *Gr.* 6 *Saepe eius mentio* ap. Festum et Charis.

Autronii coniuratio *Caes.* 9 idem ambitus condemnatus *ibid.* Axius *Caes.* 9

## B.

Babilus astrologus *Ner.* 36

Baiae *Aug.* 16 et 64 *Ner.* 34 Baiarum intervallum *Cal.* 19 apud Baias portus Iulius *Aug.* 16 Baianus pons *Cal.* 19 *Linus ibid.* *Ner.* 27

Balearis s. Baliaris insula *Galb.* 10

Basilica Lucii et Caii *Aug.* 29 oppidi 100 Iulia *Cal.* 37 basilicae 41 basilicae ornantur *Caes.* 10

Basilides libertus *Vesp.* 7

- Basis Apollinis Palatini *Aug.*  
31
- Bassus Caesius poeta *Vit. Perf.*
- Batavi custodes corporis Caesarum *Aug.* 49 *Cal.* 43
- Bato *Tib.* 20
- Bedriacensis victoria *Tit.* 10
- Bedriacum s. Betoracum *Orh.* 9
- Bellum civile *Caes.* 42. 75. 87 et 83 motum a L. Antonio *Dom.* 6 Actiacum, Mutinense, Perusinum, Philippense, Siculum *Aug.* 9 Alexandrinum *Tib.* 4 Cantabricum *Aug.* 20 et 85 Cimbricum 25 Dalmaticum 20 Gallicum, civile, Pompeianum, Alexandrinum, Africanum, Hispanicum *Caes.* 56 Germanicum, Pannonicum, Rhaeticum, Vindelicum *Tib.* 9 Marficum *Aug.* 25 Mithridaticum *Tib.* 37 Mutinense *Aug.* 84 *Rhet.* 1 Philippense *Aug.* 15. 22. 29 *Hor.* 1 Punicum *Gr.* 2 Punicum secundum *Aug.* 2 Rhaeticum, Germanicum *Claud.* 1 Samniticum *Vit.* 1 Siciliense *Aug.* 70 Siculum *ibid.* 16 et 22 Viriatinum *Galb.* 3 Vitellianum *Dom.* 1
- Beneventum *Aug.* 97 *Ner.* 36 *Gr.* 9
- Berenice regina *Tit.* 7
- Belli fusi *Aug.* 3
- Bibaculus, v. Furius *Gr.* 4
- Bibaculi versus *Gr.* 9 versus de Val. Catone *Gr.* 11
- Bibliotheca Latina Graecaque in templo Apollinis *Aug.* 29 Alexandrina *Dom.* 20 Palatina *Gr.* 20 in bibliotheca novi templi ponitur Apollo *Tib.* 74
- bibliothecae, in Octaviae porticu ordinandae Pompeio Macro delegantur *Caes.* 56 bibliothecae, quas maximas posset, publicare destinaret Caesar 44 bibliothecae incendio absumptae reparatae a Domitiano *Dom.* 20
- Bibulus M. Cos. *Caes.* 19 M. Bibuli edicta 9 et 49 M. Bibulo evenit quod Polluci 10 armis expellitur foro a Caesare *ibid.* Bibulum impugnat Caesar 21
- Bigarum honor *Tit.* 36
- Bithynia *Caes.* 2 et 49 Bithyniae principes 39 Bithynicus fornix Caesar dictus 49 Bithynica regina *ibid.*
- Bogudis uxor Eunoe *Caes.* 52
- Bononia *Aug.* 96 Bononienses in Antoniorum clientela erant 17 *Ner.* 7
- Botes libertus *Claud.* 27
- Brabeutae hami in stadio sedent *Ner.* 53
- Breuci subacti *Tib.* 9
- Breviarium imperii *Aug.* 101 officiorum *Vesp.* 21
- Britannia *Caes.* 58 *Vesp.* 4 amissa *Ner.* 40 tentata, tumultuans *Claud.* 17 Britanniae regum deditio 21 Britanniam petit Caesar spe margaritarum *Caes.* 47 Britanni ignoti ante Caesarem 25 Britannicus triumphus *Claud.* 28 Britannica expeditio *Galb.* 7 *Vit.* 2 clades *Ner.* 39
- Britannicus Imper. Claudii F. *Claud.* 27 ut subditivus arguitur a Nerone *Ner.* 7 veneno sublatus a Nerone 35 Britan-

nici mors, statuae ei a Tito positae *Tit.* 2 Britannicum Claudius Caesarem destinat *Claud.* 43 cum Britannico educatus *Titus Tit.* 2

Brixellum *Oth.* 9

Bructeri in Tiberium conatus *Tib.* 19

Brutus *Caes.* 49 Brutorum M. et D. conspiratio 80. 81. 82 et 83 *Aug.* 9 Decimus Mutinae obsessus *Aug.* 10 Brutus et Cassius ultimi Rom. *Tib.* 61 Bruti M. mater Servilia *Caes.* 50 domus cum facibus petitur a plebe 85 caput, Romam missum *Aug.* 13 statua *Rhet.* 1

Burrhus praefectus Praet. occisus a Nerone *Ner.* 35

Burfenus *Gr.* 11

Byzantium sit provincia *Vespas.* 8

## C.

Caecilius Q. *Gr.* 16 Atticus *Tib.* 7 Metellus Tribun. plebis *Caes.* 16

A. Caecina *Caes.* 75 *Tit.* 6

M. Caelii oratio *Rhet.* 2

Caenis, idis, liberta Antoniae *Vesp.* 3 concubina Vespasiani *Dom.* 12

Caepio, v. Fannius *Tib.* 8

Caepio, v. Rufcius *Dom.* 9 Caepio, v. Servilius *Caes.* 23

Caesar Praetor creatus *Caes.* 14 sortitus Hispaniam 18 cum Bibulo Consul creatus 19 Dictator 41 L. iuvenis 75 pater Iulius *Aug.* 45 C. filius Germanici *Cal.* 7 alius Germanici filius, qui in pueritia obiit 8

C. iuvenis *Ner.* 5 et 6 Caesaris Aedilis opera *Caes.* 10 statua *Aug.* 15 Caesarem se, non regem esse, respondit Caesar *Caes.* 79 Caesarum nemo *Aug.* 43 progenies in Nerone deficit *Galb.* 1 Caesareae urbes *Aug.* 60 Caesariana nex *Ner.* 3 Caesario *Caes.* 52 supplicio affectus *Aug.* 17

Caetius Flavius Trib. pleb. a Caesare potestate privatus, cur *Caes.* 79 Consul multis suffragiis declaratus *ibid.* 80

Caefonia, uxor Caligulae *Cal.* 50 perit 59

T. Caefonius Priscus *Tib.* 42

Caius filius Augusti adoptivus *Aug.* 26 et 29. 64. 67 *Tib.* 13 emptus a patre Augusto *Aug.* 64 nepos Augusti *ibid.* et 93 Orienti praepositus *Tib.* 12 alienior factus Tiberio *ib.* eius privignus *ibid.* Consul designatus *ibid.* defunctus *Aug.* 65 *Tib.* 15

Caius Caligula coheres Neronis *Ner.* 6 nepos Tiberii ex Germanico *Tib.* 54 avunculus Neronis *Ner.* 30 Caesar *Galb.* 6 Tiberio suspectus *Tib.* 62 heres Tiberii 76 Vespasianum Aedilem oppleri luto iubet *Vesp.* 5

Calles et silvae provinciae *Caes.* 19

Callipides Tiberius dictus *Tib.* 58

Q. Calpenus *Caes.* 39

Calpurnia L. Pisonis filia, Caesaris uxor *Caes.* 21 eius somnium 8

Calumniae poena *Dom.* 9

Calvina *Vesp.* 23

- Calvinus, v. Domitius *Caef.*  
 36 v. Efcicius *Gr.* 3 Calvinorum familia *Ner.* 1  
 C. Calvi (Licinii) famoſa de Caefare epigrammata *Caef.* 49.  
 73. domus *Aug.* 72  
 Camelorum quadrigae commiffae *Ner.* 11  
 Camerinus, v. Sulpicius *Vefp.*  
 2  
 Camilla Liviae Medullinae cognomen *Claud.* 26  
 Camillus aurum Senonibus non extorſit obſidione Capitoli *Tib.* 3 v. Furius *Claud.* 13 Dictator 26  
 Camillus ut Claudium terruerit *Claud.* 35 Aruntinus *Coſ. Oth.* 2 Camilli motus 1  
 Campaniae clades *Plin.* 3 Tiberii ſecellus *Tib.* 39 Campanus ager *Caef.* 20 *Aug.* 4 Campana via *Aug.* 94  
 Campus Elquilinus *Claud.* 25 Leontinus *Rhet.* 5 Martius *Caef.* 39 et 80 Stellatis 20  
 Ganace parturiens, tragoedia *Ner.* 21  
 Caninius Rebilus *Ner.* 5  
 Cantabria *Aug.* 21 *Galb.* 8 domita *Aug.* 81 Cantabricum bellum 20. 85 Cantabrica expeditio 29 *Tib.* 9  
 Canutius *Rhet.* 4  
 Capella, v. Staiilius *Vefp.* 3  
 Capito Atteius *Gr.* 10. 22  
 Capito Fonteius *Cal.* 8 *Galb.*  
 11  
 Capitolium Beneventi *Gr.* 9 Capuae *Tib.* 40 *Cal.* 51 Capitolium dedicatum *Aug.* 94 de caelo tactum *Dom.* 5 a Domitiano reſtitutum *ibid.* oblidio  
*Tib.* 3 reſectio *Caef.* 15 reſtitutio *Vefp.* 8 e Capitolio 3000 pondo auri furatus Caefar *Caef.* 54 Capitolium ornavit Caefar 10 in Capitolium convocatur Senatus *Cal.* 60 ſub Capitolio ſepultura Claudii *Tib.* 1  
 Capitolinus Iupiter *Aug.* 26 Capitolina area *Cal.* 22. 34 Capitolina Venus *Cal.* 7 *Galb.* 18 Capitolinum certamen *Dom.* 13  
 Cappadocia in provinciae formam redacta *Cal.* 1 Cappadociae legiones additae a Veſpaſiano *Vefp.* 8  
 Capreae inſula *Aug.* 72. 92 *Tib.* 40. 60. 74 *Cal.* 10 *Vit.* 3 Caprearum ſecellus *Aug.* 98 *Tib.* 43 Caprineum vocatur *Tib.* 45  
 Capricornus thema Auguſti *Aug.* 94  
 Capua colonia *Caef.* 81 Capuae. Capitolium *Tib.* 40 Capuae conditor Capys *Caef.* 81  
 Capys Capuae conditor *Caef.* 81  
 Καρχηδονιακῶν hiſtoria *Claud.* 42  
 Carinae (regio Urbis) *Tib.* 15 *Gr.* 15  
 Carmeli dei oraculum *Vefp.* 5  
 Carnulius *Tib.* 61  
 Carpathius, ſc. mons *Vit.* 15  
 Calpiae portae *Ner.* 19  
 Caſſiope *Ner.* 22  
 C. Caſſius *Caef.* 80. 82. 85 *Aug.* 9. 10 *Ner.* 37 Caſſius Chaerea *Cal.* 56. 57 Caſſius Longinus Proconſul Aliae 57 Caſſius Longinus IC. *Ner.* 37

- Cassius Parmensis** *Aug.* 4 **Patavinus** 51 **Cassius Severus** 56  
*Cal.* 16 *Gr.* 22  
**L. Cassius Pompeianus** **Caesari se dedit** *Caes.* 63 **Cassii Scevae** centurionis virtus 68  
**Castra legionum** *Dom.* 7  
**Romae constituta** *Tib.* 37 **scelerata** *Claud.* 21  
**Castrenses ludi** *Tib.* 72  
**Castriensis** *Aug.* 56  
**Catilina** *Aug.* 3 **Catilinae coniuratio** 94 **detecta** *Caes.* 14 **Catilinae domus, pars Palatii** *Gr.* 17 **Catilinae residua manus deleta** *Aug.* 2 **Catilinae focii** *Caes.* 17  
**M. Catonis (Censorii) Origines** *Aug.* 86  
**M. Cato (Uticensis) non abnuit ambitum committi** *Caes.* 19 **Caesari minatur** 30 **Catonis oratio de coniuratione Catilinae** 14 **de Caesare verbum** 13 **eum duci in carcerem iubet** *Caesar* 20  
**Cato Valerius** *Gr.* 2 **et II litterator** *Gr.* 4  
**Catta mulier vaticinans** *Vit.* 14  
**In Catto expeditio** *Dom.* 6  
**Catullus Valerius a Caligula stupratus** *Cal.* 36  
**Catullus poeta** *Caes.* 75  
**Q. Catulus** *Caes.* 15 **Capitolinus** *Galb.* 2 **eius somnium** *Aug.* 94  
**Cella Iovis Capitolini** *Caes.* 84 *Aug.* 30 **cella Palatini atriensis** *Cal.* 57  
**Censores creari deliti** *Aug.* 37 **centorium edictum** *Rhet.* 1 **centura intermissa** *Claud.* 16  
**centurae honor** *Aug.* 27 **centuram gessit** *Claudius Claud.* 16  
**Centesima auctionum Italiae remissa a C. Caesare** *Cal.* 16  
**Centumvralis hasta** *Aug.* 36  
**lis Rhet.** 6 **centumvralia iudicia** *Vesp.* 10  
**Centurio primarum cohortium** *Tib.* 60 **centurio legionis** *Caes.* 68 **centuriones statione deserta quomodo multati** *Aug.* 24 **centuriones praetorii** *Ner.* 27  
**Ceraunii montes** *Aug.* 17  
**Cercopithecus Paneros fenestrator** *Ner.* 30  
**Cereris Atticae sacerdotes** *Aug.* 93 **Cereris Olympiae** *Ner.* 12  
**Certamen boleti etc.** *Tib.* 42 **certamen Graecae et Latinae facundiae a Caio Caesare propositum** *Cal.* 20 **certamen Graecum** 45 **Neapolitanum** *Claud.* 11 **Neroneum** *Vit.* 4 **quinquennale** *Luc.* 1 **quinquennale gymnicum institutum** *Aug.* 98 **quinquennale triplex, musicum, gymnicum, equestre** *Ner.* 12 **Dom. 4 **certamina oratorum ac poetarum** *Dom.* 4 **quadrigarum** *Claud.* 21 **certamina gymnica** *Ner.* 53  
**Cerylus libertus** *Vesp.* 23  
**Chaldaei qui paullo ante mathematici** *Vit.* 14  
**Chares Oppius** *Gr.* 3  
**Charicles medicus** *Tib.* 72  
**Chaucius cognomen** *Claud.* 24 **Chauci, gens Germanica** *ib.*  
**Chrestus** *Claud.* 25  
**Christianorum supplicia** *Ner.* 16**

Cicero Consul *Aug.* 5 deplorat statum temporum *Caes.* 20  
 Gniphonis scholam frequentat *Gr.* 7 Graece declamat *Rhet.* 1  
